




# **Historia lesuitici Ordinis, in qua de Societatis lesuitarum autore, nomine, gradibus, incremento, vita, votis, priuilegijs, miraculis, doctrina, morte, perspicue? solideq[ue] tractatur**

<https://hdl.handle.net/1874/402965>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

1830. 1. 1.

H. qu.

H. qu.

1830











*mazzoni*

Historia Ecclesiastica

Quarto n°. 175.





HISTORIA IESVITICI  
ORDINIS,

IN QVA DE SOCIE,  
TATIS IESVITARVM AVTO-  
re, nomine, gradibus, incremento, vita, votis,  
priuilegijs, miraculis, doctrina, mor-  
te, &c. perspicuè solideq;  
tractatur:

Conscripta à  
M. ELIA HASENMULLERO:

ET

INQVIRENDAE VERITATIS ERGO MIS-  
sa, ad Generalem IESVITARVM Praepositum,  
CLAVDIVM AQVAVIVAM.



F doro B u g h e l i



FRANCO FVRTI AD MOE NVM, shachao  
Excudebat Iohannes Spies, 1593.

HISTÓRIA ESENTEI

o de la

INQUÍSICIÓN

ESTADÍSTICA

DE LOS ESTADOS UNIDOS

Y DE LAS PROVINCIAS DE MÉJICO Y GUATEMALA

EN EL AÑO DE 1850

CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

Y CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

Y CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

Y CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

Y CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

Y CONSIDERACIONES SOBRE LA HISTÓRIA

DE LA INQUÍSICIÓN EN MÉJICO Y GUATEMALA

POLYCARPV S LEISER  
S. THEOLOGIAE DOCTOR,  
SYNCERIQUE EVANGELII IESV CHRI-  
sti minister, CLAUDIO AQVAVIVE, Præposi-  
to Generali Societatis Iesu, veram ad Ic-  
sum Christum conuersionem  
precatur.

**V**Ixit superioribus proximis annis, in aliquid societatis vestra Collegijs, Magister quidam, nomine Elias Hasenmüller; absq; dubio compluribus Iesuitis non ignotus. Is pro singulari sua, quantum in vestram societatem ferebatur, affectione, quam diligentissime vestri ordinis statuta, mores, consuetudines & doctrinam obseruabat, perscrutabatur, addisciebat, connotabat. Idq; omne eum infinitem, ut postquam secta vestra sacra omnia rite ac perfectè addidicisset, cò maiori cum Zelo setotum ei addicere, indeq; vñà cum alijs, contentiori studio sanam Euangeli doctrinam oppugnare posset.

Verùm benignissimus cœlestis pater, omnis misericordia fons & origo, eius misertus, ne in eternum periret, clementer ipsum in viam reduxit, ita ut er-

## + E P I S T O L A

rōrem & lapsū suū non tantū verē agnouerit,  
& serio deplorārit: sed etiam, quæ antea oppugnā-  
dæ veritatis ergo consignārat, postea in longè diuer-  
sum usum conuerterit. Etenim pro modulo donorum  
sibi diuinitus concessorum, breuem HISTORIAM OR-  
DINIS IESVITICI adornauit hoc animo, ut eam ini-  
tiō bonorum virorum iudicio subijceret, & postea  
accuracye lima adhibita suo tempore publicaret:  
quò hac ratione, quantum in se esset, iuuenes curio-  
siores pramoneret, ne nimium mellitis verbis  
fiderent; sed omnia probè animo priùs pensitarent,  
quam hæresis vestræ compedes sibi à vobis injici pa-  
terentur. Illius historia & chartas superiori anno, post-  
ea quam VVitebergam ad me venit, ut per occasio-  
nem eas inspicerem, apud me depositas: sed paucis die-  
bus post, Deo curriculum vita eius abrumpente, fæ-  
liciter ex hac arumnoſa vita ad cœlestem Ecclesiam  
emigravit. Ubi omni animi contentione Deo Opt.  
Maximo humiliter gratias egit, quod ex laqueis Ie-  
suiticæ prauitatis ante mortem ipsum eripuisset.

Et fortassis chartæ istæ perpetuò apud me deli-  
tuissent, nisi commodè superioribus mensibus in vi-  
tam Ignatij Loiola, vestri progenitoris, à Iohanne  
Petro

Petro Maffeo de scriptam, incidissem, qui in sua ad te ~~memoriam~~ testatur, ea qua & vester iste parens gesit, digna esse, in quibus immortalitati commendandis, scriptorum omnium certet industria. Cùm igitur in hac historia, non pauca occurrant, quæ partim ab illo ipso societas vestra patre olim instituta sunt, partim à vobis filijs ipsius obedientissimis quotidie geruntur, atque digna sunt, quæ toti orbi, ad penitus vos cognoscendos, innotescant: profectò metui ne piaculum cōmitterem, si hæc vestra gesta supprimerem, neque per typos immortalitati commendarem.

Simultamen, ut ingenuè verum fatear, miror, quì fiat, quòd cùm omnium scriptorum industriam, in commendandis vestri Ignatij gestis, certare cupiat, interim tamen eius & vitam & regulas, adeo q̄ omnem vestram conuersationem ita studiosè hactenus calaueritis: ut vix paucis, etiam Pontificia Ecclesia addictis, nedum alijs, ab ea alienis, ista nota sint. Num adeò inuidi? ut per quæ vos cœlum (si Deo placet) aditis, ea nemini mortalium accuratius cognita esse velitis. An verò eodem animo prædicti estis, quo mundus: de quo Saluator, Ioh. 3. Quisquis

A 3 peruer-

• E P I S T . D E D I C A T O R I A  
peruersè agit, odit lucem: nec venit ad lucem, ne ar-  
guantur opera ipsius?

Verum ut vt sit, Ego, ne iniquus huius depositi  
possessor videri possem, neuè industria huius scripto-  
ris, in commendandis rebus vestris, frustrè laboras-  
set, historiam hanc typis plenè adornatam ad te, mi-  
Claudi, Generalis Iesuitarū Præposite, mittere vo-  
lui. Tu suscipes eam benevolentia qua volueris: &  
huius tui veteris alumni consignatione recognosces.  
Quòd si in quibusdam pauciora de vobis vestrisq;  
mysterijs retulit, quām rerum à vobis gestarum am-  
plitudo requirit, tu prolatis societatis vestræ anna-  
libus, quorum semel atque iterum hic noster Elias  
in sua historia mentionem facit, defectum illum sup-  
plebis. Denique hac nostra, donec alius quispiam ve-  
stros mores & gesta pleniùs perscripserit, boni consu-  
les. Scriptum Brunsviga, in veteri Musæo singula-  
ris vestri fautoris & amici D. D. Martini

Chemnity, Anno, &c.

LXXXVIII.

IN.

# I N D E X.

Proœmium.

## C A P V T I.

De primo Iesuitarum auctore & conditore,  
IGNATIO Loyola.

## C A P V T II.

De Iesuitarum nomine.

## C A P V T III.

De varijs Iesuitarum generibus & incremento, cuius membra præcipua sunt hæc:

1. De Generali Iesuitarum.
2. De Iesuitarum Assistentibus, seu intimis consiliarijs.
3. De Iesitarum Professis.
4. De Iesitarum Denotorijs seruis: seu trium votorum Professis.
5. De Novitijs Iesitarum.
6. De Iesitarum seruis temporalibus, seu Coadiutoribus formatiis.
7. De seruis Iesitarum spiritualibus.
8. De Preceptoribus Iesitarum.
9. De spiritualibus Iesitarum Prefectis.
10. De Iesitarum Convocatoribus.
11. De Iesitarum Confessarijs.
12. De Iesitarum Pænitentiarijs.
13. De Iesitarum Sacerdotibus.

14. De

14. Iesuitarum Recktoribus & Regentibus.  
15. Iesuitarum Ministris seu Economis.

## C A P V T III.

De publica Iesuitarum vita.

## C A P V T V.

De priuata Iesuitarum vita.

## C A P V T VI.

Devotis Iesuitarum.

1. De voto Paupertatis Iesuitica.
2. De secundo Iesuitarum voto, quod est Castitatis perpetua.
3. De tertio Iesuitarum voto, quod est Obedientia.
4. De quarto Iesitarum voto, quod est Professorum.

## C A P V T VII.

De Iesuitarum Priuilegijs.

Ex-	Prima	} bullæ Pontificis Romani.
	Secunda	
	Tertia	
	Quarta	
	Quinta	
	Sexta	
	Septima	
	Octaua	
	Nona	
	Decima	

Undeci-

I N D E X

<i>Vndeclima</i>	} <i>bulla Pontificum Romanorum.</i>
<i>Duodecima</i>	
<i>Decimatercia</i>	
<i>Decimaquarta</i>	
<i>Decimaquinta</i>	
<i>Decimasexta</i>	
<i>Decimaseptima</i>	
<i>Decimaoctava</i>	
<i>Decimanona</i>	

Ex

De p. b. a. f. a.  
g. l. l. l. 172.  
Auth. I. h. a. c.  
c. p. m. c. v. a. f.  
f. 181  
Auth. c. c.  
king p. j. h. u. b.  
181

C A P V T VIII.

De Iesuitarum Miraculis.

C A P V T IX.

De Iesuitarum doctrina.

1. *De sacra Scriptura.*
2. *De Persona & officio Christi.*
3. *De Spiritu sancto.*
4. *De Angelis.*
5. *De imagine Dei in homine.*
6. *De Prudentia Dei.*
7. *De Arbitrio hominis post lapsum.*
8. *De Peccato.*
9. *De Decalogo.*
10. *De Euangelio.*
11. *De Christi Regno & Sacerdotio.*
12. *De Iustificatione hominis.*
13. *De Fide.*
14. *De bonis operibus.*

B

15. De

15. *De Pœnitentia,*
16. *De Ministerio Euangelij & huius Ministeris.*
17. *De Septem Iesuitarum Sacramentis.*
18. *De Ecclesia.*

## C A P V T . X.


*De Iesuitarum Patre, qui est Papa, & Matre,  
quæ est Roma.*

## C A P V T . XI.

*De Morte Iesuitarum.*

## F I N I S.

PRO



# PRO OE M I V M.

**A**V C I S abhinc annis, in regno Pontificio, nouum fraterculorum ordinem, qui se sub Iesuitarum nomine omnibus venditat, exortum esse, notius est toti Christiano orbi, quam ut opus sit multis verbis exponere.

Est autem nouitio isti sodalitio in more positum, gloriari: suum ordinem, non ut reliquos, DEI Ecclesie ab hominibus obtrusum, sed ab ipsa summa bonitate & sapientia Dei, Domini ac creatoris nostri (sic enim prima ipsorum regula Latina loquitur) in hoc introductum esse, ut haeresibus tum omnibus, tum maximè Lutheranæ resisteret: hoc est, ut nutantem Pontificis Romanis sedem suffulciret. Vnde etiam, de nescio quibus cœlestibus ensimæ, nec non diuinis ac angelicis somnijs & colloquijs mirificè gloriantur, maximè quo ad primum ordinis sui fundatorem, quasi is prorsus diuino Spiritu afflatus omnia & dixerit & fecerit.

Magnifica mehercle gloriatio, & digna, quæ diligentius, quid veri quidue vani complectatur, excutiatur. Sed si vel ipsorum Iesuitarum propria Elogia, quibus illū ordinis sui inuentorem exornare solent, obseruetur, vel reliqua ipsorum vita penitus introspiciatur, reapse comprehendetur, nihil minus verum esse, quam affirmare hunc ordinem à Deo ipso introductum esse; cum vice versa luce meridiana clarius ex ijs sit futurum, hunc ordinem à nemine alio, quam ab ipso mēdiorum parente initio inuentum, Loiolæ postea inspiratum, atq; inde in totum terrarum orbem, ceu ultimam Satanæ aduersus veritatem machinam, introductum esse. Id quod in hoc scripto, diuinā adiutus gratiā, manifestè demonstrare annitar.

Adest ergo vos omnes Iesuitæ, quotquot vel in veteri vel in novo orbe circumuagamini, & quæ prolatus sum attentis animis percipite. Commonstrabo vobis, fingere, ordinem à Deo introductum, non idem esse quod probare.

Prositeor autem me summam fidem in referendis certis & veris præstitorum, & quantum argumenti ratio ferre poterit, modestiæ insuper studiosum futurum.

Christum Iesum, verum & unicum Ecclesiae nostræ caput, precor, ut per Spiritus sui gratiam largiatur, ne absque fructu hic meus labor

B a beat.

beat. Quod tūm futurum spero, si vt Ego scribendo amorem & studium veritatis affero: ita lectores percipiendo, pietatem cum æternæ salutis desiderio coniunctam habent.

## C A P V T I.

*De primo Iesuitarum authore & conditore,  
Ignatio Loiola, milite prophano.*

**A**TENTVR ipsi Iesuitæ, Ignatium Loiolam, quem sui ordinis parentem agnoscunt, patria Hispanum, genere nobilèm, affectione verò hominem, concupiscentiæ, superbia & reliquis corporis voluptatibus deditissimum, à Dei autem metu ita alienum fuisse, vt ex ephebis egressus non veritus fuerit dicere, se manu sua dextra (qua gladium vibrabat, aëremq; percutiebat) vel in vitis Dijs hostes suos omnes cominuturum. Bobadilla, unus ex primis Iesuitarum patribus, fatetur; eum fuisse hominem armis castrisq; assuetum, & tam truculenta animi ferocitate præditum, vt quemuis obuium, etiam caprinam ob lanam sibi resistentem, gladio vel hasta transuerberare fuerit ausus.

Hanc plus quam ferinam feritatem, etiam post institutam Iesitarum sectam adeò non depositit, vt Hoffæus, Romæ in domo Iesitarum Professa Assicens, testatus sit: cundem nonnullos societatis suæ fratres flagellis (Iesuitæ disciplinâ), Loiola spirituale mortificationem, nuncupant) ita confecisse, vt prematura morte interierint. Salmanasar Neapolitanus confitetur; quod fuerit naturâ ferox, sauvus, durus, truculentus. Carmen, quod ipsius effigiei subiectum, testatur: quod fuerit miles vanis iactatus in armis. Et sane qualis fuerit per viuieram vitâ, propria p̄sius conscientia ipsi dictauit, quæ eum adegit, vt sub finem vitæ (teste Ribadencita vita ignatianæ decantatore) ipse seipsum detestabilem dixerit, & professus fuerit, se indignum, qui honeste sepeliretur, &c.

Ehem, bone lector, quid tibi iam, dum adhuc inter principia versamur, de hoc primo agminis istius inuentore & ductore videtur? annè eum à Deo, an verò à Diabolo (qui in India Iesuitas suos filios vocitat) ad hunc nouum ordinem Iesitarum incohandum, vel potius ad antiquum

quum Pharisæorum ordinem restaurandum, excitatum putas? sed parumper quiesce, adhuc longè maiora & atrociora cognosces.

Postquam ergo primus hic Iesuitarum auctor, à Spirituali suo patre (qui homicida est & mendax ab initio) instigatus, se totum cædibus *Iohann. 8.* perpetrandis tradidisset, factum est, ut in periculis, quæ amauit, adeundis, magnas & corpore & animo clades acciperet.

Cum enim nimis ferociret, diuina vindicta in ipsum exardescente, *Verba* factum est; ut in oppugnatione vrbis Pompapolitanæ anea bombar-*suitæ Tur-*dæ pila à Gallis immisæ, crus eius dextrum frangeretur: sinistrum quoq; *rianæ*. lapide de muro excusso grauiter vulneraretur. Talis enim pœna decebat *Vide Iesu* pedes hominis, post iniustas cædes currentis, accusum Euangelijs impe-tarum li-dientis. Noluit tamen tunc temporis diuina iustitia, humano generi rara-*bros de Lo-*ta, homicidam istum penitus tollere: sed deditio[n]e vrbis facta, quorun-*iola, Petri* dam clementia, qui Ignatium Loiolam ad pœnitentiam adducere cona-Ribadine-bantur, curatus est, ita tamen, vt in vtrumq; latus, pedibus æger, claudi-tam. *Eph. 6.*

Tali pœna diuinitus affectus, militiam deseruit, & lectioni profa-*Gen. 9.* norum librorum, temporis fallendi causa, totum se tradidit. Ac quo-*Rom. 2.* niam claudicans Ignatius à nobilibus ridebatur: hostes quoq; ipsi insul-tabant: ac ipse ad res politicas decorè agendas se ineptum iam intelligebat; militaris atq; politica vita perturbus, vitam solitariam (quam illi Spiri-tualem voant) sectari, deq; nouo ordine cogitare coepit.

Fingunt autem Iesuitæ, Ignatium Loiolam non fortuitò, aut casu quodam cogitationes de novo ordine instituendo venisse: sed diuinitus excitatum Iesuitarum exercitum conscripsisse. Dicunt enim: Mariam virginem, Dei genitricem, portantem in vlnis puerum I E S V M, apparuuisse Ignatio: cumq; vt in filij I E S V honorem, Iesuitarum societatem Iesuita fini-institueret, hortatam esse, ac simul promisisse, se filii indulgentissimam gunt Lo-matrem, adiutricem & promotricem futuram. A beata ergo Maria, vt iolæ à Ma-nugantur, excitatus: primò se totum dedit deuotioni S. Petri, cuius et-ria persua-jam ope sanatum ferunt. Postmodum literis profanis depositis, sacrae se sum ipsoru(m) (vt ipsi vocant) dedit lectioni, hoc est, deuotos legit libellos, de Vitis societatem sanctorum, quas vulgo Legandam, alij Lugendam dicunt: de deuotione instituisse. beatæ Mariæ offerenda, & his similes nugas.

Inde fingunt Iesuitæ, nocte quadam vigilanti, augustissima specie, & beatissimo lumine fulgentem Mariam virginem cum paruulo I E S V, non modò sese palam ostendisse, verùm etiam incredibili benignitate

spectandam aliquandiu præbuuisse, quo viso mirificè recreatum, tantum repente odium fastidiumq; eorum, quæ apud cæcos mortales prima habentur, concepisse, vt omnes rerum illarum, quamuis diuturno vnu ac vetustate corroboratas imagines, ex hominis istius memoria, confessim aspectus ipse deterserit. Quin imò hoc Dei beneficium ipsi per omnem vitam proprium atq; stabile mansisse, vt quotiescumq; sublatis in cœlum oculis astra suspexerit, mortalia cuncta illi, repente sordescere cœperint, & miro quodam cœlestium desiderio abreptus fuerit.

Neq; verò cuiquam noui quid videatur, quòd Ignatius Loiola, primus Iesuiticæ sectæ inuentor, diuinæ apparitiones finxit. Hoc enim & alij nouarum ac impiarum rerum inceptores factitârunt. Sic olim Mahumetes, Turcarum fator, Angelorum consortium: sic nostra ætate Pelargus, Anabaptistarum pater, spirituum cœlestium colloquia: sic Cinglius, diuina somnia: hic verò Ignatius Loiola beatæ Mariæ conuersationem & familiaritatem sibi tribuit: vt hac ratione sibi suisq; hominibus aliquam auctoritatem & existimationem in oculis vulgi suscitatet.

Ego verò illud hominum genus, quod neq; Christi doctrinam sequitur, neq; sanctorum vitam exprimit: non à Deo, sed à Diabolo (qui 2. Thess. 2. illis diuina permissione, eò quòd Euangelice veritati credere nolunt, loco Angelorum sanctorum loquitur) excitatum credo, & statuo. Id quod vel ex unico Ignatij Loiolæ, primi Iesuitarum architecti, exemplo, & sequenti ratione manifestissimum est.

Ioh. 8.  
Christus Iudas dicit: Vos ex patre Diabolo estis, quia desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater mendacij. Illud dictum Saluatoris hunc in modum Iesuitis Ego applico. Gloriabantur Iudæi, se patrem habere Abrahamum. At neq; fidem Abrahāmi habebant, neq; opera eius faciebant: nihilominus tamen Abrahāmitē dici volebant. Quod tamen Christus constanter negat, quia fide & operibus Abrahā carebant. Sic Iesuitæ, nomen defumunt a I E S V: sed neq; I E S V doctrinam habent, neq; opera I E S V faciunt. Id quod ex sequentibus vsq; adeò clare patebit, vt qui vivi-

1. Tim. 4. dercid nolit, verè à Deo sit execratus. Ideo nos cum Christo Salvatore  
2. Tim. 3. Iesuitis dicimus: Vos non ex I E S V, sed ex patre Diabolo estis, quia huius Vide exempla opera facitis, & AntiChristi doctrinam urgetis. Ac proinde Diabolus, plaria Ro-

vos verè, vt in epistolis Indicis ipsi fatemini, suos filios vocat. me excusa- Nam quales & quantas conspirationes, cædes, homicidia, latrocini- sa. nia &

nia & insidias Iesuitæ struant Euangelicis, in ipsorum perniciem, multa regna, plures prouinciae, & innumerae prope modum vrbes sentiunt: licet interim pauci sint, qui damnum Ioseph considerent. Quantis etiam dolis & fraudibus mendacia spargant Pontificia, mordicūs ea retineant, & igni ferroq; defendant, nemo ignorat. Et ad hoc peculiari voto obstringuntur. Etenim, præter visitatum Monachorum morem, quatuor votis sese totos, corpore & animo, in obsequium Antichristi Pontificis Romani tradiderunt: neq; aliter, quamvis vult, hiscere audent; sicuti in Bulla Pauli III. habetur, in qua haec verba continentur. Et quamvis Etiam gelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici tanquam capiti ac IESV CHRISTI vicario subesse: ad Paulus An maiores tamen nostra societatis humilitatem ac perfectam viuin cuiusq; mortifica- tionem & voluntatum nostrarum abnegationem: summopere conducere iudicauimus, vocat, nec singulos nos ultra illud commune vinculum, speciali voto astringi, ita ut quicquid Mohnes, dernus & alijs Romani Pontifices, pro tempore existentes iussissent, ad profectum ani- marum & fidei propagationem pertinens, & ad quascunq; prouincias nos mittere vo- luerint, sineulla tergiuersatione aut excusatione illicet quantum in nobis fuerit, exe- quiete amur. Sive miserit nos ad Turcas, sive ad quoscunq; altos infideles etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes, sive ad quoscunq; hereticos, sive schismaticos, Dei man- seueriant ad quoscunq; fideles.

His verbis Ignatius Loiola se, suosq; confederatos, quorum initio habuit tantum decem, Julio III. Pontifici Romano, obligavit voto (vt vocant professorum: quorum officium est, à consilijs sedere Papæ, & in omnes occasiones intentos esse, vt Pontificia tyrannis stabiliatur, Christi autem regnum aboleatur. Hinc sit, quod per totum terrarum orbem vagentur, & res pontificias disseminent, ac omnem Antichristi iniquitatem pro viribus, varijs dolis & artibus, consilijs & studijs tuan- tur. Cumq; in omnibus operibus iniquitatis cæteros monachos longè anteuerant: iccirco etiam indulgentius à Pontificibus Romanis souen- tur, ditantur & honorantur.

Hoc igitur cum primis notandum venit: Iesuitarum agmen, non à Verba sūt Deo, neq; à filio ipsius IESV Christo, sed ab Ignatio Loiola, milite pro- Iesuitæ Rifa- fano, produci. Qui cum viribus corporis destitutus ad bellum homi- chardi In- nibus inferendum amplius inceptus esset: animi dotes (vt dictum est) ad golfstadien bellum Ecclesiæ Christi & Sanctis inferendum, contulit. Cumq; videret sis & Bo- Lutherum multum Pontificiæ idolomania detrahere; imò totum pon- nauentur- tificium regnum ignito diuini verbigladio destruere: contra vero Car- Reitoris, dinales,

Vide infra  
vbi tota  
bullareci-  
tatur ad  
verbum.

Nec sic  
icitristum  
vocat, nec  
Iohannes,  
1.Joh.2.

2.Theff.2.  
Ap. 13. 17.

18.

Dei man-  
data inter  
lesuitas si-  
lent: sed  
Pontificis  
vigent.

Et Pau-  
lo III.

dinales, Episcopos, Monachos ac Sacerdotes, papisticè viuere, hoc est, helluari, scortari, lauteq; cuticulā curare, hacq; de causa quotidiè multa regna à Pontificis Romani obedientia deficere, nec facile seniores ad Pontificias Idolomanias retrahi posse; statione & acie militari deserta, contra parentum suorum voluntatem ad montem Serratum proficisciatur, vitam nouam seu solitariam auspicatur, & pueros in plateis conuocat, illosq; in doctrina pontifica informat, pietatem prætendit, & omnes ad pœnitentiam, non quidem illam Christi, sed Antichristi, hoc est, ad ieiunia, cilicia & flagella vocat.

Quia autem indoctior erat, quam ut Praesulem noui ordinis pro auctoritate agere, & res pontificias notoriè malas, aliquo fuso sermonis palliare posset: Hispania deserta, Lutetiam, Parisiorū, tāquam ad mercaturam bonarum artium proficicitur, seq; totum, iam tricesimum annum agens, literis dedit. Illic loci, quia paupertatem, quam religiosam dicunt, sectabatur, stipem ostiatim colligebat, pueros gratis erudiebat, omnibus vltro, nulla petita mercede, sua obsequia, labores & studia offerebat, sicq; aliquam apud populum rudem existimationem sibi pariebat: dumq; indolenter studijs inuigilaret, tandem lapideo (vtar illorum verbis) examine Magister creatus, aliquos sibi socios asciscit, & nōnum ordinem texere incipit.

Iam ergo Loiola, ex milite factus studiosus, ex studio so Magister, ex Magistro Sacerdos, vbiq; missas gratis celebrat, & pueros absq; mercede in literis & Catechismo pontificio instruit. Et quia viribus minor erat, quam ut omnibus satisfacere posset, socios *inconspicui*, sibi similes conscribit, qui Lutetiae vna in domo viuentes, peculiares sibi viuendi regulas, quas constitutiones vocant, conscribunt, vel potius iam ante à Caraffa Cardinale conscriptas, sibi applicat, sicq; prima fundamenta futuræ aliquando societatis iaciunt.

*Initia So-  
cietas  
IESV.*

Thomas  
de Aquin.

Hi dum in vrbe pauperes sine defectu, & humiles sine despectu circumirent, hominesq; gratis iuuant, magnam præ reliquo clero & monachis, existimationem sibi comparant. Ignatius itaq; sic bene primis initijs procedentibus tandem de nouo ordine suis cum socijs consultat: cumq; animi ipsius propositum ijs omnibus probaretur, vnamiter decernunt, quod velint Romanam proficisci, ibiç; sui ordinis confirmationem à Pontifice Romano petere. Quo in itinere, Ignatius Loiola *enquay* quandam ac raptum singit. Socios enim iubet prætre*ipse* verò ad facillum quoddam quasi in eo oraturus diuertitur, dumq; nimis diu emaneret

PRIMO IESVITARVM INVENTORE.

27

manceret, socij regrediuntur ad facellum, suum patrem Ignatium Loio-  
lam querunt, qui conspectis illis in faciem procidit, & aliquandiu quasi  
extra seraptes iacuit. Socij dicunt: Pater noster Ignatius vel animi deli-  
quium passus est, vel visionem habet. Interea autem Ignatius à simulato-  
so梦中evigilat, socijsq; dicit: Visum habui, pergitus Romam, vbi nos  
dura pati oportet. Sed sitis præsentibus animis. Beata enim Maria cum  
puerulo Iesu mihi apparuit: Hic promisit, se nostrum fore patronum  
& defensorem.

Postquam igitur Romam venissent, ibiꝝ; sui ordinis confirmatio-  
nem peterent: multi erudit viri in numeros Monachorum ordines po-  
tiū, vel partim abolendos, vel ad minimum reformatos, quām orbem  
nouo ordine aggrauandum esse iudicarunt. Præsertim verò Bartholo- *Anno De-*  
*mini 1537.*  
mæus Guidiccionus Cardinalis, vir alioquin pius conatus Ignatij Loio-  
lae grauiter restitit, noluitq; ferre, vt miles adeo impius & profanus no-  
uum ordinem incoharet, aperte contra eum scribens ac decernens: pri-  
stinam religionem potius in ordinem reuocandam, quām nouas reli-  
giones instituendas, verū nihil obtinuit.

Ignatius enim Papæ de consilio suo multū dicit; se suosq; vltra  
reliquos monachos ipsi deuouet: & obedientiam absolutam in omnibus  
pollicetur: de negligentia reliquorum clericorum queritur: se cum suis  
Ecclesiam Romanam ac sedem pontificiam pro virili consilijs & scriptis  
adiuturum iurat. Pontifex ergo Romanus Paulus III. intentionem  
Ignatij & sociorum eius considerans, voti compotem facit, eiusq; ordi-  
nem tandem Anno Domini 1540. confirmat. Ab hoc itaq; Ignatio Lo-  
iola, non à Iesu ortum suum trahunt Iesuitæ.

De cuius nominis deriuatione festiuas quorundam cogitationes  
adjudicere lubet. Deriuant nonnulli Ignatij nomen ab igne: verè enim i-  
gnem mittit, non amoris, quem Christus per Spiritum sanctum accen-  
dit, sed odij, quē Satan, per Erynnas infernales inflammat. Huīus siqui-  
dem Ignatij ignis socijs, Ecclesia Dei, ceu incendio quodam consumi-  
tur. Iesuitæ etiā nihil aliud sunt, quām quod publici incendiarij, qui fa- *Deriuatio-*  
*Nominis*  
ces pontificias passim accendunt, quibus Christi Ecclesiam comburere *Ignatij.*  
& delere conantur. Ego quoq; hinc ipsi hoc nomen inditum arbitror;  
quod ob sceleræ, cædes, latrocinia, pontificias idolomanias, maximè verò  
omnium ob tam perfida & sacrilega societatis inuentionem, ad æter-  
num ignem natus sit.

Loiolam appellatum iudico, quia Leo sevus in bello, & durus ty-  
rannus

## C A P V T I.

*¶ Pet. 5.* rannus in Christianum ordinē est factus: qui ceu Leo iste infernalis cum socijs suis circumlit, per vniuersum terrarum orbem, quærens, quos à Christo abducat, & Antichristo Pontifici Romano subiectat, sicq; deuoret. Quam circumditionem Iesuitæ propriam suam vocationem dicunt; sicuti tertia illorum regula tradit, quæ in Italico sermone ita sonat. *E proprio di nostra vocatione andare in varij lochi, è vivere in qual si voglia parte del mondo, dove si spera maggior seruitio di Dio, & aiuto dell anime. hoc est, Nostra vocationis proprium est, per omnes mundi plagas peragrare, & vivere in omni mundi parte, vbi maius Dei seruitium & animarum salus speratur.* Quia etiam Pontifices Romani ex annalibus, quos conscribunt Iesuitæ, cognoscunt, quanta opera Ecclesiæ Romanæ salutaria ipsi faciant, quotq; seducant: ideo Iesuitis vbiq; magnificas domos & ampla collegia ædificari, eadem ditari & modis omnibus promoueri curant. Ne scilicet hæ locustæ, quæ non tam corporis bona, quam animæ pabula depascuntur, atq; Leones isti in Ecclesia Christi deficiant.

*Vide annales Romanos.*

Alij etiam Loiolam dictum volunt, quasi Eugenios vel Eugen ollam, hoc est, mendaciorū ollam: tum quod mendacia pontifícia coxerit, & eadem tueatur: tum quod ipse olla fuerit, in qua Iesuitica societas excocta fuerit, quæ postea in star ranarum istarum, de quibus Moses & Iohannes in suis libris agunt, in perniciem Ecclesiæ Christi effusa sit. Sunt etiam ipsi Iesuitæ omnes olla & tripus, è quo pontifex omnia sua consilia haurit, & horum factis, quasi diluicio quodam Ecclesiam Dei inundat, turbat & euertit. Sicuti tum alia regna, tum maximè Gallia, Austria, Bauaria, Belgium & Augusta Vindelicorum deplorant. Hi sunt, ut rem uno dicam verbo, Germaniæ proditores, qui, ut illorum annales testantur, omnia consilia, acta & facta Germanorū Principum & Theologorum annotant, & Pontifici Romano deferunt. Hi sunt auctores noui Calendarij, ac tot conspirationum & cædium, quibus Ecclesia Dei premiatur. Sunt lerna malorum; & hydra, quam nonnulli principes viri ad sui suorumq; perniciem in sinu fouent.

Cùm igitur ab Ignatio Loiola, milite Hispano, hæc noua Iesuitarum factio ortum suum trahat, quis non videt, eos rectius & magis propriè non Iesuitas, sed Ignatianos vel Loiolitas dicendos esse? Sed augustinus Iesu nomen isti sibi arrogant, ut hoc splendido titulo, quasi Iesu Christi doctrinam & vitam imitarentur, plurimos inescarent, caperent, seducerent, & iugo pontificio subijcerent. Quam bellè autem doctrina & vita

& vita Iesuitarum, cum Iesu Christi doctrina & vita conueniat, id ex sequentibus manifestum erit, imo ipsa experientia satis declarat.

Cur autem Dominus permiserit, militem istum impium & superstitionis, tam funestam societatem incohare, tantamq; pestem (quam Deus à Germania vel tandem rursus auertat) in Ecclesiam suam inuehere, causas reddere conatus est Iacobus Crusius Iesuita, & Nouitiorum Iesuitarū Rector Landspergæ. Miles inquit: esse debuit nostræ Societatis *Anno Do-*  
*pater, quia ut miles est, totis viribus in hostem irruere, nec desistere do-*  
*nec viator euadat: ita nostrum est, in omnes irruere, qui Papæ Romano in regula-*  
*resistunt: illosq; consilijs, dictis & scriptis, inuocato etiam (ut loquun-*  
*tur) brachio seculari, hoc est, igne & ferro, tollere & abolere. Sicuti Pon-*  
*catione. tifex & nostra vota contra Lutheranos suscepta volunt & mandant. Non a Anno*  
*magnopere aberrauit hic suo iudicio. Huius enim sui conatus egregia* 1582.  
*Specimina a Gratijs & b Augusta superioribus annis ediderunt. Quin in b Anno*  
*hoc toti sunt, ut Lutherana religio seu doctrina Euangelica ferro & igne* 1584.  
*tollatur. Et nisi hoc fiat, (scribunt Iesuitæ Colonenses) Ecclesia Roma-* 1584.  
*na pacem & tranquillitatem habere non poterit.*

*In sua Cen-*

Non quidem Iesuitæ hactenus ferrea arma tractarunt: veruntamen *sura.*  
 alios ad arma vocarunt: & quod miles ferro, id Iesuita ferox consilijs &  
 scriptis agit. Georgius Baderus, Iesuitarum per Bauariam prouincialis, *Anno 1583.*  
 Landspergæ, postquā Roma redieram, ad me dixit. In vrbe Augusta no-  
 stri pacem non sunt habituri, nisi curauerimus, per superiorem Senatum  
 Euangelica (vtor illius verbis) prædicabilia tolli & ejici. Nostrorum, a-  
 iebat porro, consilijs, concionatores Euangelici, ex vrbe Viennensi sunt  
 expulsi: ideo etiam nostri iam ibi in pace docent, & rebus potiuntur pro  
 animi votis. Eadē felicitate & nos fruemur, si magistratus Politicus Lu-  
 theranos eiecerit: qui nos in Dominoru indigne rapere conantur.

Vtrum is vera dixerit, an falsa, quod diectionem Ministrorum E-  
 uangelij, suis adscribit, cuius culpam aliqui in alios reicere volunt, ego  
 cum nemine litigauero: Ex his tamen ipsius sermonibus manifestum est,  
 quæ Ignatianorum istorum & Loiolitarum studia atque consilia sint. Et  
 tamen nihilominus Germania istos alit, fouet, ditat & tuetur.

Sed ista hoc in loco de primo Iesuitarum inuentore, dicta sufficient,  
 qui est Ignatius Loiola, Hispanus, miles prophanus, Sacerdos impius, ser-  
 uus Antichristi Romani deuotus, qui in sua medacij olla, ceu altera Me-  
 dæa, suum Iasonem, Iesuitas excoxit, & in Christianu orbem, quasi Bru-  
 chos effudit. Iam de nomine Iesuitarum quædam subiijciam.

## C A P V T II.

*De Nomine Iesuitarum.*

**O**STE A QVAM ergo Ignatius Loiola cum suis socijs Romam venisset, & sui ordinis confirmationem à Paulo III. impetravisset; de suæ societatis nomine consultare cœpit. Vidit ergo reliquos Monachorum ordines, aliorum contemptui expositos esse propterea, quod nomina sua non à Deo, aut Christo Domino, sed ab hominibus & inuentoribus suis haberent: sicuti ab ora Mariæ, cœlitus, ut ferunt, Romam delata, monachi Aracœlivel Aracœlitæ: à Francisco Franciscani: à Dominico Dominicanis, dicuntur. Quare, ne socij Ignatij ab homine, sed à Deo, de nominarentur, eos Iesuitas dici voluit. Cumq; nominis ratio ab eo postularetur. respondit: Mei socij nequaquam à meo nomine vel Ignatiani aut Loiolitæ dicantur: sed titulus illorum sit, Societas Iesu. Nam cum Romam pergerem, in via mihi apparuit Iesus: cum beata matre sua, mihique dixit: vt socios sibi cōscriberem, quia paucos haberet inter clericos fideles seruos; velle igitur se, vt hic meus ordo dicatur: *Compagnia di Gesu:* vel, *Societas Iesu.* Hæc, inquit, reliqui Iesuitæ, cum audisset Pontifex Paulus III. dixit: Verè digitus Dei hic est; & nomen Iesuitarum approbavit..

Tridentinum conciliabulum horum ordinem, pium institutum vocat. In vrbe Roma vulgo dicuntur Theatini: rectius Theoninos dixeris, quia Theoninis dentibus calcaneum Christi mordent, & membra eius persequuntur. Sunt autem Theatini peculiares monachi, qui, vt mihi retulit Bobadilla, Romæ vltra 60. annos non durarunt, & sub Iesuitarum Generali, cui nomen fuit Lainetz, Iesuitarum ordinem ingredi voluerunt. Quia autem erant immorigeri, & vt Hoffæus ait, suffeni, superbæ, repulsam passi sunt: quod nimirum mons cum monte, vt dicitur, non facile misceatur. Quia autem eodem, quo Iesuitæ, vtuntur habitu, nimis nigro, ac pileis quadratis, similesq; se Iesuitis in ceremonijs & templis gerunt, vulgus Iesuitas quoque Theatinos nuncupare solet. Quæ res non nihil superbos Iesuitas diuexat, magis Iesuitæ quam Theatini diciantur.

In regulis & constitutionibus suis hosc ipsi sibi titulos attribuunt, quod se vocant, *Compagniam di Gesu:* *Societatem Iesu:* Seruos Iesu Christis: lauda-

Iaudabilem Iesuitarum societatem: venerabilem Iesuitarum congregatiōnem. His enim titulis, ceu stibio quodam, meretricis illius magnæ Filii se exornant, vt eō faciliūs homines sibi persuadere patientur, illos & à Iesu missos, & doctrinā & vitam Iesu afferre. Scribunt de se ipsis, quōd in India & Calabria dicantur: Apostoli & Legati Iesu: pro talibus enim in istis locis sese venditant. In Italia vulgò dicuntur Fratelli di Giesu, id est, fratres Iesu: item Prettī reformati, hoc est, presbyteri & sacerdotes reformati, eō quōd vitam præ reliquis Monachis magis reformatā in externis ducant, suæq; iniquitatis mysteria cautiūs, quam reliqui, tractent, & hypocritico astu, ceu noui quidam Pharisei homines decipere possint. Et certō certius est, non aquam aquæ, nec ouum ouo similius esse, quam sint Iesuitæ Phariseis. Sicuti collatione eorum ex historia Euangelica instituta facile demonstrari posset.

In alijs Italiæ locis, vt Bononiæ, Ferrariæ, Veronæ, nomina habent, à suis templis, vel diuis, quos pro patronis suis adorant & colunt. Hinc alibi dicuntur Prettī di Santa Lucia, à Lucia, quam invocant: Alibi, Prettī di Santa Catharina, à Catharina, cui templum extruxerunt. Vulgi in Bauaria eos nominat: Jesuweiter, quōd sint procul à Iesu doctrina posit: alij vocant illos Deß Bapst Schärigen, Papæ lictores: & atros Papæ equites, Deß Bapst schwarz Reutter: alij hypocritas, Phariseos, nouas Papæ creaturas: nonnulli vltimum Satanæ excrementum, & postremum ventris eius (detur venia) crepitum: Quidam etiam vocant eos Papæ circumforaneos & Germaniæ proditores. Monachi Franciscani, quos vulgus vocat nudipedes, in monte di viascon & Ingolstadij, Iesuitas vocârunt; Monachorum scorpiones & flagella. Conqueruntur enim & nimis Anno 1583.

Nostri Theologi rectè eos vocant Sauitas, Esauitas, Iebusæos ac Christianorum Philisteos. Alij insuper hanc afferunt Etymologiam dominis. Sicuti antiquorū Romanorū more ipsorum imperatores summa laude posuerunt, quorundā populorū agnominationes superbire, nō quōd eorum populorum amici vel fautores, sed potius iurati hostes & vastatores essent. Hinc alias Apliricani, alias Asiatici, alias Germanici

C A P V T I I.

titulum sibi arrogauit: Ita etiam Iesuitas dictos volunt: non quod nominiis & doctrinæ Iesu adeo sint amantes: sed quod ciudem notorij iurati & capitales hostes sint. Sicut ergo Papa dicitur caput Ecclesiae & Christi vicarius, non quod talis sit, sed quia Christum, qui caput est Ecclesiae, persequitur, & expulso Christo ex Ecclesia, vice eius regnat, adeoque; verè Antichristi locum obtinet: Ita etiam Iesuitæ sic denominantur, non quod sint amici Iesu, sed quod Iesu volunt, cumque; in membris suis instar rabiisorum canum persequantur. Alij quoque; ~~maioribus~~ vtentes, eos & maioribus maiorum suum Suitas nuncupant.

Ego certe existimo, & expertus haec pronuncio, Iesuitarum nomen qualiter cunq; illud singas, resingasque; istis hominibus certum symbolum esse, quo exprimatur, quales reuera sint, & quale doctrinæ genus profiteantur. Nimirum quod sint Iesum vitantes. Quod perinde sonat, ac si quis diceret: si vis Iesuitarum societatem ingredi, oportet te toto animo Iesum vitare, ac eius doctrinam odire: iurare autem in Iesum vivantium regulas, constitutiones, & maxime in Tridentini conciliabili canoness & decreta, teque; per votum Professorum (de quo infra dicetur) Antichristo Romano deuouere, Bestiam characterem suscipere, cum ea negociari, & in omnibus Pontifici Romano obediens, siue Dei verbo conformia, siue eidem contraria præcipiat. Papa namque; vt Iesuita Fabricius dixit, est viua Dei lex, & viuus Dei sermo. Neque; Papa, canonice creatus aliquid Deo contrarium præcipere aut errare potest; quia Christus profide Petri orariit, dixitque; Tu es Petrus: hoc est, (auctore Gregorio de Valentia) tu es Papa, tu es ~~et patrum et~~ Deus & homo es: quia omnia Dei iura in scrinio pectoris tui geris, & pro liberrima tua potestate, tibi a Petro Apostolorum principe concessa, leges figere & refigere potes, vt nemo tibi dicere ausit, etiam si multas miriades animarum tecum ad infernum pertrahas, o misericors noster, quid facis?

Alemanni, Bauari ac Suevi vocant eos *Jesuvidēr* / aut *Jesuividēr*: qui sunt aduersarij Iesu, *sic dū pātū* cum doctrina ipsius discordantes. Sicuti Augustæ, cum per plateas incederent, cum quibusdam Iesuitis, Evangelicorum pueri nos in clamabant *Jesuvidēr* / *Jesuvidēr*, quod tendis, nonne ad Diabolum? Illi autem quasi surdi & muti transibant probè sibi conscijs, quod tales essent, quales hi illos decantabant. Et certe si tales pueri sillerent, lapides locuturi essent.

Itali, quorum cordibus lux Euangelij Iesu Christi aliqua ex parte affulxit, eos vocant: pulrones, cattiuos tristos, bestias. hoc est, perditissimos

Anno 1582

mōs nebulones, aeterno carcere dignos, nec in rerū natura terendos. Cūm Romæ versarer, ex nobilibus viris, qui stemmatis & generis sui clāritatē à Cæsare & Octauio deducunt, vnde & Cæsariani & Octauiani dicuntur, huiusmodi sermones audiui: Iesuitæ, seu, vt ipsi loquebantur, compagnia di Giesu, etiam si summa videatur Pōtificis Romani columna, hoc tamen aliquando effectura est, vt Papa deijciatur, & ipsi Iesuitæ rerum potiantur. Maturè igitur Pont. Rom. euigilare & de remedio cogitare debebat, antequam Iesuitarum secta maiores quām Templariorum vires acquireret.

Hæc de Iesuitarum nomine, secundūm vulgi sententiam me paup̄er liberius & copiosius dixisse nemo miretur. Reipsa enim deprehendi, istos Iesu Christi nec doctrinā nec vitam aut mores vel in minimo imitari, sed sanctissimi nominis reverentia, ceu operculo quodam, Papisticios suos errores & hypocriticam nequitiam tegere. Detecto itaq; merito profanum istū sacrosancti huius nominis abusum. Et quo cunq; modo possis Iesuitarum nomen aliunde, quām à I E S V C H R I S T O deriuare, id, candide lector, facias velim: modò venerabile I E S V nomen istarum pestium denominatione non contaminetur. Nomen I E S V, nomen dulce, nomen amabile, nomen salutare: quia absq; eo nulla salus miseris *Autor.* mortalibus obtingit: sed isti summa cum arrogantia, nec sine blasphemia, eo abutuntur. *& 10.*

Et quid sibi arrogant, ex hisce ipsorum verbis facilis coniectura etiam rudissimus assenti potest. Dicunt eos, qui ipsorum religionem integrantur, Christi fratres effici, ac eodē iure, quo Christus, regnū cœlorum possidet. Ehem quæ blasphemia maior excogitari potest, q̄ assere- re, se eodem iure regnum cœlorum cum Christo possidere? Quod absq; Iesuita iure gratis tantum datur credentibus. Certè mihi videtur, Iesuitas hoc Stutgar- nomine nihil aliud querere, quām vt saluificum nomen Iesv progressu dianus. temporis penitus aboleant, & se se, quod est Antichristi proprium, in ipsius Saluatoris locum substituant.

Miror profectò s̄apie, quā fiat, quod homines, etiam synceriori doctrinæ addicti, sed curiosi & rerum nouarum cupidi, Iesuitas, ob neficio quam eruditio & pietatis speciem (cuius tamen virtutem ab negarunt) admirantur, liberos suos ipsis instituendos committant, & in magno honore habeant. Et sanè mellitis verbis, humili vultu, blandis gestibus, molli gressu & singulari hypocrisi, apud simpliciores passim se insinuare, oculos & mentes ipsorum perstringere, atq; blandimentis suis

suis corda eorum suffurari possunt. Sed si ijdem tam probè eos nouissem  
quàm probè Ego mea conuersatione intus & in cute eos, magno cum  
meo detimento, nouisse addidici, expuerent potius ad nudam ipsorum  
mentionem, quàm vt vel porcum suum, nedum filium educandum ipsis  
concrederent.

Hic verò si euagari, & copiosius aliquantulum demonstrare libe-  
ret, hocce hominum genus, nullam aliam ob causam istud suum nomen  
mentiri, & sub eo omnem præminētiā in Ecclesia quærere, supremas  
scholarum cathedrās & sedes occupare, & primas rerum omnium appe-  
tere, quàm vt dulcissimi Salvatoris nostri Iesu Christi doctrinam op-  
pugnet, eius officium saluisticum obscurat, meritum extenuet: è contra  
verò Antichristi Romani decreta & placita propagat, & doctrinam  
eam, quam Apostolus Paulus Dæmoniorum doctrinam nominat, tene-  
ris iuniorum animis instillet: amplissimum certè differendi campum ha-  
biturus essem. Verùm enim uero quia tot Doctorum hac de re eruditæ  
lucubrations & graues commonitiones extant, quas omnes pios & sa-  
lutis propriæ amantes quàm diligentissimè legere & expendere cupio,  
ne actum agere videar, hoc loco ea opera & labore supersedebo.

Breuitatem denuò omnes bonos admonitos volo, Iesuitas tam  
bellè Iesu socios aut fratres dici, quàm bellè Sathan Deus; homicida,  
vitæ seruator: mendax, verax dicitur. Neque enim in omnibus suis regulis  
& constitutionibus vel literam habent, quæ vel doctrinæ, vel vita Iesu  
respondeat, ut in regularum examine (iuante Domino) exactè demon-  
strabitur. Ut igitur aperte quales sint, dicam; non ego eas Iesuitas, sed

*Gen. 49.* Rubenitas, torum Dei, hoc est, verbum eius commaculantes: Pharaoni-  
*Gen. 38.* tas, ranas, muscas, locustas effundentes: φιλάνθρωποι, philonicos, Eristicos,  
*Exod. 1. 8.* neminem iuxta se ferentes, polypragmonicos, ostentatores, Pythagori-  
cos, Stoicos, ἀσεβεῖς, impios, φιλανθρώπους, φιλοπίους, & labem Ecclesiae, pe-  
stem pietatis, & extremam mundi fecem dixero: ut & vita, & doctrina  
& mores illorum testantur. Et sunt dæmoniorum socij, qui sub nomine  
Iesu, & specie pietatis veniunt ad nos, in vestitu ouium, in angelos lucis  
transformati: sed re ipsa operarij iniquitatis, lupi rapaces, pseudopro-  
phetæ, seu vt Christus dicit, fures & latrones: quos Dominus ab his terris  
auertere digeretur: ne eandem cum quibusdam nostris vi-  
cinis peruersæ securitatis & negligentia pe-  
nam subire cogatur.

## C A P V T III.

*De varijs Iesuitarum generibus & incre-  
mento.*

TIAMSI tota Iesuitarum *co*n*v*aria*** & *c*on*v*aria*** seu societas, ijsdem legibus & constitutionibus, ab Ignatio Loiola traditis, gubernetur: tamen inter se, hae hominum monstra, ex varijs hominii generibus collecta, in certa officia & officiorum nomina distinguntur, secundum qualitatem personarum, quae se huius ordinis novo manciparunt.**

In Italia, sicuti & in ceteris regnis, vbi idolomania & tyrannis Pontificia praevaluit, sunt monasteria, ad quae non nisi vel Nobiles, vel docti, sive Iesuitae. vel alterius alicuius certi ordinis homines recipiuntur. Ignatius autem Loiola, miles vanis iactatus in armis, ceu vniuersalis Ecclesiae Christi de populator, omnis generis homines, nobiles, ignobiles: doctos, indoctos, senes ac iuuenes conscripsit, quos in suum ordinem cooptat, modò rui nas pontificias restaurare cupiant. Nullus hic hominum habetur delesus, sed absque discrimine omnes, Hispani, Galli, Itali, Alemanni, Saraceni, Thraces, Turcae, Arabes, Indij, omnisq; generis homines recipiuntur. Quia, inquiunt, nostra vocationis est, per omnes mundi plagas peragrande, ac regnum Pontificium vbiuis locorum instaurare, propagare & augere; ideo necesse est, in nostra societate omnium nationum homines esse, quos in perniciem Lutheranorum haeticorum emittere, & contra illorum vires sedem Romanam tueri possimus.

Gregorius 13. Pontifex Romanus legens Iesuitarum annales, ac considerans opera, quae hinc inde Iesitarum artibus efficiantur, dixit: Tot sunt mihi millia Clericorum, sed soli Iesuitae, omnes superant in regno nostro stabiliendo: digni ergo, qui etiam praeceteris foueantur. Ne igitur illorum numerus deficeret in urbe Roma, contra Senatus decreta, Iesuitis totam Insulam tribuit: in qua domos destruxerunt, viduas expulerunt (ut & Augustae & Ingolstadij ab ijsdem factum est) & amplissimum collegium, multorum regum palatia & arces, magnificentia & splendore superans, extrui curarunt, ad cuius aedificationem, ut ipsi mihi retulerunt (an verum dixerint, ipsi viderint) 25. auri tonnas praedictus Papa donauit. In quo idem Pontifex vult alere 500. Iesuitas ex omnibus

totius mundi plagi collectos, quos in Pontificia Idolomania instructos,  
aduersus synceri Euangeli I E s'v Christi Doctores, quos Lutheranos,  
protestantes & haereticos nuncupant, emittat.

Claudius Aquauia ex Principe (vt vocant) seculari, factus Generalis Iesuitarum cacolycus, suis mandat Provinciis ac Rectoribus, vt  
current multos recipi iuuenes bona spei & indolis, quos Romā mittant,  
ad S. Andream in monte di caballo, vt ibi in regulis Iesuitarū instituti, &  
in Pontificia seu Romana idolomania satis edocti, inde aduersus Germanos  
prodire, illisque in religionis negotio resistere possint. Summa etiam  
cura est veteranorum Iesuitarum, in scholis celebriotibus & Academijs  
liberalibus promissis, & aureis pollicitationibus iuuentutem inescare,  
optimos quoisque ex ea, quos sua societati cum primis profuturos spe-  
*Richardus* rant, circumuenire, & ad societatis ingressum solicitare. Quod plagij ge-  
*Conradus* nus, & quam corrumpendae iuuentutis rationem, ipsi, explicari, vocant.  
*Iesuita.*

Neque incassum laborant. Dum enim in scholis & Academijs Professores agunt, & iuuentutem gratis informant, reperiuntur Parentes  
*Austria Ba* ut sit in iusto tenaciores, qui ob tenuis lucelli spem, suos filios Iesuitis erudiant.  
*uria &* Qui videntes illos in literis satis instructos, & ad suam Socie-  
*Augusta.* tatem aptos, blandiloquentia, dolis & fraudibus circumueniunt: vt post-  
caquam parentes sperant, suos filios literis & moribus excultos, domum  
reversuros, atque baculos (vt Scriptura loquitur) senectutis ipsorum fu-  
turos, ipsi à Iesuitis dementati, parentes negligant, Societatem Iesuita-  
rum ingrediantur, seseq; in obsequium Pontificis Romani tradant, sicq;  
se publicos veræ Ecclesiæ Christi hostes fore iurent. Huiusmodi iuue-  
nes, ceu teneras plantulas initio dum probationis anni durant, molliter  
educant, in omnibus illis abblandiuntur, curantes, ne vel per parentes a-  
vocentur, vel alijs medijs illorū animi ab ipsis alienentur, iuxta illud;  
*Fistula dulce canit, rotuerem dum decipit aucepis.*

Posteaquam probationis anni sunt absoluti, ac vota suscepta, neq;  
ipsis secundum ius pontificium amplius regredi licet, ibi tum incipiunt  
eos in pistrinum suum relegare, hoc est, regulis penitentiarium exerce-  
re, sicq; eos sibi subiçere, vt nil præterquam mera Rectoris sui mancipia  
facti videantur. Singulis enim Iesuitis nouellis regulæ præcipiunt, vt sit  
in obedientia perfectus: sit vt baculus senis: sit quasi cæcus: sit ceu statua  
ac cera in manu ob signatoris. Adeò vt si Rectorem suum audiat, vocem  
illius non aliter, ac si Christum audiret, accipiat.

Regula enim ipsorum 32. Italicè sic habet: *Ricognoscendo il Superiore, qua-*  
*lungue*

lunque egli-sia in loghi di Christo nostro signore , è portandoli internar in uerenza , & amore , & obedi cano , non solo intieramente con pronteza , perfettione , & humilità debita nella effectione esterna à quanto farà loro imposto , senz a scuse , è mormorazioni , ancorche comandi cose difficili , & alla sensualità repugnanti : ma oltre di cio si storzi no hauer interior mente vna vera rassigenatione , & annegatione del proprio volere , è giudicio , conformandolo con quello ch' il Superior vuole , è sente , in tutte le cose , &c . Hoc est , Superiorem , qualis cunq; ille sit , loco Domini nostri Salvatoris Christi habet , mente veneretur , amet & obediat promptè , humiliter , in omnibus quæ præceperit . Iesuita par vit & imposuerit , ab q; vlla excusatione & murmurazione , etiamsi difficultia & sensibilitas sunt bus repugnanti a mandauerit , imò habeat etiam in animo perfectam resignationem & Stoici , par abnegationem proprie voluntatis & iudicij , quod totum in superioris voluntatem tim Pythagoricis , par transformet in omnibus rebus , &c .

Intelligitis , opinor , Iesuitæ , me vos nulla iniuria affecisse , quòd sum verò præmonui , vos aliud nil querere , præterquam , vt abolito saluifico IESU AVAIDNLO . nomine , vosmetipso in eius locum substituatis . Quid? An non aperte id iam apud discipulos vel potius mancipia vestra tentatis , dum disertè præcipitis , vt quemuis superiorem loco CHRISTI habeant ? Hanc regulam si diligenter examinarem , demonstrare possem , quanta & quam diabolica arrogantia , sub hypocritico vestro humilitatis vestitu , in penitralibus cordis vestri latitaret . Sed obiter id indicasse sufficiat . Prudentes enim Lectores , etiam me tacente , quid hinc clicere debeant , intelligunt .

Ignatius Loiola , primus noui huius geniminis parens , in sua ad Patres & Fratres in Portugalia epistola , scribit : Facile ferimus , nos à reliquis ordinibus seu monachis , ieunij , vigilis , & alijs asperitatibus , quibus secundum sua institutavit tuntur , superari & vinci . Sed nostros vlo puritate & perfectione obedientie cum resignatione vera proprie voluntatis & abnegatione proprij iudicij , omnes præcurrere , & totos in superioris obsequium resignatos esse : non aspicienes personam , cui obeditur , sed in superiori Christum intueantur , propter quem obediant . Non obseruent in superiori vel prudentiam , vel pietatem , vel bonitatem , ac vt ipse loquitur : Ne perche sia molto qualificato in qual si voglia altro dono di dio Nostro Signore : ma perche tiene il suo luogo , & autorità , deè esser vbidite dicendo l' eternaverit . Qui vos audit me audit . Hoc est , vt breuiter dicam , Simpliciter obediat superiori , etiamsi circa fidē & vitā sit nequissimus . Et huc torquet dictum , quo Christus suos Apostolos , quatenus Dei verbum loquuntur , audiendos præcepit . Quia verò Iesuitæ neq; à Iesu sunt vocati , neq; ab illo emissi , neq; verbum Dei loquuntur , sed meras idolomanias pontificias

cias fundunt, nequitia sua integrumenta sub illo Christi dicto querere, nequeunt. Quin potius hoc Christi dictum in eos quadrat, quo præci-  
Matth. 7. pit ac dicit: eauete vobis à pseudoprophetis.

Finis autem ob quem tanto studio obedientiam perfectam apud suos vrget, hic est: quod animaduertit reliquos ordines, inobedientia, neq; suam auctoritatem defendisse, neq; Ecclesiarum Romanarum profuisse. Ideo se suosq; præter reliqua tria vulgaria vota, quarto insuper voto, nimurum voto obedientia, Pontifici Romano obstrictos esse voluit, ita ut in omnibus Papæ obedirent, & ad nutum eius pro voluntate Superioris à Iesuitis præpositi, cuncta facerent, ei obtemperantes seu Christi vicario, seu, ut ipse loquitur: *Come vicario di Christo.*

Cæterum, vt ad Iesuitici ordinis secretiora, rectius penetremus, prodest, singula cœconomia ipsorum membra seorsim intueri.

### 1. De Iesuitarum Generali.

*Circa A.  
C. 607.*

**H**itaq; Loiolitæ, non Iesu Christi, sed dæmoniorum socij, ante omnia caput quoddam & principem habent, quem vocant Generalem, analogia à Pontificis Romani regno petita. Ut enim à Phoca nefario, cæsaricida Bonifacius III. Papa, nomen Generalis ac vniuersalis Episcopi impetravit, quod hactenus omnes ipsius successores, prout vel prodromum Antichristi, vel ipsum Antichristum, D. Gregorio teste, decuit, vi & iniuria, dolo & tyrannide retinuerunt: Sic ignatius Loiola miles profanus, truculentus homicida, & sibi ipsi & omnibus suis successoribus, ordinis Iesuitici gubernatoribus, nomen Generalis dedit: Sicq; sui creatoris & confirmatoris Papæ, vel potius ipsius Satanæ nomen affectauit. Spero etiam futurum, vt ipsi Iesuitæ suum Pontificem, quem nunc, sicuti gliresuum Regem, quasi humeris portant, suo tempore de solio maiestatis sua præcipitent, ac quemadmodum aliquando pater ipsorum Satanæ gloriatus est, ita & ipsi dicant: Ego sum Papa. Ut enim nunc paullatim ad se monasteria & Ecclesiastica bona rapiunt; passim maximos honores, illustria collegia, amplissimos redditus aucupantur: ita nunquam desistent, vsq; dum in Ecclesia primam sedem obtineant. Neq; enim frustra sit, quod Generalis ipsorum nuspiam, præterquam Romæ habitare debet: vt sic aliquando (vti sperant) sedes Iesuitica, in Pontificiam

ciam commodius transferri & transformari possit, nihil obstantibus votis, quibus se ab omni honore hypocriticè excludunt.

Hic Generalis semper perpetuus est, quādiu viuit; sicut & unus Papa omnibus, quandiu superstes est dominatur. Quod ergo Romæ Ecclesiæ est Papa; id Iesuitis est Generalis: qui semper à latere & secretis Pontificis sedet, ut inter se consilia communicent, nec alter absq; alterius præscitu quicquam in Lutheranos machinetur. Ut ita Generalis Iesuitarum sit quasi Pontificis anima, ac foccus, ut sic dicam, præstigiatorius, sine quo Papa nihil operari potest.

Modernus Generalis Iesuitarum est Claudio Aquarina, olim Princeps & cubicularius Papæ, iam militiae Iesuiticæ dux caputq; , à quo literas commendatitias, quas credentias vocant, accepi, quas Doctor Lucas Osiander in curia Illustrissimi Ducis Vvirtenbergensis retinuit. Hic Claudio Illustrissimum Ducatum suum Filio tradidit, ordiniq; Iesitarum se ante aliquot annos mancipauit, ac simul multas opes, & ut audiui, vltra 50. millia ducatorum societati isti intulit.

Habent etiam in more Iesuitæ, ex suis semper eum eligere Generalem, qui, ut loquuntur, in seculo principem virum egit, ut sic etiam mundi potentes ad suam societatem pertrahant, sibiq; ipsi ob mundi prudentes, quorum paucos elegit Dominus, coram plebe tanto maiorem existimationem comparent. Licet igitur simulent, se voto paupertatis omnes honores subterfugere: nihilominus tamen, quia gradus ac dignitatis officia constituant, quis non videt, illos ipsam sedem pontificiam affectare? Sed sic decet Luciferianam istam sobolem sub humili-  
tatis prætextu mundi primatum appetere.

*Ex Rectori  
Iesuitarū  
Rōe apud  
S. Andreā.*

Huius Generalis est, Iesitarum societatem secundum constitutiones ab Ignatio Loiola præscriptas, in omnibus dirigere. Habet tamen potestatem, nouas condendi leges, aut etiam veteres pro circumstantiarum varietate immutandi, sicut & ipse Papa ipsum Dei verbum, in scrinio pectoris sui scelesto (cœlesti secundum Iesuitas dicere debueram) mutabile habet. Quicquid Generalis ordinat, id Iesuitæ ceu oracula diuinæ suscipiunt, credunt, & faciunt, quasi Generalis esset ipsa I E S V Christi persona, eo quod statuant, ut Papa est vicarius Christi: ita Iesitarum Generalem esse vicarium Papæ: sicq; in eodem honore cum Papa habendum.

Ad hunc Generalem quicquid Iesuitæ per totum terrarum orbem efficiunt, ipsi diligenter singulis mēsibus prescribunt, qui deinde omnia

& singula, pr̄fertim si quædam facinora in Lutheranos aut Hugonotos (vt ipsi vocant) perpetrārunt, Papæ refert, ob quæ deinde illi honoribus augentur & opibus ditantur, vt illorum annales testantur. Summatim dicam, quod est Beelzebub diabolus, seu Lucifer damnatis spiritibus: id est Iesuitis, dæmoniorum socijs, ipsorum Generalis. Is facit fornicari omnes Reges terræ cum meretrice magna, vt inebrientur vino prostitutionis eius, quorum non sunt scripta nomina in libro vite à constitutione mundi. Ne autem Babylon magna bestia coccinea, plena nominibus blasphemiarum damnum patiatur: Societatem suam, quæ est habitatio dæmoniorum & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundi, & odibilis, diligenter curat, sedulò cauens, ne qui ab illo deficiant. Hinc ad omnes reges terræ mittit, & per legatos suos circumvit, nihil intentatum relinquens, donec suis ampla collegia, regios redditus, omnisque generis abundantiam comparet: absq; qua si esset, pauci Babylonem istam magnam iam iam ruina vicinam adamarent.

*Apoc. 17.*

*Apoc. 17.*

*Apoc. 18.*

*Apoc. 18.*

*2.Pet. 2.*

*Apoc. 18.*

Verūm fruantur suaibus & meretricijs spiritualis suæ fornicationis amplexibus: non durabit id perpetuò, sed idem illis finis erit, quem Petrus Antichristo, Pontifici Romano, omnibusq; consimilibus seductoribus decernit, dum inquit: Damnatio eorum nōociatur, & exitium ipsorum non dormitat. Ad quod qui præcipites ferri nolunt, Ioannis, qui Apocalypsin conscripsit, vocem audiant, dicentis: Exite de illa popule mi, vt ne participes sitis delictorum eius, & ex plagis eius non accipiatis.

Capite nunc Iesuitarum constituto, ad reliqua membra descendamus.

### *De Iesitarum Assistentibus, seu intimis Consiliarijs.*

**P**ost Generalem Iesitarum, constituti sunt quatuor primi Assistentes: quorum est Romæ manere, secretioribus Papæ & Generalis societatis Iesuiticæ deliberationibus assidere; ipsis assistere, & in rebus pontificiæ Ecclesiam concernentibus atq; ad interencionem Lutheranorum facientibus, consilijs & scriptis adesse; hos propulsare: illos autem totis viribus propugnare. Eosdem soli Generali, vt hunc vicissim soli Papæ, in omnibus ad amissim obedire oportet.

Officium

Officium Assistentium est, curare, ut quemadmodum ipsorum quatuor sunt, ita etiam in quatuor mundi plagis res Pontificia promoueantur. Sunt ita instar Cardinalium, ad quos prouinciales, visitatores, Restores, regentes ac spirituales praefecti, quæcunq; in mundo Iesuitæ reliqui agunt & efficiunt, singula & omnia scribunt. Et oportet ipsos non minus quam reliquos quarto etiam voto, absolutæ obedientiæ, Papæ obligatos esse: ne quid vel contra Papæ vel sui Generalis voluntatem decernere possint. Si quæ res alicuius momenti ipsis aliunde significantur, illas mox Generali vel Secretario notas facere, qui deinde de ijsdem ad Papam referre debent: quod in hunc modum ipsorum opera & studia semper certa consilia constent, quibus Lutheranorum Ecclesia opprimatur: ipsorum autem res commendatores reddantur, euellantur, augeantur, amplificantur. Itaq; quoties ex India, Hispania, Germania, Gallia, Italia & alijs regnis literæ de religione agentes, mittuntur: primò omnium his Assistentibus offeruntur, qui deinceps res grauiores ad suum Generalem, hic postea ad Papam defert.

In istis literis, quarum mihi plurimas Romæ legendas dederunt, primùm omnium agunt, quis sit Regum ac Principum erga societatem affectus: qui eos clementer ac benignè excipient; & in Lutheranorum perniciē arment. Hos mirifice Papæ cōmandant. Vnde ipsi viceissim hoc præmium deportant, vt Papa ipsos in omnibus quibuscunq; potest rebus euehat, immunitatibus ornet, & dignitatibus augeat. Qui verò Iesuitarū conatibus resistūt, eos ceu capitales Romanæ Ecclesiæ hostes accusant, ac (vt Guisianorū habet conpiratio) per Imperatores remouendos & tollendos monent. Deinde ~~explos~~ in omnia præsentim Germanorum Principū consilia & acta inquirunt: cunctaq; siue vera siue falsa sint, siue explorata ea habeant, siue ex rumore hauriant, Romā trāscribunt. Et vt eò faciliū in rerum Germanicarū notitiam peruenire possint, nonnunquam habitu mutato, vel pedites vel equites Germaniæ & aliarum nationum prouincias peragrant, sicq; proditorios exploratores agunt. In hunc modum Iesuitæ tum alibi agunt, tum maximè in Austria, Suevia, Bauaria: Et in Anglia id fecisse eos notissimum est. Quorū tamen nonnulli iusto Dei iudicio in Anglia iustas proditionis peñas dederunt: & inter Christi eos, cum primis Elianus Campianus. Quē tamen excecati Iesuitæ in numerum martyrum retulerunt: imò instar Dei, vt illis Papisticae fidei constantiam promereatur, inuocant. Tertiò ostendunt, quid hinc inde efficiant

Anno

1584.

ciant, quot ad *consensum* pertrahant, quantum cunq; & quibus medijs illorum societas augeatur. Quartò indulgentias & opem petunt.

His cognitis, Assistentes, illis rescribunt, eosq; ad constantiam hor-  
tantur: Papæ in eos Clementiam prædicant; illisq; plauftra, vt sic dicam,  
indulgentijs onusta remittunt, quas Iesuitæ postea Germanis auro ven-  
ditant & distribuunt.

Præterea Assistentium est, per totam Iesuitarum Societatem, Visitatores, Inspectores, Rectores, Regentes, concionatores, Spirituales præfectos ac Inquisitores; non tamen nisi præsciente Generali, constituere. Qui semper eos eligunt, suisq; præficiunt, quos sciunt, in pontificia idolomania esse obstinatos, Lutheranorum hostes iuratos, & prorsus tales, quales vota ipsorum, quibus se Pontifici Romano in spontanea mancipia deuouerunt, eos esse volunt.

Itaq; Assistentes perpetuo Romæ apud Generalem suum desident, & nouarum rerum cupidi, in singulos dies suorum literas & prodiciones expectant: quorum deinde consilia & facta ad Ecclesiam Romanam incrementum, & ad Euangelicæ doctrinæ euersiōnem disponunt. De Iesuitarum ergo Generali, Assistentibus & professis recte hæc dici posse arbitror: Beatus vir, qui non abiit in consilio Generalis Iesuitici: & in via Assistentium eius excæcatorum nō stetit: & in cathedra pestilentium professorum non sedidit. Quia hi, vt Hannas, Caiaphas & Iudas conueniunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius, vt Christi iugum à se excutiant, Euangeliū & Augustanam Concordiam, contra datas religioni inducias, disrumpant, in his terris pontificias Idolomanias restaurent, & ex abyssio Bestiæ renocent.

## *De Iesuitarum Professis.*

**T**ertium Iesuitarum genus, sunt Professi : qui præter tria vota, scilicet super speciali quodam Pontifici Romano obstringunt, quo votum professionis dicunt: quo profitentur, scilicet in omnibus Papæ absolutam obedientiam praestituros, neque vñquam commissuros, quin in obedientia Papæ praestanda, in rebus fidem & mores concernentibus, primi inueniantur. Id quod Ignatius Loiola, primus illorum inuentor ab ipsis fieri voluit, sicut ex Bullæ verbis, supra citatis, notum est. Ad hoc votum, quo se Papæ in mancipia tradunt, non nisi probatissimos, & quorum

rum industria in zizanijs pontificijs disseminandis, iam explorata est, admittunt: qui que ferme, vt dicitur, modiu salis in societate comedenterunt. Ut ita de illis dubium non sit, eos etiam in posterum totos ab ore Generalis, & Assistentium sententijs depensuros. Antequam autem ad votum illud accedant, tenentur totum triduum ostiatim querere victum, prima exercitia repetere, vota renouare, & omnia humilitatis officia, quæcunque excitatere possunt, subire. Qualia sunt, Loca, salua reverentia dicendo, expurgare secreta, calceos lauare, aliorum pedes osculari, dum verrere, vasa cluere, coco ministrare, humili cubare, nudipedem incedere, sub mensa edere, cilicia induere, scipsum flagellare, peregrinari, seque omnia pedibus subiungere. Deinde ubi haec superarunt, abiura-  
re tenentur, omnes ~~adversari~~, praesertim Lutheri (sicuti sanam eius ex Dei rum verbo doctrinam calumniantur) & iurare se nullum non moturos lapi-  
dem, vt Romana religio stet floreatq; Euangelica autem pessum eat.

Horum Professorum Roma alit ultra ducentos, qui proprium habent, illudq; amplissimum collegium, in quo laute & splendidè sumptibus Papæ, Cardinalium & Episcoporum, qui illorum consilijs & scriptis vtuntur, aluntur. Nihil proprij, nullos redditus, vt reliqui Iesuitæ, hi Possident, sed tantummodo aliorum sudores & labores, ceu faci depascuntur. His Romæ Alexander Farnesius (truculenta illa bestia, quæ Germaniam perfitura dixerat: Sic Germanos, & protestates Ecclesias Romanæ reconciliabo, vt equus meus, ventrem tenus in sanguine protestantium incedere possit) augustissimum extruxit templum, vt perpetuas pro ipso missas celebrent & rosaria dicant.

Distinguuntur ijdem à reliquis Iesuitis in eo, quod sunt illorum quasi Episcopi, qui in cæteros inquirunt, ijsque præficiuntur. Etenim ex his professis, maximè quos Hispania & Italia protulere, sumuntur visitatores; Inquisitores, Rectores, Regentes & Spirituales præfecti: qui quod sint rerum Iesuiticarum & Pontificiarum peritissimi, egregie nouerunt sibi subiectos in Palestra Pontifica exercere & instruere. Germanis non Germanum præficiunt Rectorem, sed vel Italum, vel Hispanum; aut si nobilior ex Germanis constituitur, habet tam Hispanum, qui eum obseruat, ne quid præter more Hispanicum agat: hoc est, qui curet, vt Germani in simili Hispanis superstitione & Idolomania (ad quam illos minus propensos esse vident) instituantur.

Peculiare autem Professorum officium est, absolutam Pontifici Romano præstare obedientiam, in disseminandis & propagandis per totum

terrarum orbem, vbi ipse iussit, Romanæ Ecclesiæ erroribus & superstitionibus: non petitio viatico, & sineulla voluntatis, iudicij & intellectus repugnantia, licet ad ipsos Turcas (quod tamen ne fiat, sedulò caurevidentur) occidendum mittatur. Deinde Patri Generali se totos deuouere, abnegatione bonorum, ne scilicet extra societatem vel Cardinales vel Episcopifieri velint. Cum tamē vicem ac munus Cardinalium & Episcoporum subeant, quorū Papa est, ipsorum Generalis, qui nulli mortalium præterquam Papæ se subdit. Ut ergo Generalis totus ex nutu Papæ hæret: ita professi toti ab ore Generalis sui dependent, ab eo oracula, ceu ex tripode petentes, secundum quæ reliquam societatem regunt, &, iuxta Generalis voluntatem, in eos dominentur.

Hi itaq; inter se se vinculo obedientiæ constricti, ceu concatenati coherere debet, vt in Epistola Ignatius Loiola ad patres Portugalię his tradidit verbis: E questo c' ho detto, dell' ubidienza, s' ha da intendere, tanto de' particolari inverso i suoi superiori immediati, come i Rettori, e prepositi locali verso i suci provinciali, e di tutti i provinciali verso il suo Generale, e del Generale verso colui, che Idio Nostro Signore gli ha dato per Superiore, cioè il suo vicario in terra. Hoc est, vt paucis dicam: Ea que de obedientia diximus, omnes particulariter obseruare debent, sic ergo Rector preposito, prepositus provinciali, provincialis Generali, hic Deo Domino nostro & vicario eius obediatur perfectè, vt sic societas hec conseruari & augeri possit. Professi ergo, vt & Assistentes Generali obediant & præ cæteris singulari doctrinæ & sanctitatis existimationem habeant.

Dum ergo Romæ una in domo consident, consilia diligenter inuicem communicant, libros scribunt, in omnes modos & rationes intenti, quibus Romanæ Ecclesiæ seu pontificiæ idolomaniaæ ruinas, per Lutherum illis illatas, resarcire possint. Nec ullum aliud ostium habent, quam ut consilijs ac scriptis Cardinales & Episcopos in extirpanda Lutherana doctrina iuuent: siquidem hac vigente, Romanam Ecclesiam nullam tranquillitatem habituram Colonienses Iesuitæ iam olim scripsere. Quam etiam rem nunc: in Italia, Gallia, Austria, Bauaria & Augusta omnibus impietatis viribus vrgent, tradentes, non gladio q̄ris, sed ore gladij contra Lutheranos dimicandum.

Anno 1583.

Cum Landsbergæ essem, Georgius Baderus, per Bauarium Iesuitarum Provincialis, & Bonaventura Rector collegij Ingolstadiensis à Iesuitis inhabitati, in mentionem rerum Augstanarum incidentes, dixerunt: Nostra Societas tutæ Augustæ permanere non poterit, nisi prius Doctorem Mylium ejici curauerimus, & domum quam titulo Augustanæ Confef-

Confessionis extruxerunt, nostris professis tradi elaborauerimus, qui Augustam admissi, sua sanctitate & existimatione plurimos reducere, & Lutheranam religionem nomine Augustanę Confessionis fucatam, op̄e & auxilijs Fuggerorum, qui nobis singulariter fauent, tacite opprimere & cuertere poterunt. Quantum etiam Iesuitæ hac in re haec tenus præstiterint: Augusta domesticis militibus obsessa: satis acerbè deplorat. Felix illa, si Iesuitas, ceu publicas Reipublicæ Christianæ faces, eiecerit, propulsarit, & ad Italiam vel Hispaniam, vnde venerunt, remiserit: pacem autem nullam habitura, quam diu illos in medio sui aluerit, id quod ex multis illorum dictis, scriptis & factis notius est, quam ut opus sit ea copiosius demonstrare. Id quod optimi Augustanorum ciues, proh dolor, magno cum suo detimento experiantur.

### *De Iesuitarum deuotorijs seruis.*

**Q**uartum Iesuitarum Genus, sunt trium saltem vulgarium votorum professi. li se Papæ & Iesuitarum Generali in hæc formam devouent: Omnipotente è semipaterno Iddio io. N.N. quantunque indegnissimo dell'vstro Diuin conspetto, confidato nondimeno nella pietà, è misericordia vostra infinita, è spinto dal desiderio deseruirui, so voto in presenza della sacratissima vergine Maria, è di tutta la corte celeste, alla diuina Maeſta nostra di pouerità, castità, & vbiicitate perpetua nella compagnia di Giesu, è prometto d' entrare, per viuere, è morir in quella: il tutto intendendo conforme alle coſtitutioni di eſe compagnia. Doncando dunque humilmente dall' immensa bontà, è demenza vostra, per il ſangue di Giesu Christo, che vi degnare di auettar, queſto hollocauſto in odore di ſoauitā: è che fi come vr haue-re dato gratia di deſiderarlo & offerirlo, coſi me la vogliate abbondamente concedere per adiutorio. Hoc eſt, si Latinè reddatur: Omnipotens semipiterne Deus. Ego N.N. lieet vndecung diuino tua conſpectu indignissimus, fretus tamen pietate ac miſericordia tua infinita, & impulſus tibi inſeruendi deſiderio: voueo coram ſacratissima vergine Maria, & curia tua cœleſti vniuersa, diuina maiestati tue, PAVPERTATEM, CASTITATEM & OBEDIENTIAM perpetuam in Societate IESV, & promitto eandem Societatem me ingressurum, vt vitam in ea perpetuò degam, omnia intelligendo, iuxta ipsius Societatis conſtitutiones. A tua ergo immensa bonitate & clementia per Iesu Christi ſanguinem peto ſuppliciter, vt hoc holocaustum in odorem ſuauitatis admittere digneris, & vt largitus es ad hoc deſiderandum & offerendum, ſic etiam ad explendum gratianam vberiorem largiaris.

Hæc est formula iuramenti, quo Iesuitæ non (vti dicunt & putant) Deo, sed societatis suæ seruitio se mancipant. De qua quid sentendum sit, alibi demonstratum est.

*De capiti.  
Babyl.*

Ad hæc vota facienda studiosi & literati, biennio probationis exacto, illiterati, uno vel dimidio absoluto, admittuntur. Ego hæc vota cum Martino Lutherò impia, falsa, iniusta, verbo Dei contraria, Decalogo diuinitus tradito repugnantia, fidei Christianæ inconformia, naturæ corruptæ impossibilia, & ab omni Christiana ac humana caritate aliena esse iudico. Quomodo etiam Iesuitæ ista vota reddant & exoluant, id propria ipsorum conscientia ipsis dictabit, & ego in regularum Iesuicarum examine demonstrare sum paratus: aut, quæ ego referre non possum, magnus Domini dies reuelabit.

*Anno 1582* Hi trium votorum Professi, proximi sunt ijs, qui ad quartum votum, quod Professionis nominant, admittuntur: Quorum est in hos articulos, (quos Iesuitæ vocant Canones Professionis, cum ratione credendos (iurare: sicuti eos Christophorus Ziegler Stutgardianus, Iesuicorum nouitiorum Landspergenium olim Minister, nunc vero scholæ Halensis apud Reginam Sororem Ferdinandi Archiducis Austriæ, &c. praefectus, scripto mihi tradidit.

1. Ego N. credo & recipio quæcumq; sacrum generale concilium Tridentinum credit & recipit, Etiam si ea in concilio non fuissent definita. Conueniunt enim illa, cum ijs, quæ in Euangelicis & Apostolicis literis continentur, verbi gratiâ Purgatorium esse, &c. (Scilicet.)

2. Predictis vero Euangelicis & Apostolicis literis atq; alijs, quæ prædictum concilium credi iubet: etiam si ea in Euangelicis & Apostolicis literis non inuenirentur, credo, propter auctoritatem Ecclesiæ Catholicae, quæ in ysu Ecclesiastico prædicta scripta, & non scripta recipit.

3. Catholicam Ecclesiam credo esse eorum uniuersitatem, qui Romanam Ecclesiam, ut omnium Ecclesiarum magistram ac matrem sequuntur, & Romanum pontificem, Petri Apostolorum Principis successorem, & Iesu Christi Domini Nostrivicarium, esse agnoscent.

4. Hanc ego esse catholicam Ecclesiam, eiusdemq; fidem verissimam esse credo, quia sanctorum patrum Orientalium & Occidentalium, Australium & Aquilonarium ab Apostolis usq; ad nos consentiens, & continua traditio, & ipsam esse catholicam Ecclesiam, & eidem Ecclesia credendum esse docet.

5. Prædictæ autem sanctorum patrum traditioni credo, quia eam doctrinam trahunt, quæ à sanctis Apostolis fuit predicata, ut ipsa doctrina successio demonstrat.

6. Sancti

6. Sanctis vero Apostolis ideo credo, quia illi à Domine nostro Iesu Christo, ut expressus Domini verbis constat, ad docendas gentes missi sunt.

7. Christo Domino nostro, & in alijs, & in eo etiam, quo se Deum esse testatus est. Hoc dictum propterea credo, quia Deus illum misit lumen ad reuelationem gentium. alij tor-

8. Missum autem fuisse Christum Dominum nostrum à Deo Optimo Maximo credo, quia illi omnia conueniunt, que S. Prophetæ de venturo Messia & à Deo mittendo Ignatius predixerunt. Loiolam.

9. Prophetis predictis & alijs etiam & in eo etiam, quod Deum ipsi locutum perhibent, ideo credo, quia que de Christo Domino predixerunt, non nisi per diuinam reuelationem predici potuerunt, impleta iam esse video, quale illud est. Gentes fuisse in Christum credituras.

10. Prophetas predixisse illa, que de Christo Domino sub eorum nomine predicta leguntur ideo credo; quia non solum Christianus orbis, sed etiam ipsi heretici, Mahometani & Iudei Christianorum inimici, eadem fatentur eos predixisse, que cum Gentium & Sibyllinis oraculis conueniunt.

11. Propter predictas rationes magis credo, quam propter passiones martyrum, cum & Diabolus suos martyres: aut propter miracula, nam & Antichristus facit miracula, falsa quidem illa, sed que vera esse videbuntur, aut propter quamvis alias rationes.

12. Communis ergo ratio credendi hodie ad Prophetarum oracula ultimo resolutur, id est, ad diuinam conuentiam Veteris Testamenti cum Nouo, ut meritò Sanders Petrus dixerit: Habemus firmorem Propheticum sermonem.

13. Profiteor septem esse verè ac propriæ Sacra menta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, ad salutem generis humani: licet non omnia singulis necessaria, scilicet; Baptismum, Eucharistiam, Confirmationem, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium. Et horum omnium ceremonias ritè venerandas & colendas esse.

14. Profiteor pariter in missa, offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis.

15. Profiteor in Sanctissimo Eucharistia Sacramento esse verè, realiter, substantialiter & transsubstantialiter, verum corpus & sanguinem, yna cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi.

16. Profiteor fieri conuerzionem totius substantia panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, quam conuerzionem Ecclesia Catholica Transubstantiationem vocat.

17. Profiteor, sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum sumi: & Laicos sub una tantum specie porrigidum altaris Sacramentum.
18. Constanter teneo, sanctos unam cum Christo regentes, orationes pro nobis Deo offerre, nos iuuare, interdum visitare, scire, quae apud nos geruntur, opem ferre animabus purgatoriis, & has regere, visitare & illuminare.
19. Constanter teneo, Sanctos unam cum Christo regentes, venerandos atque inuocandos esse.
20. Constanter teneo Sanctorum reliquias esse venerandas.
21. Firmiter affero, imagines Christi ac Deiparae semper virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque illis debitum honorem & venerationem impetrarendam.
22. Indulgentiarum etiam potestatem, a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum Christiano seculo maximè salutarem affirmo. Ex qua, ceu ex Spirituali Ecclesia thesauro, possint dari indulgentia ex superabundantia operum Christi & Sanctorum, quibus ipsis non itudigent.
23. Constanter teneo purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.
24. Omnia & singula, quae de peccato originali & de Iustificatione, in sacro sancta Tridentina Synodo definita & declarata sunt, complector & recipio.

Hi ergo Canones liquido commonstrant, quæ sit Professorum Iesuiticorum doctrina pariter & quod votum. Quorum refutationem orthodoxam, solidam, & fidei Christianæ analogam, præclarus ille Christi seruus, & eximius Theologus Martinus Chemnitius, Ecclesiae Brunsuicensis Superintendentens per multos annos fidelissimus, ipsis Iesuitis formidabilis (sic enim mihi dixit Gregorius de Valentia, haud minimus Iesuitarum: se nullum Lutheranorum nisi Chemnitium metuere) in libro suo tradidit, quem Examen Tridentini Concilij inscripsit.

Si autem quidam Iesuitarum trium votorum professi ad altiora ascendere conentur, & siue in Doctores, siue in magistros promoueri cupiant: aut etiam si qui de Lutheranis excuntes, Pontificia Idolomania se deuouere voluerint: eos, secundum Tridentini Conciliabuli Patres in hanc formulam, iurare oportet, quæ extat ab initio Tridentini Conciliabuli. Eam bona fide à me descriptam, & quam sapientius à multis apostatis, & fidei nostræ Christianæ defertoribus, coram altaribus recitari audiui, hic subijcam. Sic ergo ea habet ad verbum.

Ego N. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquiasq; eiusdem Ecclesia observationes & cōstitutiones, firmissime admitto & complector. Item, sacram Scripturam,

ram, iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare  
 de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnuquam,  
 nisi iuxta vnumanimem consensum Patrum, accipiam & interpretabor. Profiteor quoq;  
 septem esse verè & propriè sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro in-  
 stituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Ba-  
 ptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam vñctionem, or-  
 dinem & Matrimonium, illaq; gratiam conferre, & ex ijs Baptismum, confirmatio-  
 nem & ordinem sine sacrificio reiterari non posse. Receptos quoq; & approbatos Ec-  
 clesie catholica ritus, in supra dictorum omnium sacramentorum solenni administrati-  
 one, recipio & admitto: omnia & singula, que de peccato originali & Iustificatione  
 in Sacrosanta Tridentina Synodo definita & declarata fuerant, amplector & recipio.  
 Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium ac propiciatorium sacrificium  
 pro viuis ac defunctis. Atq; in sanctissimo Eucharistia sacramento esse verè, realiter &  
 substantialiter corpus & sanguinem, vna cum anima & diuinitate Domini nostri IESV  
**CHRISTI**, fieriq; conuersiōnem totius substancialis panis in corpore, & totius substan-  
 tie vini in sanguinem, quam conuersiōnem catholicæ Ecclesie Transubstantiationem  
 appellat. Fato etiam, sub altera tantum specie, totum atq; integrum Christum ve-  
 rumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo purgatoriorum esse, animasq; ibi detentas  
 fidelium suffragijs iuuari. Similiter & sanctos, vna cum Christo regnantes, venerandos  
 & inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias esse vene-  
 randas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparae semper virginis, nec non aliorum  
 sanctorum habendas & retinendas esse, atq; eis debitum honorem ac venerationem im-  
 pertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relētam fuisse,  
 illarumq; ysum Christiano populo maxime salutarem affirmo. Sanctam Catholicam  
 & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem & magistrum  
 agnosco, Romanoq; Pōtifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Chri-  
 sti vicario veram obedientiam spondeo ac iuro. Cetera item omnia à sacris canonibus  
 & ecumenicis Conciliis, ac præcipue à sacrosanta Tridentina Synodo tradita, defini-  
 ta & declarata, indubitanter recipio atq; profiteor, simulq; contraria omnia, atq; her-  
 eses quascunq;, ab Ecclesia damnatas & reictas & anathematizatas, ego pariter  
 damno, reijcio & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo  
 salvus esse potest, quam in presentia sponte profiteor & veraciter teneo, eandem inte-  
 gram & immaculatam asq; ad extreum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuuan-  
 te, retineri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spon-  
 deo, rōuoco ac iuro, sic me Deus adiuvet, & hac sancta Dei Euangelia. Nulli ergo omni-  
 no hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, inhibitionis, derogationis, vo-  
 lentiatis, statuti, decreti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

autem

*autem hoi attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beati Petri ac Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datae Romae apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicae 1564. Idib. Nouemb. Pontificatus nostri anno 5.*

Fæ. Cardinalis Cæsius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

*Quid momenti & quantum ponderis hæc formula Impij Iuramenti (complectens capita Papisticæ religionis) quod præstare coguntur omnes professores & candidati, qui honores Magisterij & Doctoratus consequi cupiunt, in omnibus papisticis Academijs, habeat: ex disputatione Reuerendi Domini Doctoris Heerbrandi, professoris in in-*

*clyta Tübingeri Academia celeberrimi Præceptoris mei colenissimi, Anno 1568 cui titulum fecit: De noua religione seu Fide, ad viuum videre licet.*

Postquam autem hi trium votorum professi, se ita Ecclesia Romanae deuouerunt ac immolarunt, tunc à Generali Iesuitarum in Rectores, Sacerdotes seu patres, confessarios, concionatores, præfectos spirituales, Præceptores, coadiutores spirituales, coadiutores temporales, vel formatos & formandos adiutores, in Scholasticos & Idiotas seu Fratres Ignorantiae diuiduntur ac secantur, quoru nouissimi sunt nouitij, hoc est, iij, qui nuper illorum religionem sunt ingressi. Pauca itaq; de horum dicam officio, vt ita à nouissimis rursus ad primos vsq; perueniamus.

### *De Nouityjs Iesuitarum.*

*Ex Hieron.*

**N**ouitiorum ac Neophytorū Iesuiticorū est, siue illi Principes, siue Comites, siue Barones, siue Nobiles, siue Doctores, siue Magistri, siue Studiosi, siue Idiotæ ante ingressum fuerint, mundū, vt ipsi loquuntur, deserere, scipios abnegare, Bona sua relinquere, à parentib, aufugere, eos percalcatum ire, amicis valedicere, ab omnibus deniq; quæcunq; mundus amat & sequitur abhorre, eaq; toto pectore execrari & auersari; naturalem parentum affectum, in Spiritualem, hoc est, in Iesuiticorum patrum dilectionem conuertere, omnium suorum, atq; adeò etiam sui ipsius

DE VARIIS IESVIT. GENERIBVS.

41

ipsius obliuisci, quasi iam, vt inquit Ignatius Loiola, mortuus, cœcus, ca-  
dauer ac statua esset. Sicut de his plura in regulis Nouitiorum tra-  
duntur.

Adhæc à corporis obsequio indulgentiaq; ( vtor verbis Iesuita-  
rum ) quām longissimè recedere: sensibus repugnantia appetere: carnis  
Societatem disciplinis, hoc est secundum Iesuitas, flagellis, ferulis, flagris,  
alijsq; voluntarijs corporis supplicijs ejcere: voluptatem etiam *uerita tū Socrat.*  
*Nec*, sicut labem aliquam dedecoris opprimere: & in omnibus sui mor-  
tificationem querere: secundum regulas Nouitiorum & voluntatem  
Magistri corundem.

Is Magister Neophy whole in omnibus, in quibus illos mortificari pos-  
se putat, exercere, ac instar stultorum vexare solet, donec sibi ipsi in to-  
tum emoriantur, atque non fibi, sed soli Papæ vel Iesuitarum Generali,  
vivant. Quod Iesuitæ vocant Deo viuere, Christo inseri, ac in mortem  
Christi baptizari ac sepeliri. Non vlla ipsi subeat de parentibus vel ami-  
cisc cogitatio, aut, si qua illis obuenit, eam mox ejciant: in quois autem  
Iesuitico Patre & Fratre ( quos spirituales dicunt ) imaginem Christi &  
effigiem suorum querat & agnoscat.

Ignatius Loiola ex milite factus Iesuitarum pater, scribit: Nouitij  
esse, despicere, contemnere, proque nihilo putare diuinitias, honores, atq;  
omnia, quæ vulgo dicuntur & habentur amplissima: Totum eum esse  
debere Iniesuatum, non aliter quām Christus sit à Spiritu sancto incar- *In rebus*  
natus: Debere insuper ad famam sanctimoniaz, apud Ethnicos, Indicos *Indicis &*  
& Iaponicos colligendam, se grauiter punire, permultum vigilare, diu- *Iaponicus à*  
vissimè iejunare, ac meditationibus quibusdam, arbitratu suo composi- *Iesuitis e-*  
tatis, vacare. Huiusmodi enim rebus suos adèo proficere, vt quoq; ceu Spi- *Anno*  
ritu afflati diuina fundant oracula, perfecti reddantur, & sancti, aut, vt Domini  
Bonaventura Ingolstadianorum Iesuitarum Rector dixit, angeliterre- *1574: fol.*  
stres, ac Dij humanis corporibus induti habeatur. Verùm quis Christia- *241. 424.*  
norum non videt, his exhortationibus corporis parùm utilibus, & qui-  
bus absque fructu Deus colitur, frustra Iesuitas, cum Ethnici & Phari- *1. Tim. 4.*  
sæis humanarum traditionum obseruatoribus, ad perfectionem & salu- *Matth. 15.*  
rem aspirare?

Sed de vexationibus & exercitijs, quibus Iesitarum scribæ ac Pha-  
risæi seniores, nouitios ipsorum religionem ingressos, exagitent, dicetur,  
vbi ad Iesitarum exercitia spiritualia peruentum fuerit.

Fratres Iesitarum si, ante Societatis ingressum, artis legendi & scri-  
bendi

bendi fuerint nescij, regulaijsdem cauetur, ne v illam literam in Societate addiscant: sed idiotæ mancant. Sic enim regula habet Italica 14: Nessuno di quegli si receuono per gli officij Particolari dicasa, impari, ne legere, ne scriuere, ò s' alcuna cosa sapesse, non impari piu lettere, ne altri gl' insegni, senz a licenza del preposito Generale, mà baster à loro in sancta simplicità, & humilità seruire à Christo nostro signore. Id est. Nemo illorum, qui presicuntur alicui functioni domestice, legere vel scribere discat, aut si quid horum sciat, nihil amplius addiscat, neque alios ipse doceat, absq; permisso Præpositi generali; sed illis sancta in simplicitate & humilitate, Domino nostro Iesu Christo seruire sufficiat. Hoc est, vt paucis dicant: Sit asinus, quemcunq; asinum, fors aspera fecit: Sit ei turpe aliiquid scire, laudabile verò, nihil velle addiscere: seu, vt rem verbis exprimam monasticis, maneat frater ignorantia, cuius ordinis, secundum Franciscum, hæc Maxima, seu symbolum est: Nescientes, non carent discere literas. Sicuti rectè etiam de il- lis Epigramma canit.

*Canisti bene tu, ne te villa occidere posse*

*Littera. Nam nulla est littera nota tibi.*

De quibus hos Germanicos libuit ascriber erythmos.

Du zarte Art/ Hast dich bewahrt.

Zu dieser Frist/ Daz du jetzt bist/

Buchstabens frey/ Daz er nit sey

Dein eygen Tode/ In solcher Noht/

Wanns A/B/C/ Thut Ach vnd Wehet

Daz du frey bist/ Mit solchem Liss/

Unwissenst gar/ Aller Lehr zwar/

Behende vnd gschwindt/ Als Esels Gsindt/

Das nur auch ist/ Zu dieser Frist/

Die Welt erfüllt/ Des Ordens gült/

Der Brüdere Ignorantia.

Si ergo quidam societatem Iesuitarum ingrediuntur idiotæ & ~~l~~ <sup>mu</sup>soni, eostales manere oportet, quod regula Ignatij Loiolæ, à Francisco mutuò sumpta, tradit.

Anno Domini 1582. erat Lansperga Neophytus quidam, nomine Otto, patria Vlmensis, artem loculos cōsciendi edoctus, in vera quidem fide rectè educatus, sed deinde Monachij splēdidis Iesuitarum promissis seductus, artificium suum mechanicum deferens, sese ad Ieluita-

rum

rum Societatem contulit. Iesuitæ initio blandè ipsum complectuntur, humaniter alloquuntur, liberaliter tractant, & omnia ipsi, quibuscunq; delectabatur, concedunt. Otto literarum ignarus, cupit eas addiscere. Rector obstat, inquietus, charissime Otto, qualis venisti ad Societatem, talem te manere oportet. Cui ille mi Pater, ego veni ob literas discendas, non ut otiosam vitam absque literis ducam. Rector ait, regula prohibet. Tum ille, nondum in regulas iurauit; Ego aut literas dilecam, aut ad seculum redibo. Tunc Rector: Quia es Nouitius, neque vota fecisti, poteris Alphabetum discere, tecum dispensabo. Verum ut annus probationis fuit impletus, vota vt faciat, iubetur, quibus susceptis, Rector ait; Nunc in regularum iurasti obedientiam, ac superiùs adductā regulam illi proponebit, vultq; vt literis abiectis, se totū in scitiæ tradat. Otto, obsequium se præstiturū simulat: sed nihilominus claram & maximè nocturno tempore literas addiscit. Magister nouitorum ybi id cognovit, quasi qui mortale commisisset peccatum, illū apud Rectorem accusat. Rector ipsi hanc iniungit pœnitentiam; vt culpam suam coram fratribus confiteatur, seseq; publicè in refectorio flagellet. Otto pœnitentiam subit, & nihilominus data occasione, literis inuigilat: donec tandem hanc ob causam à Societate illum segregarunt.

Tanta seueritate Pharisæi isti suas traditiones vrgent, ac seruant, vt èd tutius Deimandata transgredi, suamq; nequitiam celare possint. Ne scilicet dum ipsorum Scribæ ac Legisperiti errant, & suum *aūt̄s̄iqa* obtrudunt, Fratres ignorantiae, quos instar lapidum calcant, cōtraillos insurgere ipsisq; vel in uitis veritatem occinere incipient. Arbitror autem Dominum in Ottone tantum literarum ardorem accendisse, vt hoc me dio illum parentibus lachrymantibus restitueret, in viam reuocaret, & ad Iesum Salvatorem, à quo aberrauerat, reduceret. Sicut deinde ipse literis ad Iesuitas missis, in quibus acriter eos, ceu pseudoprophetas & impostores accusat, testatus: suamq; *nosasiaz* cū lachrymis & fide, ad exemplum sancti Petri, deprecatus est.

### *De Iesuitarum seruis temporalibus, seu coadiutoribus formatis.*

Fratres temporales seu coadiutores formati, sunt Generalis, Assistentium, Provincialium, Rectorum ac Sacerdotum, nec non & studio-  
F 2 forum,

forum, serui: quos Itali vocant Sciauos, hoc est, totius Societatis ministros, qui instar asinorum, ab equis & caballis auenam depascentibus, ad onera domus ferenda detruduntur. Quorum conditio eadem, quæ olim seruorum, nisi quòd necis potestatem in eos non sumunt publicā; quamquam in obedientibus ac immorigeris, quos vel scriptis, vel concessionibus ipsis obfuturos suspicantur, instar Locustæ illius (apud Suetonium in Nerone) præsentanea nauerunt coquere venena; quæ Germanis, Italica dicuntur iuscula. Quæ res in Italia ob Scorpionum copiam ita communis est, vt etiam puer decem annorum suo inimico præparare nouerit.

Horum temporalium coadiutorum est, totum Iesuiticæ societatis corpus fouere, curare, victum & amictum ei parare, omniaq; negotia domesticæ, sed ad nutum Rectoris, tractare. In horum ordinem referendi sunt officiales & artifices: quales sunt coci, futores, sartores, clementarij, arcularij & reliqui, quorum artificijs in societate indigent.

Differunt ergo Iesuitæ in hoc à reliquis monachis, quòd ij res corpori necessarias à ciuibus sibi confici curant: vt sic etiam aliquis fructus ad ciues, quorum sumptibus aluntur, & quos erga se experientur benevolos, liberales ac largos, redeat. Iesuitæ verò pro sua ~~reverentia~~ ratiōne nihil commune habent cum exteris: sed intra suæ societatis complexum recipiunt omnis generis artifices: quos deinde votis suscep̄tis, cogunt pondus & æstum diei portare. Quia autem illi artifices ob vitæ ocium, & luxum, societatem istam ingrediuntur: iccirco vbi obseruārint, Id faciunt se sua spe frustratos, tamdiu, donec se recrētent, inter illos manent; deinceps Iesuitarū de verò occasione oblata, fuga sibi consulunt, & ad pristinum libertatis futores, & vitæ Christianæ statum reuertuntur.

*Sartores,* Arbitror autem Iesuitas potissimum hac de causa ciuium extero-pistores, rum operas subterfugere, ne illorum doli & ~~rapacitatis~~ aliquandò manifesteretur: néve ipsis aliquid aut certè plus quam vellent, de eleemosynarum passim emendicatarum sc̄enore decedat. Propter quam ~~discreti~~ meritò artifices illos odisse consueverunt, vt qui non paucos bonos seducendos recipiunt, sed pessimos rursus emittunt, atque sic intra sua septa deprauatos mundo denuò obtrudunt.

Hic coadiutores temporales nullam habent ylliis rei conficiendæ licentiam, sed omnia ad iussum Rectoris facere coguntur. Si quid emendum, ipsis à Rectore annumeratur pecunia certa, pro qua, ea quæ Rector iubet, semper tamen optima, emere, & statim vbi domum reuersi sunt, ratio-

rationem reddere, & reliquam pecuniam Rectori restituere, tenentur. Empta deinde etiam, pro Rectoris voluntate & arbitrio, dispensare & erogare coguntur: Nihil autem pro sui arbitrij ratione tentare concessum est: licet id magis pium & honestum esset, quam quod Rector præcepit. Rationem huius esse dicunt: quia ab Ignatio Loiola dictum sit: in omnibus superiori obediendum esse. Item: Eum, qui in minimo superiori obsequium detrectet, iam ipso affectu omnem, ut loquuntur, valorem & meritum obedientiæ perdidisse.

Exempli gratiâ. Est fratri cuidam temporali officium custodientiarum scoparum demandatum (neq; enim res villa apud ipsos est, cui non à Iesuitis peculiaris præficiatur præfectus) venit alius fraterculus & scopas ab illo commodato petit, præfectus ei, nisi prius licentiam à Rectori impetrârit, ne scopulam quidem tradere audet. Quia nihil inconsulto Rectori agendum. Sin contrâ fecerit, pœnitentia agenda & multa subeuenda. Aliud Exemplum: Præscripta est Iesuitis regula, ne vllus frater cum exteris hominibus (quos intra suos parietes, seculares, mundanos & imperfectos nominare solent) absq; Rectoris venia sermonem communicet. At verò accedit, ut veniat homo secularis ad illorum collegium, salutans vnum ex Iesuitis, & de rectore inquirens. Ibi tūm ille, nisi prius abeat, & Rectorem interroget, veniamq; impetrat, ne gratias quidem pro salutatione agere, nec seculari (ut vocant) loqui vel verbum audet. Sed necesse est, ut alterum, ceu truncus, surdus, mutus & cœcus prætermittat. Aliud: Erat Landsperga nouitus, nomine Iohannes, artificio sartor: hic cum reliquis nouitijs animi recreandi gratia in campum *Anno Do-* procedit. Obuiam fit illi pater senio confessus, qui filium, quem intra anni 1582. annum non viderat, alloqui & salutare cupit. Filius verò faciem auertit, feria penhorrendum videt, & ne patrem audiat gressus promonet. Pater senex fit *tecosites* lumen inclamat: hoccinne est mihi nutricationis gratiam referre? At ille *tertia*. surdus & mutus pergit. Pater ergo iusta indignatione percitus ait: *Faxit Detestans* ut ita fugias, ne in æternum redreas. Addit insuper reliquis Iesuitis, qui da Iesui pariter silentium præstabant, audientibus: Hæc est pietas quam Iesuitæ tarum in suos docent: quod malum istud consecleratum hominum genus Ger- parentes manæ inuexit? vos ne Iesuitæ sitis? Non estis Iesu fratres, sed filij Satha- *impieas*. na, qui tantam impictatem filios docetis. Vadat ergo in nomine Diabolus iste mucus degener, non se talem gessit, qualem, Christianum detet. Vbi domum deuentum est, res ad Rectorem defertur. Rector filij integrati, potius fuisse & stigmata, quam laude digni, factum probat: *Bene fecisti,*

fecisti, ait, mi fili, qui patrem tibi elegisti, patres Societatis, quos te magis quam patrem tuum amare decet: & quod hic secularis sit, illi spirituales. Hanc etiam impietatem auctoritate Hieronymi probare conatus est, qui dicat. Per calcatum transfundos esse parentes, si nos a religione abstrahere velint. Adhac cuiusdam Parisiensis nouitij exemplo illustravit, qui ne quidē lachrymis matris permoueri potuerit, ut è coenobio egredieretur. Addebat insuper, parentibus, si eos à societate Iesuitarum abstrahere conarentur, dicendum & scribendum esse: Vade post me Sathan. Quod non parentibus naturalibus, sed Societatis patribus obedientiam absolutam voverint.

Oporteret ergo coadiutores temporales in omnibus ad amissim Rectori obedire, etiam si sensus, recta ratio, pietas, & ipsum Dei mandatum repugnant. Temporales autem dicuntur, quod tantum temporalibus rebus occupentur, & in rerum mundanarum dispensatione versentur, & ea iussu Rectoris peragant, quæ ipsis cum secularibus efficienda incumbunt. Dum reliqui Iesuitæ in literis, & ijs rebus, quæ Spiritum, ut aiunt, concernunt, sunt occupati.

Ne tamen nomine Temporalium offendantur, dicunt illos non minores esse merito, quam reliquos: si eodem spiritu res mundanas, quo illi Spirituales tractent. Quia non sibi ipsi Iesu & Virgini inseruant. Illosq; tot recepturos coronas, quot labores subeant pro Societatis patribus, qui in tractatione rerum spiritualium occupentur, & curent, ut Societas, floreat, augeatur & dilatetur.

### *De seruis Iesuitarum spiritualibus.*

**C**oadiutores spirituales, sunt illi, qui consilijs & scriptis, senatum Iesuiticum eiusq; curiam iuvant. His licet quidem, sua consilia, superioribus referre, sed hac conditione, ut perinde sit, siue illa recipiantur, siue repudientur, siquidem eorum sit, non dominari aut imperare: sed consilia quidem sua in medium proferre, vel suam sententiam scripto significare, liberum tamen relinquere superioribus, ut eligit quod ipsis optimum videtur. In Synedrio ergo & Synagoga assidet, suamq; sententiam dicunt. Si autem secedere iubentur, & Generalis cum Assistentibus, quid faciendum sit, decreuerit, licet aliud ipsis videatur: tamen contra

contra hiscere non audent: sed Pythagorici facti, dicunt, <sup>autem 1592</sup>: Ab ore Dei profectum est. Si quis autem est, qui aliud sentiat, is audit: Tu non es iudex, sed Assessor: non pater, sed obedientia filius: charissime, nostri patres Spiritu Dei aguntur, errare non possunt: tuum ergo est, totum tuum ~~bonum~~ tradere in illorum obsequium, pro ut obedientia regula, quibus nos detinouimus, prescribunt.

Spirituales autem vocantur, quod eorum sit, circa res spirituales occupari. Res autem jesuitarum spirituales sunt; Curare, ne Pontifex Romanus vel Rotmana Ecclesia damnum patiatur: Hæreticis, hoc est, Lutheranis ore & scriptis resistere: Principibus consilia, quomodo eos delere possint; subministrare: Collegiorum, domorum & residentiarum pro Jesuitis ædificationem apud eos impetrare: in magnis eleemosynis colligendis sollicitum esse: multos ad Societatem pertrahere: & in omnibus curare, ut de die in diem Societas angeatur & ditetur. In his, qui se strenuum ac sedulum præstat, hunc spiritu Societatis agitari, & Ignatij mentem sequi tradunt. Et quod quisq; est in colligendis opibus artificior, eò est inter illos honoratio.

His rectè curatis, res ipsi quoq; habentur spirituales: Missa, benedictæ statuæ, consecratæ imagines, templa augusta, vestes preciosæ, vasa templorum aurea & argentea, nec non & alia, quæ ad Missæ ornatum faciunt, quibus etiam expoliendis & conseruandis sacristanos ac ceremoniarum Magistros præficiunt: Hæc sunt istis res spirituales: verbum autem Domini lincerum, & sacrosancta, prout Christus ea instituit, Sacramenta, quæ inter res Spirituales meritò primas tenent, ceu rem profanam & inutilem rident, oppugnant, blasphemant, proculcant: Deum verum deserentes, & opus manuum suarum adorantes.

### *De Praeceptoribus Jesuitarum.*

Praeceptores Jesitarum sunt illi, qui in scholis & Academijs discipulos curæ suæ commissos in rebus fidei, & studijs literarum, ad prescriptum Inquisitoris, Visitatoris ac Provincialis, regunt & docent. Illorum quidam sunt publici, quidam domestici. Publici sunt, qui gradum siue Doctoratus siue Magisterij intra vel extra Societatem sunt consecuti. Domestici, qui tantum priuatos discipulos domi exercent, informant, & audita ab illis rursus exigunt. Quos alibi Repetentes Magistros dicere solent.

solēt. Sic Gregorius de Valentia, Hispanus, est Ingolstadij publicus Professor: non tamē Theologiaz, sed somniorū Thomę de Aquino. Sic Dul-lingę publicum professorem habet Patrem Iulium, Italum, qui locos Thomę Aquinatis & casus conscientiaz referuatos tradit. Iesuitaz enim, vt & olim Pharisæi, in Scholis cathedram Mosis & primatum affectant: licet paupertatis voto scipios, more Pontificio, hoc est, eminentio, ab omni honore excluderint. Hi professores nullum pro lectionibus recipiunt stipendium. Nam regula ipsis præscripta est: Gratis accepistis, gratis date. Quod si autem à Principibus & Academiarum patronis illis pro laboribus præstitis ad collegia aliquot coronatorum millia mittuntur, ambabus manibus, non ceu mercedem, sed vt loquuntur, loco eleemo-  
synæ illa recipiunt.

Est & inter Iesuitas aliud Præceptorum genus, quod ex Iesuitarum ordine selectum, præficitur ijs, quos Romanæ religioni addicti Principes sua munificentia alunt: quosq; vulgo Beneficiarios vocant. Hi præce-  
ptores, non vt reliqui Professores, intra Iesuitarum collegia manent: sed cum alumnis illis in ipsorum ædibus stipendiarijs viuunt, in quorum fidem & vitam inquirunt ac animaduertunt. In huiusmodi stipendiario-  
rum domo, singulis mensis, ad quam octo ordinantur, inspecto & præ-  
ceptor præficitur Iesuita: qui audita ab illis exigit, eosq; non tam in Phi-  
losophia studijs, quam in Pontificia idolomania informat. Idem disci-  
pulos ad Missas, & ad Confessionem auricularem adigunt, hocq; potissimum agunt, non vt docti & parentibus morigeri, sed vt Papistæ & Iesuitæ efficiātur. Si qui sunt inter illos nobilioris & melioris spei adolescen-  
tes, eos varijs illecebris & promissis ad sovetatis ingressum sollicitant.  
Sicuti multi Nobiles tum alibi, tum maximè in Bauaria, magno suo ex-  
periuntur cum dolore, videntes suos filios, in quos omnem suam spem,

*Anno 1582* & præclari generis propagationem collocârunt, à Iesuitis seductos, so-  
*Ingolstadij* cictatem ingredi, & in ingratos atq; impios in parentes homines, muta-  
*Nobi-* ri. Quos postea, vt vt maximè velint, reuocare tamen non possint, cùm  
*les seducti* pontificio iure, seu potius tyrannide, ac Iesuitarum priuilegio, quo con-  
*Schrenck* concessum est ipsis omnes, cuiuscunq; sint status & ordinis, recipere,  
*Hundt.* prohibeantur. Si etiam quem vel doctiorem vel nobiliorem, vel ditio-  
*Nazonus.* rem dictum in modum parentibus suffurati fuerint: ne illum repetere  
possint, mox eum vel in Italiā vel Galliā mittunt: quò omnis via pa-  
rentibus, siue per seipso, siue per amicos reuocandi, præclusa sit.

Studia horum præceptorum, quæ dilicipulis tradunt, sunt, cursus,  
vt loquun-

ut loquuntur, philosophicus; quem nos artes liberales dicimus: Item Humanitas, quam nos Catonem, Grammaticam, Syntaxin, &c. appella-mus. Priuatum autem & speciale exercitium est: ut omni studio fuos di-scipulos ad Societatis amorem pertrahant: in Catechismo Canisij insti-tuant: ad Confessionem auriculararem ducant: ad quotidianum Missæ au-ditum inuitent: & ~~aneibas~~ inquirant, ne illis sit ullum cum Lutheranis stu-diosis commercium: néve libros à Lutheranis conscriptos habeant. Viderint ergo parentes, quid faciant, quibusue grata sua pignora com-mittant, dum nescio, qua persuasione seducti, teneros fuos filiolos, san-guine I E S V Christi redemptos, de perditis his iuuentutis corruptori-bus, verè Lupis spiritualibus, agnos committunt. Grauem sanè Deo, ni-si resipuerint, & in posterum abstinuerint, rationem reddent.

### *De spiritualibus Iesuitarum præfectis.*

Spirituales præfecti Iesuitarum sunt ij, qui in Collegijs & domibus Iesuiticis, iuniores & nouitios obseruant, ne primam, vt loquuntur, charitatem, quam ad Societatem attulerunt, deferant: sed semper magis magisq; in societatis Spiritu proficiant, & senioribus similes efficiantur. Horum est conscientias scrutari, Spiritum scopare, & in exercitijs spiri-tualibus iuniores informare.

Ad hos, si qui nouitijs iniiciuntur scrupuli vel tentationes, confu-giunt rudiores, qui spiritualibus illusionibus resistere nondum didice-runt. Isti ergo instar Sophistarum ex tentatione bona malam, & vicissim ex mala bonam, artificiosè reddere norunt.

Verbi gratia. Tentatur Nouitus, quod debeat Societatem defere-re, matrimonium inire, & parentes suos senes ac pauperes suo labore iuu-are. Hanc tentationem vbi spiritualis præfector in nouitio latere co-gnouit, hoc affert remedium. Charissime, inquit, frater, semel voulisti, vi-de ergo vt vota reddas, ne in damnationem incurras. Neq; enim dignus est, qui semel manum ad aratrum posuit, & retrospicit, regno celorum. En homo factus es spiritualis; ne igitur velis copula matrimonij carna-lis fieri. Quandoquidem illi, qui in carne vivunt, Deo placere non po-sunt. Huc enim dictum Pauli, contra carnales, Iesuitæ torquent. Quid tibi curæ sunt parentes? Audi Christum & Ignatium nostrum Loiolam. Hic monct, vt naturalem seu carnalem amorem in spiritualem conuer-tamus,

tamus, hoc est, omnem ~~sororiam~~ & dilectionem in patres Societatis transfundamus. Ille vero dicit: Qui non odit patrem & matrem suam, non est me dignus: hoc est, si vis in Societate viuere, neesse est, ut parentes tuos, te ad seculum retrahere conantes, tanquam capitales hostes oderis, & fugere velis, atque Societatis amorem parentum dilectioni longe præferre.

**Verba Ia-** Hoc est enim naturalem in parentes affectum, in spiritualem conuertere  
**cobi Cru-** re, ut sanctus pater noster Ignatius Loiola docuit. Quid tibi cum patre  
**fii Iesuitæ tuo?** En pro patre seculari, recepisti aliquot mille patres spirituales?  
**Landßer-** Quid tibi cum matre tua? En mater tibi est sancta Ecclesia Romana, &  
**gensis.** indulgentissima beata virgo Maria. Quid tibi cum fratribus? En pro  
**v-**  
**Amo 1583.** no atque altero fratre carnali, tot habes fratres spirituales, qui ex quo  
**fuere plu-** te amant, & tibi bene volunt, quot sunt Iesuitæ. Quid cum sororibus?  
**res Iesui-** Tot sunt tibi Sorores, quot sunt in Romana Ecclesia virginis Deo dicata  
**rū quā tæ.** Quid cū tuis opibus & domibus? En pro vna domo tot pulchra col  
**9000.** legia, tot amplas domos, tot tantosq; recipis redditus, quantos vix nu  
merare potes. Quid cum amicis? Iam tibi amici sunt Papa Dei Vicarius,  
Cardinales, Episcopi, Imperator, multi Principes, & omnes catholici.  
Noli ergo Satanam audire, dicentem: redi ad tuos, contrahe matrimonium, &c. Hæc solent illi quām diligentissime inculcare.

Rursus in seculo est vir quispiam senex, qui ob vitæ ocium & re  
quiem, qua securè fruuntur Iesuitæ, cupit Societatem ingredi, vxorem,  
liberos, domesticos, ac bona sua deserere. Licet ergo alioquin Pontificij  
doceant, coniugatos rectius Deo seruire, si soluto matrimonij vinculo,  
monasteria ingrediantur, & vota suscipiant, quām si in coniugio viuant:  
tamen quia ijdem intelligunt, senum operam ordinis suo parum condu  
cere, ideo bono illi seni, deuotioni dedito dicunt: Mi dilecte pater, no  
ster status, & viuendi genus tibi nimis asperum & durum erit, non pot  
eris præ ætate probationis annos sustinere: neq; pœnitentias, quibus no  
uitij nostri excentur, perferre. Vxorem duxisti, eam retine, ab hac nisi  
*1. Cor. 7.* morte liberari non potes. Paulus vult, ut mariti suas uxores diligent, cu  
rent, ament, nutritant: quod facere non posses, si ad Societatem admitt  
*8. Tim. 5.* eris. Idem docet infideli deteriorem esse, qui liberos & familiam non a  
lat. Quare opes desereres senex? honorem habe corpori tuo, & filiis tuis  
thesauriza. Mane ergo in ea vocatione, in qua vocatus es. Deus te adiu  
uet, ego haec in re tibi optulari non possum. Quanquam autem hæc ver  
dicta sunt; tamen ex eo patet, quomodo spirituales illi præfecti ex albo  
unigrum,

nigrum, & ex nigro album facere soleant, prout res ipsiſ. *τὸς τὰ ἔλαφον & Aristoph.*  
ad societatis incrementum facere videtur. *in nubib.*

Hi spirituales præfeci, in incessu, sermone & moribus insignes sunt hypocritæ: qui in omnibus verbis & factis, pietatis, humilitatis, sanctimonij ac singularis cuiusdam (vt loquuntur) deuotionis spiritum affe-ctant. Iurares ipſos angelos esse. Quamprimum vero os aperiumt, & de religione interrogati respondent, ex doctrina colligitur, eos esse Satanæ seruos, in angelos lucis transformatos, lupos rapaces, pelle ouilla tectos; nihil niſi multam inſcritiam & dubitationem in animis discipulorū ten-tatorum relinquentes.

Præter superiora etiam hoc ipsorum officij est, iunioribus tradere & commendare deuotos libellos, quales sumt Psalterium Mariæ, Rosarium eiusdem, Hortulus animæ, Thomas de Kempis, quem alij Gerſonem vocant, Stellarum Mariæ, Exercitia Borgiæ, olim Iesuitarum Generalis, Thesaurus Societatis spiritualis, Ratio confitendi, Legenda Sanctorum, Homiliae Dionysij Carthusiani; Dialogi Gregorij, & his ſimilia.

Est etiam illorum partium, nouitijs præscribere & ordinare, quid vel quæ ad mensam legant: Item, quæ domi inter parietes, de contemptu mundi, de amore in Societatem, de paupertatis, castitatis & obedientiae votis, & his ſimilibus, exercitij gratia prædicare debeant. Obſeruant in ſuper, vt ritè ac debit is horis perficiantur preces, ac cætera spiritualia of-ficia. Et hæc omnia, hoc fine, vt omnes ſub ſtricto obedientiæ iugo reti-neri poſſint.

Si quos ſentiant, eſſe liberi (vt ipſi loquuntur) arbitrij, iudicij, vo-luntatis ac intellectus Studiosos, hoc eſt, qui quaſi *εὐτοπεῖα περὶ οὐτῶν*, prout ſibi videtur, non vt regula iubet, ſua expedire conantur: ne-que in omnibus ſui mortificationem & voluntatis propriæ abnegatio-nem querere volunt; eos primò hortantur, vt ſe obedientiæ submit-tant. Si deprehendantur non emendati, poenitentias illis iniungunt. Si nec hiſ emendantur, Rectori deferunt, qui altius, vt dicitur, ponendo paſtum, iejunia, cilicia & flagella admouet, quibus vel inuitos, niſi mori malint, cogit. Id vbi fit, tūm obſeruatur, ſecundum illorum ſententiam, illud Christi: Compelle in-trare. Et tunc regnum Dei vim patitur.

## *De Jesuitarum Concionatoribus.*

2. Pet. i.

Iob. 10.

**C**oncionatores sunt, non qui, ut reliqui parochi, certis præficiuntur templis; sed qui vices parochorū in concionandi munere subeunt. Quae res sanè Pontificijs parochis, pro rara sua eruditione, & quòd melius nōrint missare, quam concionari, gratissima est. In locis ergo, in quibus Iesuitis collegia, domus vel residentiæ extructæ sunt, ab Episcopo, Decano & Parocho petunt, ut illis concionandi facultatem dent. Quam ipsis ob Papæ auctoritatem, qua muniuntur, denegare non audent. Hi concionatores non ad normam Propheticarum & Apostolicarum scripturarum, diuinitùs inspiratarum, conciones suas informare solent; sed ad mandatum Pontificis Romani, secundum Canones Tridentini Conciliabuli, & impium Petri Canisij Catechismum, scholasticorum commenta, de contritione cordis, confessione oris, satisfactione operis; ad hæc quæstiones inutiles, fabulas amiles, nugatorias, Diuorum Lugendas, apud rude vulgus deblaterare, doctioribus autem molestiam, nauseam, & fastidium creare solent. Optimi ex ipsis, & reliquorum Principes censentur, qui verbosas & atroces in Lutheranos inuectivas instituere: populum ad indignationē aduersus Lutheranos excitare: & apud auditores curiosos, risum, recitandis fabulis & mendacijs, quibus Lutheranos perstringunt & calumniantur, excitare possunt.

Inter quos haud minimum obtinet locum, histrio Pater Conradus, Monachij concionator, qui integras horas consumit calumnijs in Lutheranos coniiciendis. Nec non & Lutzius Landspergæ.

## *De Jesitarum Confessarij.*

**C**onfessarij apud ipsos dicuntur, qui in casibus reseruatis, & penitentia Papistica, Canonica, Scholastica, & Iesuitica articulis, satis instructi, & Episcopali Chrismate inuncti aut ordinati, in Iesuiticis & Cathedralibus templis, quatuor ieiuniorum temporibus, certas occupant sellas, in quibus accendentium confessiones excipiunt. Hi confitentes examinant secundum regulas ipsis præscriptas, & secundum consuetas Pontificijs rationes, plenariam circumstantiarum enumerationem exigunt: sine qua iritatem absolutionem, & eum, qui peccati circumstantiam

tiam reticet, sacrilegum esse dicunt. Examinant autem primò confitentes de peccatis occultis & cogitationum erratis: secundò de verbis: tertio de factis: quartò de omissis: quinto de scriptis: sexto de venialibus, actualibus, & tandem de mortalibus. Et vt id ritè peragant, Decalogum ad manus sumunt, & ex eo confitentē examinant, à Decalogo digrediuntur ad Ecclesiæ præcepta: in hæc qui peccat, grauiorē sustinet pœnitentiam, quam qui in præcepta Decalogi deliquit. Ab his descendunt ad septem mortalia peccata. Hinc ad quinque sensus, ad peccata aliena, ad negligēta misericordia opera, denique ad inquisitionem articulorum Pontificiorum veniunt. Maximè verò has circumstantias vrgent: *Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando Peccāris, dices: ut sit confessio vera.* Si qui etiam apud Iesuitas cōfidentur: hi singulares per Pontificem Romanum consequuntur indulgentias.

### *De Iesuitarum Pœnitentiarij.*

**P**Oenitentiarij Romæ vocantur, qui ibidem apud S. Petrum integrum diem sedent, vt ibi confessiones excipient. Si quis hos pœnitentiarios prætereat, caput aperiat, & genua flectat; & si saltē arundine, quam illi in manu tenent, tangatur, indulgentias 40. dierum consequitur. Sin insuper apud eosdem confiteatur, 100. dierum indulgentias habet. Mandatur autem illis specificè: vt diligenter in hæreticos, hoc est, Lutheranos inquirant. Si quos animaduertūt, ad partes Lutheranorum inclinare, & in fide Romana dubios esse; neq; Papam Ecclesiæ Romanæ agnoscere; eos non absoluant, nisi statim reuocent: Si contra disputent, ad domum inquisitionis remittant. In ea miserè ab Inquisitoribus, non aliter quam maleficìa carnificibus in quæstione, torquentur. Summam etiam pœnitentiarij nauant operam, ne quisquam vel domi vel apud alios, scripta à Lutheranis promulgata habere possit. Si quos in Confessione cognoscunt, aut hospitia Lutheranis præbere, aut consortia cum illis inire, eos excommunicant, & Magistratui, ceu proditorum receptores, puniendos offerunt, non obstantibus decretis, quæ præcipiunt, arcana confessionis nulli reuelanda esse. Tandem omnibus peccatis cognitis pro qualitate delictorum, pœnitentias imponunt, & homines ante omnia ad crebram confessionem adhortantur.

Finis autem illorum est, non Christigloria, nec proximi salus, sed

quaestus, qui inde ad illos venit uberrimus: inquisitio in fidem Christianam: exploratio arcanorum; proditio Euangelicorum: nummus confessionalis: conscientiarum carnificina: dubitatio de fide, & deniq; si quis ipsorum deceptionibus locum det, apostasia atq; desperatio.

### *De Iesuitarum Sacerdotibus.*

**S**acerdotes seu Patres sunt, qui secundum Ignatij Loiolæ regulas, quotidie pro viuis & defunctis, pro Pontifice Romano, pro Societatis incremento, & ad promerendā abolitionē Lutheranorū, sacra faciūt, missasq; celebrant. Hi præcipue hoc agunt, ut current missas & reliquas ceremonias recte, secundum Missale Romanum, secundum Tridentini Conciliabuli decreta correctū, peragi & celebrari. Horum est quotidie, vbi cunq; volunt, officiū dicere Romanū, matutinū, vespertinū & nocturnū, sive, vt loquitur, horas canonicas; officio, vel in horto, vel in templo, vel in cubili, vel in musæo, vel in dormitorio, vel in circuitu, vel alio in loco (neq; enim vt Monachi ad chorū vel capsulam impanati Dei, à sacrificio creati, alligantur, sed liberè vbi cunq; volunt illud peragunt) demurmurato. Conferunt se etiam interdum ad exercitium aliquod corporale, mediocre tamen: Qualia sunt, Bibliothecam curare, hortulos plantare, libros legere, scribere, pingere, aut simile quid agere, quo diei tedium leuant.

Est insuper ipsorum officij, in eos, qui Sacerdotes non sunt, animaduertere, & delinquentes, paternè (vnde sibi nomen Patrum arrogant) admonere, vel superiori ea, quæ minus recte fieri vident, deferre. Hos omnes iuniores, & ij qui Sacerdotes non sunt, in magno honore habeant,

**Regula 23.** vt regula mandat: Tutti siscopriranno il capo à suoi superiori, è quegli che non sono Sacerdoti, ai Sacerdoti. Hoc est, Omnes ad presentiam superioris & Sacerdotis caput aperiant, & ipsis debita cum reverentia & humilitate (seu, vt Italus loquitur, con gran riuerenza che humilmente) loquatur & auscultet. Si nouitios ac iuniores Rectori deferant, ac in eos corycæos agant, omnia hi magna cum patientia & humilitate sustineant: quia ab Ignatio preceptum est: vt omnes in submissione & humilitate facile patientur, omnes suos defectus, superiori significari: quod ad maiorem in Spiritu profectum facere dicunt.

**Regule 10.** Est etiam illorum officij, singulis diebus Veneris ad iuniores & nouitios instituere exhortationes: quarum finis sit, mundi contemptum, Socie-

Societatis amorem, abnegationem sui, & perfectam in omnibus, secundum Societatis institutum, obedientiam, iuniorum animis instillare. Nelle prediche, dicit Ignatius Loiola, *domestiche trattino spesso della, propria an-* Regula 19.  
*negatione, del profitto nelle virtute, d' ogni perfezione, effortandosi à quelle l'vn l' altro & particolar mente alla uniione, è fraterna carita. Id est, Domesticas in concionibus de nostra ipsorum abnegatione frequenter tractetur materies, de progressu singulorum in virtutibus, & de omni perfectione, exhortando se se in uicem ad illam, & in primis ad concordiam & fraternalm caritatem.*

Lubet Iesuiticæ exhortationis vnum exemplum afferre, quod Anno 1583.  
 Landspergæ à Patre Ioanne Iesuita, Augustæ adili, audiui. Idq; paucis verbis, tantum *et tu tibi inveneras a laudis oratione subijciant.*

Textus. *Spectaculum facti sumus Deo & Angelis.*

Quod, carissimi, rebus nouis, id etiam nostræ Societati accidere solet. Si quid noui suboritur, omnes & illud videre & audire cupiunt: Sic postquam nostra Societas, ad Germaniam venit, omnes in illam, ceu in album eorum, aut ceu vacca in nouam horrea portam, intenderunt: adeo ut recipia, toti mundo spectaculum facti simus. Quia autem omnes diligenter nos obseruant, nostrum quoq; est, ut tales nos geramus, quales nostræ regulæ præcipiunt, ne turpe mundo spectaculum simus. Dicamus ergo primo: Quibus spectaculum simus. 2. quale, ut sic discamus mundanorum conspectum subterfugere, & nobis, hoc est, secundum Societatis institutum vivere.

I. Quibus ergo spectaculum facti sumus? primo Deo, qui nos, ut & reliqua omnia præsenter intuetur, ac, sicut Apostolos suos, mundi nos spectaculum fecit. Scitis enim vitam nostram esse Apostolicam, ut ergo Apostoli Deo gratum, mundo inuisum: ita etiam nos Creator nostro acceptum, mundo odiosum spectaculum sumus. Quia autem Deum nostrarum actionum spectatotem habemus, & quem est, ut vitam nostram secundum Societatis regulas instituamus, ne Deum intuentem nos offendamus.

Secundo Spectaculum etiam facti sumus angelis: idq; bonis & malis. Bonis spectaculum sumus. Nam angelis sæpe nostro Patri Ignatio Loiolæ, & decem primis patribus apparuerunt. Sic Xauierius noster A- Si credere postolus Indicus, sæpius per Angelorum custodiam, ab hostium incursu fas est. conseruatus est. Erant aliquando Romæ nostri primi patres magna rerum penuria oppressi, nec habebant, vnde vivitarent. Frater quidam in forum procedit, volens ostiatim colligere victum, dum in via erat, Di- uam.

uam virginem Mariam adorat, ut ea sibi eos, quos appellaturus erat, propitiros & liberales faciat, verbis vix prolatis. En vir quidam nobilis, habitu induitus pretioso, Fratri nihil petenti, in manus dat centum nouos coronatos. Frater domum pergit, rem Ignatio Loiola indicat. Patres recognita dæmonium fuisse arbitrantur, ac illusionem ad sedendum institutam. Accipiunt ergo coronatos, ad Sacramentum altaris accedunt, & inuocata beata Maria, responsum accipiunt, quod illa Fratrem se inuocantem exaudierit. Sic angeli multis nostris patribus cingulum castitatis dederunt, ut deinceps nullum prorsus carnis motum senserint. Sumus ergo angelis spectaculum. Demus ergo operam, ut angelicam puritatem & vitam secetemur.

*Expositio de laudibus Augustini*

Sumus deinde etiam spectaculum malis angelis diabolis: qui in omnibus vijs nos obseruant. Ante aliquot annos, cum nostri nondum essent Augustæ, erat quidam obseffus à Dæmonio, quod Monachi apud Sanctum Vdalricum ejicere non poterant. Cum autem egredi renueret, interrogant eum Exorcistæ, quare non discedat: apertis respondit verbis: Ego egredinolo, donec tres atri illi nebulones, qui iam Dullinga Augustam profiscuntur, huc vencerint. Erant autem tūm tres Societatis patres in via, quos dæmon ille videbat: Qui vt Augustam venerunt, & templum S. Vdalrici ingressi sunt, statim dæmon ille ad illorum intuitum hominem deseruit.

Erat in nostra societate Frater quidam, arte sartor, qui semper tempore faciendi conscientiæ examinis, & horis orationis absoluendæ, fratrum ac patrum caligas sarcire solebat. Cum autem ille infirmaretur, & in agone esset, ac semper quasi laborare filo videretur, interrogatus à confessario, quare ita faceret? respondit, Ego orationis & examinis temporibus aliquoties caligas resarciri vestras, iam ergo ob oculos mihi versatur dæmon, qui idem facit, mihiq; minatur, me neglectæ regulæ penas luiturum. Qui tamen frater precibus fratrum liberatus est.

*Expositio de laudibus Augustini*

Ante paucos annos cum Episcopus Viennensis ac reliqui Sacerdotes Seculares virginem dæmonio obseffam liberare vellent, nihil effecerunt: ubi autem nostri aduenerunt, de una virgine ejicerunt, 12652. dæmonia. Quorum ultimum (scribit Rector Viennensis) Lutheri fuisse magistrum; quia more Lutherano multa dura in nostros dixerit. In epistolis Indicis, à nostris typis commissis, legetis aliquoties, dæmones nostris apparere, & diabolum nostros filios suos appellare. Quia ergo etiam

Iam Diabolis spectaculum sumus, caueamus nobis, ne ab ipso seducti, ad barathrum inferni, præcipites feramur.

Iam non dicam, quale spectaculum simus Lutheranis, & mundanis hominibus, præfertim Germanis. Nos operam demus, ut lucidum Romanæ Ecclesiæ speculum maneamus, nihil curantes, quomodo vel qualiter nos mundus aspiciat.

## II. Sed quale spectaculum sumus?

**R**EDEM Nabuchodonosorem, scribit Daniel, in somno magnam vi- *Dan. 2.*  
disse statuam, cui nostram societatem comparare libet: ut sic mani-  
festum fiat quale spectaculum simus. Statua, quam vidit Rex, erat gran-  
dis, magna, sublimis & intuitu terribilis. Huius statuæ caput ex auro o-  
ptimo erat, pectus autem & brachia de argento: porrò venter & femora  
ex ære, tibiae autem ferreae: pedum quædam pars erat ferrea, quædam au-  
tem fœtilis. Qualis est hæc statua: talis etiam est nostra Societas. Nam pa-  
ter Ignatius Loiola, nostræ Societatis inuentor & perfector, erat homo  
grandis, nobilis, magnus robore, sublimis stemmate, & cunctis hostibus  
terribilis. Hic sancè caput habuit aureum, in quo nostram Societatem Ec-  
clesiæ Romanæ saluberrimam inuenit. Hic primis Societatis annis pa-  
tres secum habuit planè aureos, hoc est, viros præstantissimos: qui, ut an-  
no Domini 1540 a Paulo III Pontifice Romano ordinis nostri confir-  
mationem impetrarunt, aurei sunt habitu, id est, tales, qui sint diuinitus  
ad salutem Ecclesiæ Romanæ dati: ac non minus quam aurum, in precio  
habiti. Isti decem primis patribus mortuis, pectus & brachia de argento  
sunt secuti, qui non nihil à feruore primæ caritatis quam, ad Societatem &  
ad Ecclesiam Romanam attulerat, desicere, & in peius ruere cœperunt.  
Erat primò nostra Societas astricta ad 60, neq; tūm plures recipere lice-  
bat. Et quò pauciores erant, eò maiorem dabant operam, ut spartam illis  
à Pontifice Romano commissam exornarent. Vbi autem nostra Societas  
non tam qualitate quam quantitate augeri cœpit, ventrem & femora  
nacta est ex ære, hoc est, tales socios, qui vt plurimum sunt, vt Paulus lo-  
quitur, ventres pigri, & quorū Deus venter est, hoc est, tales, qui Socie-  
tatem ingrediuntur, non vt languidum Ecclesiæ Romanæ ventrem cu-  
rent; sed vt vitæ ocium, & ea, quæ ventris sunt, consequantur. Qui sunt  
et tinniens, sine omni humano affectu, fide, spe & caritate. Alij femora

sua nō cingunt castitatis, sed Veneris cingulo, quorum etiam in auribus Venus non minus, quam stulto æstinniens gratum est. Verum hęc de illis dico, qui tales sunt, quoq; emendatos velim.

Dum autem quidam ex nostris, ea, quae ventris sunt sectantur, fit, vt æs illorum in ferrum mutetur, hoc est, sunt & sunt duri in obediencia, impatientes in paupertate, inuiti sub iugo castitatis, sicq; planè ad omnem pietatem ferrei. Quidam etiam in Fratres sunt ferro duriores, in omnes dominari, nulli vero subesse cupientes. Quibus etiam cœlum ferreum est, etiam si diu in Societate perseverent, hoc est, non accipiunt *χαριτατικού* Spiritus sancti: non æmulantur nostros primos Patres: non sunt Societati viles: quos satius esset de corpore Societatis abscindere, quam illos, ceu in utilia terræ pondera, in illo saginare. Quidam etiam ira ferreis sunt & duri, vt ad omnem exhortationem quasi facti sint surdi & muti, callum obduxerunt, susq; deq; ferentes, siue culpantur, siue laudentur. Quidam autem sunt omnino lutei, hoc est, tales, qui quidem in aurea societate nostra viuunt, sed cogitationibus & mente rebus luteis, id est, parentibus, amicis & opibus adhærent. Hinc dubium non est, nostram societatem, vt subito cœpit, ita subito interituram, quia quotidie in peius ruit. Neq; nostris tam curæ est, vt Societas bonis, quam multis quibuscunq; augeatur. Tale, Fratres, spectaculum sumus.

*Faxit  
Deus vt ve-  
rus sit va-  
tes.*

Ne autem, vt statua illa, comminuamur, Alcumistam accedamus, quinos doceat, quomodo nos, quilibet sumus, in aurum transformati queamus. Alcumista ille est noster Pater Ignatius, hic in fornace Societatis nos coquit igni pœnitentiārum, quibus nos renouat & in aureos trāsmutat homines. Ingrediamur igitur Societatis fornacem, exuramur, & scorijs purgemur, quod fit, si Superioris in cudi nos imposuerimus, ac passi fuerimus, nos malleis iciuniorum, vigiliarum, ciliciorum, flagellorum, ac reliquis pœnitentiārum generibus renouari. Deus nobis talem animum addat, faciatque vt in aurum transformati, multum fructum in Ecclesia Romana faciamus. Hactenus ille.

Ego autem Christum Iesum Monarchiarum, atq; adeo totius mundi, cœli terræq; Regem, Dominum Dominorum, Lapidem Angularem, ab istis Iesuitis reprobatum, & sine manibus abscissum, toto pectore org;

vt & Antichristum Romanum & Suitas illius deuotoria mancipia, corda habentia pœnitente necia, gladio oris sui percutiat, & sceptro ferreo comminuat.  
& conterat, Amen.

*De Iesuita*

*De Iesuitarum Rectoribus & Regentibus.*

**R**ectores & Regentes Iesuitarum sunt: qui in collegijs, domibus, residentijs & Principum stipendijs, in quibus suos alumnos sustentant, primum & dominium tenent. Propriè tamen Rectores sunt, qui Iesuitis: Regentes verò, qui etiam exteris præfunt, eosq; secundum suas regulas regunt & gubernant. Potestas Rectoris in Collegio est libera & absolute: quicquid ille ordinat vel facit, nemo ipsi contradicere audet, nisi in peccatis inobedientibus constitutas incurriere velit. Hic ea, que Socijs mandat, ex scrinio Generalis, & cōstitutionibus Ignatij Loiolæ haurit. Ideo stricto & rigido iure in delinquentes procedit. Regentes verò non nihil in exteris mitiores ac magis humanos esse oportet; quia non sunt illorum votis obstricti. Quicquid in Collegio desideratur, & ordinandum est, id omne à Rectori petitur & expectatur. Si hic alicui quid negat, negationis rationem non petat, neque illud ab alio postulet: sed tacens gratiasque agens, in humilitate abeat, quasi voti compos factus esset.

Sic enim Regula dicit: *Se ad alcuno fara stata negata qualche cosa dal superiore, non tratti con altro superiore di quell' istessa cosa senza manifestargli che riposta habbia hauuto dall' altro, è per quali cagioni gli sia stata negata.* Si quid autem agit, & præcipit, cuius reliqui rationem ignorant, non de eius consilijs scrutentur, sed simpliciter, humiliter, hilariter, velociter, & promptè per omnia & in omnibus obedient. Quia Rectori ab Ignatio Loiola data sit maioritas, exteris imposita obediendi necessitas. Sic enim cōstitutio docet; *Nessuno curiosamente cerchi Saperda altri le cose che appertengono al governo, &c. Hoc est, Nemo curiosè inquirat in ea, que ad gubernationē attinet, superiori demandatam.* Coram hoc omnibus, siue bonus siue malus sit, caput aperiant, affurgent, & humiliter ei auscultent.

Regula 24.

Cōstit. 22.

Regula 23.

Rectoris etiam in musæo, Societatis arcana, priuilegia, literæ & thesauri reconditi sunt. Ad pecunia tamen arcum solis claves non habet, sed custodiuntur illæ à tribus, à Generali constitutis. Nimirum à Rectori, Ministro, & aliquo Sacerdote. Quorum quilibet clauem habet. Nulli autem soli earum conceditur potestas, eò quod ante hac nonnulli Rectores, multis auri ponderibus collectis, Iesuitarumq; Societate relicta, sibi suisq; ablata pecunia, prospicere conati fuerint; aufugientes, & bonis Ægyptiacis (sic enim se excusare solent) benevolent.

Habet etiam Rector in mandatis, ut singulis mensibus singulorum  
mores & progressus Provinciali, Provincialis Generali, significet. In pri-  
mis autem curet, ut omnes in obedientia erga Generalem & Pontificem  
Romanum sint perfecti: caucatq; ne vlla de hæreticis, hoc est, Luthe-  
ranis inter illos habentur colloquia: siquidem ijs iuniores facile cor-  
rumpantur.

### *De Iesuitarum Ministris, seu Oeconomis.*

**A** Rectore dignitate proximus est Minister, quē nos Oeconomum  
appellamus. Hic singulis diebus Sabbati à Rectori accipit quomo-  
do, quantum & qualiter res pecuniarias, & ad viētum spectantes per se-  
ptimanam dispensare debeat. Huius ministri est, omnes in genere, exce-  
pto Rectore, obseruare, admonere, & in regulis Societatis ac exercitijs  
domus recte informare. Si quos deprehendit in regulas delinquētes, eos  
punit, hoc est, aliquam pœnitentiam ipsi iniungit. Verbi gratiā: Regu-  
la cōmuniſ est secunda: quemlibet debere Missā decenter interesse, ſeu,  
vt Italus dicit, è ſtia decente mente alla messa ogni giorno. Si quem ergo  
videt Missā altare, vel capite recto, vel oculos huc illucq; coniſcentem,  
vel manus non complicatas habentem, vel in genua non proiectū, huic  
dat, pro qualitate delicti, pœnitentiam in publico reſectorio, quādo ca-  
tericibum capiunt, faciendam, quam iſte reus in hanc formam perficit.  
Reuerendi patres, dilecti fratres, confiteor vobis meam culpam: quòd  
hodie parūm decenter Missā interfuerim. Nam nimium expuendo ſtre-  
pitum excitaui, pavimentum maculaui, Patribus nauſeam creaui, Sacer-  
dotem impediui, & manus non complicatas tenui. Quam obrem mihi  
data est hæc exigua pœnitentia, vt abeam & pavimentum expurgem, &  
fratrum pedes exosculer. Orate Deum pro me, vt poſsim me emenda-  
re. Sic & in reliquis fieri ſolet, vt per quā quis peccat, per eadem & pu-  
niatur.

Dicunt autem, fratrem eiusmodi mortificationes ſuscipientem,  
tot in regno celorum recepturum coronas, quo pœnitentias fecerit.  
Et quia Iesuitæ ſummopere eos commandant, qui ſepiuſ pœnitentias  
ſuscipiunt, ideo vtrō & ſpontē ministrum adeunt, & eiusmodi pœni-  
tentias exigunt: Quòd maximè deuoti & regularum obſeruantes videan-  
tur, ſibiq; laudem perfectionis, quam regularum obſeruatio promittit,  
venentur.

Est et-

Est etiam ministri curare suppelle & talem domus: Ne quid vel intereat, vel perdatur, vel amittatur. Debet etiam cellæ & culinæ prospicere ac prouidere, ne quid rerum necessiarum defit, sed ut omnia suo tempore & modo emantur & dispensentur. Penes hunc ergo est domus cura & custodia. Idem etiam potissimum cum externis seu secularibus agit, ac idem munus in collegijs Iesuitarum obit, quod Priors in Monachorum cœnobij, & œconomi olim in monasterij. Sed de horum omnium & singulorum officio copiosius dicere constitui in examine regularum ipsi ab Ignatio Loiola, primo horum monstrorum ac nouarum creaturarum a Pontifice Romano confirmatarum inuentore, præscriptarum.

Hi omnes & singuli quotquot sunt in uno Collegio, æ qualibus cibis, potibus & vestimentis utuntur: quam diu prospera fruuntur valetudine. Illis autem qui malè habent, proprij assignantur curatores; qui infirmis pro regularum præscripto, necessaria suppeditant.

Hanc Iesuitarum diuisiōnē non modò ex alijs audiū & legi, sed ipse eam vidi: & qualis est, talem descripsi. De illis quid sentiendum sit, Lectori liberum relinquō. Ego scio omnes illorum viuendi rationes ad extirctionem regni pontificij, ad abolitionem regni Iesu Christi, & ad Euangelicæ veritatis oppressionem directas esse. Quam rem magno astu & artisq; dolis occultant. Et quia à nemine pro celebratione missarum, pro Scholæ laboribus, pro concionandi & confessiones excipiendi muneribus, mercedem (ut reliqui clericis & sacrificiis) exigunt aut recipiunt, nonnullis Misericordes Patres vocantur. Hæc etiam causa est, cur sordidum vulgus suos filios illis erudiendos aut potius corrumpendos tradat, contra quos etiam supra aliquid dictum est.

Porro Iesuitarum horum, quorum distinctos gradus modò recentimus, viuendi forma, non mediocriter Pythagoræorum & Anabaptistarum institutis respondere videtur. Pythagoras enim hortabatur suos discipulos, καὶ νὰ τὰς φύσιας τοιεῖδε. Et Zenobius dicebat: καὶ νὰ φύλανται. Qualem κοινωνίαν, sed non sine superstitione καὶ ζηλεῖα Anabaptistæ ex Actis Apostolicis imitari presumunt. Quorum conformitatem Iesuitæ hæc in parte æmulantur, Spiritu Pythagorico & Anabaptistico inflati: licet interim clam opes colligant, & nullus non sibi proximus esse co[n]netur.

Quod autem nihil pro suis missis & alijs seruitijs mercedis recipiunt, in causa esse dicunt regulam ita sonantem. Tutti quegli che s'anno sot-  
tol' obe-

*Nota*

*gratias missarum  
providet  
admodum  
gratias  
deinde  
quando in scolæ  
dolos*

vol' obbedienza della compagnia, si ricordino, che devono dare senza mercede, ciò, ch' se senza mercede hanno ricevuto, non chiedendo, ne ricevendo stipendio, olimosina aliqua, vnde paiche si ricopensi lo messe, confessioni, prediche, &c. Hoc est, Omnes, qui viuant sub obedientia Societatis, recordentur, ut gratis dent, qua gratis receperunt, nullam petentes mercedem propter missas, confessiones, conciones vel alias operas.

*quicunq; de amissione  
mercede recipere  
ad illorum collegium*  
*pro gratuitis Gregorij  
concionibus*

Si ergo (dicat quis) nihil recipere audent ab alijs, vnde tot illis collegia? vnde tot redditus? Verum est, nihil, dum in templis sedent, accipiunt: præsertim si quid loco mercedis illis offeratur. Sed sunt hac in parte Iesuitæ, vt quidem in ipsos iocantur, Participij partis. Partem enim capiunt à Pontificibus Romanis, Cardinalibus & Episcopis: partem etiam à laicis: sed certo fine, quem hoc exemplum monstrat. Est Augustæ concionator in Ecclesia cathedrali, in signis Sophista, & Iesuitarum Augustæ degentium Rector, nomine Gregorius Rosephus, ob iocosam loquacitatem præcipuis in ea vrbe, Pontificia Idolomania addictis, maximè gratus. Hic, vt dixi, in primaria Vrbis æde coaciones habet. Cum autem canonici & reliqui, qui ipsum audiunt, pro concionandi laboribus ei offerrent loco mercedis in singulos annos 500. florenos: respondit, hac conditione mihi eos recipere non licet. Nam mihi regula est, vt que gratis accepi, gratis communicem. Si autem Domini nostrorum in opere sua copia iuuare cogitant, poterunt loco eleemosynæ, quicquid voluerint ad nostrum collegium remittere. Nobis enim licet eleemosynas, non mercedem recipere. Sicq; singulos in annos in die nativitatis Christi ad illorum collegium deferuntur 500. floreni, quos isti gratis recipiunt, pro gratuitis, vel potius frustaneis Gregorij concionibus.

*Sicut Zieglerus mihi  
Landspere  
gedixit.*

Similis mihi videtur hic Gregorius Caufidicis istis, quorum *et iaceveriā* quidam tali scommate notare solet. Dives quidam mercator caufidico aliquot coronatos offert, vt ex sua causa mala, bonam faciat. Respondet is: Ego quod iustum est, faciam, etiam si nihil mihi donaueris: si autem mea coniugi aliquid donare volueris, per me licebit. Sic & ipsi sacram aurifamem tegere solent.

Ad eundem modum Iesuitarum Confessarij, nummum confessionalē, (vt vocant) à nemine in templo recipiunt. Hortantur autē, vt eleemosynas ad illorū Collegia mittant: sicq; pro nummo uno aut altero sæpe florenum unum aut plures recipiunt. Nemo enim facile loco Eleemosynæ ad illorum collegium nummum saltem miserit. Sunt tamen etiam nonnulli confessarij inter illos, qui clam, hoc est, inscio Reatore nummos confessionis recipiunt, inter quos unum nomine, Patrem

Ioannem,

Ioannem, Augustam & dilem, qui cum aliquando in hospitio, non procul à Landsperga sito, pro octo socijs symbolum soluisset, & interrogatus, unde eam pecuniam haberet, respondit: Sunt antiqui nummi confessio- nales, sed S.T. fratres silentium præstat, alioquin oportet me restitutio- nis subire pœnitentiam. Sic ergo Iesuitæ & Rectores suos, & eos, qui il- lorum ministerio Antichristiano vtuntur, decipiunt. Sed de Iesuitarum generibus, modò hæc dixisse sufficiat. Iam ordinis ratio exigere videtur, ut nonnulla etiam de illorum vita dicam.

## C A P V T . I I I I .

*De Iesuitarum vita publica.*

**Q**Valis olim erat vita hypocitarum, Pharisæorum, & hodie est Ana- baptistarum: talis etiam est Iesuitarum. Sicuti copiosa *oyp̄os* inter illos instituta comprobari posset: nisi res notior esset, quam ut pro- batione indigeret. Hypocritæ omnia sua ad externam vulgi laudem ve- nandam comparârunt, & in cunctis singularem pietatis speciem præ se tulerunt: licet corde fuerint sanguinarij, & profusus impij. Pharisæi, more Aristotelico ciuiliter erat boni, Politica iustitia pollentes, ac pro- pterea sibiipsis persuaserant, quod essent iusti: ascenderunt in templum, precati sunt, Deo gratias agentes, quod nō essent sicuti cæteri homines, raptiores, iniusti, adulteri, ieunarent & decimas darent, de omnibus qua possidebant. Anabaptista hodie videntur pacifici, non portant gladios, non inebriantur, non helluantur, non blasphemant, sunt illis omnia cō- munia, atque speciem sanctitatis habent. Qualis, inquam, est horum pu- blica vita; talis etiam est Iesuitarum in publicis congressibus.

Habitu vtuntur simili habitui reliquorum clericorum ac sacrifi- culorum sæcularium. Vestes gestant, ut non nullis superstitionis homini- bus videtur, religiosam grauitatem decentes: pallia diducta, nigra, ex op- timo panno confecta, vsque ad talos demissa. Sub pallio chlamydes ha- bent & tunicularis, ad suras vsque se extendentes. Caligas, tibialia, fascias crurales & calceos, ut seculares portant. In capitibus, quando peregri- nantur, galeris, domi verò & in tēplis pileolis vtuntur quadratis, in for- man crucis factis. Romæ & in reliquis Italiae vrbibus, quando sua colle- gia egrediuntur, dicto more, decenter induiti, à manibus propendentia- habent

habent rosaria, ad quorum calculos, per publicas plateas, & in angulis, maximè autem vbi aliqua vel crucis, vel beatæ Mariæ, imago offertur, quasi attoniti stantes, preculas suas demurmurant: seseque crucis signo sepiùs muniunt. Ignotos non alloquuntur, sed taciturni prætereunt. Si quis reuerentia ergò coram ipsis aperit caput, erga hos se incurvant, caput aperiunt, signumq; crucis facientes, dicunt: Dominus vobiscum.

Cum amicis suis blandè & humaniter loquuntur: voce vtuntur basfa, hoc est, leni, molli & humili. Aliquoties ingeminant: Sit Deus benedictus: Laudandus Dominus: Iesus Maria: oculos in nullius vultum defigunt, sed vel attollunt, suspirantes, vel terræ infigunt, gementes. Multa verba faciūt de vita Sanctorum, de lachrymis Petri, de poenitentia Magdalena, de confessione Latronis à dexteris pendentis, de cōtemptu mundi, de vanitate huius saeculi, & his similibus. Si quis verba fundit iocosa, vultum auertunt, horrendum vident, & abitum parant.

Si illis cum Pontifice Romano sit agendum, antequam Generalis illum accedit, omnes orāt, vt Pater repleatur Spiritu sancto, quod dignus habeatur, verba ad sanctissimum Christi vicarium facere, & ea agere, quæ ad Ecclesiæ Romanæ emolummentum, & ad Societatis incrementum faciant, vbi ad Papam peruentum est, mox ille (quod vidi Romæ in domo Jesuitarum professa) in faciem concidit, pedes, hoc est, aureum calceum, in quo est gemma, ne veneno infici ab osculantium ore possit, exosculatur, quem deinde Papa iubens surgere, ad ipsum, ingenua proiectus, suas res refert. Ab eo recedens, vel eius pedes, vel tunicam holosericam auro gemmisque intextam, exosculatur: ac benedictione accepta à Papa, quæ nihil aliud est, quam signum crucis, manu ipsius dextra formata, inde exit.

Sin verò illis cum Cardinalibus vel Episcopis agendum est, magnam ijsdem reuerentiam exhibent, nec ipsis loquuntur, donec vel illorum tunicas, vel manu, quam porrigant, exosculati fuerint.

Si quid coram Magistratu politico negotij habeant, rarò ipsi eum accedunt, sed vel Sacerdotem, vel saltem Fratrem mittunt, qui moris Matt. 26. agendi cum secularibus non penitus ignarus, negotia perficiat.

*&c.* Nefas enim arbitrantur, vt sancti homines, præfertim titulo nominis IESV illustres, secularem senatum accedant, vel huic se submittant.

Sin verò cum priuato quopiam agendum, sic se humiles verbis ostendunt, vt factis in omnibus primatum affectare videantur. Si vocantur ad

tur ad coniuia, magnam de se humilitatis, sobrietatis & parsimoniae speciem præbent: si nimis, vt illis videtur, multa fercula apponantur; aiunt, hæc fragmenta in usum pauperum conseruanda erant. Si qui verba iocosa proferant, & hilares sese (qualiter inter honestos coniuias licet) præbent: dicunt, Non tale quid à Christo in Cana Galilæa, in cōuiuijs Pharisæorū ac in ultima cœna factū. Si quis illis propinet: signo crucis benedicunt, sed nullum scyphum exhauriunt. Si delicatiora illis apponantur: illa remouent, & vulgaria assumunt. Non loquuntur nisi interrogati, sedent oculis defixis & manibus complicatis. In omnibus magnam sanctimoniam & modestiam speciem præ se ferentes. Recedentes Latinè primò Deo, deinde hospitibus gratias agunt: Illisque vel ipsorum coniugibus & liberis, rosaria & imagines, vel grana benedicta donant.

Quando ad publicas accedunt conciones, in limine templi capita aperiunt, & vbi ad hirothecam, in qua Deus, vt putant, inclusus habetur, ventum est, in genua procumbunt, orationem dominicam & Ave Mariam recitant, pectus percutiunt, seseq; versus Deum istum incarceratum incuruantes, recedunt: subsellia procul ab intuitu Fœminarum remota occupant, & quasi statuæ ledentes, oculis in concionatorem directis, conciones audiunt. Quibus finitis, eadem reverentia discedunt: vbiq; hominum occursum præsertim fœminei sexus vitantes. In stationibus, processionibus & festis sanctorum proximè ad altaria sese conferunt, ibi genua flectunt, rosaria sua recitant, curantq; diligenter, vt sint in huiusmodi theatricis spectaculis primi & nouissimi. Non autem solùm veniunt, vt spectentur: sed vt obseruent & Sacerdotes & Laicos, vtrum & illi sese, more Romano seu Pontificio, gerant. A Papa enim omnium Inquisidores & Corycæi sunt constituti. Si quos in huiusmodi apparatusbus Lutheranos deprehendunt, hos notant, Magistratu[m] deferunt, & vel rursus ad Papismum seduci, vel ejici, vel proscribi curant.

Si quando à superioribus mittuntur per loca hæretica (vt or illorum verbis) hoc est, per Lutheranorum (nomine autem Lutheranorum, omnes intelligunt, qui non sunt Papistæ) prouincias, in collegio aliquo, quod Euangelicis maximè est, vicinum: vt pote Dullingæ, Monachij, vel etiam Auguitæ, habitum mutant, seseq; induunt hiusmodi vestibus, quibus vtuntur ij, per quorum oras & diceceses transeunt. Sic quando per Ducatum Vvitenbergicum proficiscuntur, sicuti Magistri artium liberalium incedere solent: præscritum ij, qui ad audiendas disputationes nostrorum

strorum vel ad inspiciendas typographias mittuntur. Ad nundinas suos emittunt sutores & sartores, qui pariter habitu Iesuitarum deposito, si- cuti sutores & sartores incedunt. Vbi comperiunt conuentus vel nu- ptias, principum vel Nobilium futuras, habitu nobilium se ornant, vt sic eò facilius spectatum admitti, & concionibus ac reliquis actibus inter- Multi hoc esse queant. Quæ postea illi, more pontificio explicare, hoc est, vel ride- habitu sūt re, vel calumniari, vel sanè sinistre interpretari, & omnia in pessimam misi in An partem rapere solent.

giam, sed Quando verò per suorum loca vagantur, habitu reliquorum cl- male ex- ricorum secularium induiti, peregrinantur. In omnibus autem tales se cepti. exhibere student, quales sunt ij, quibus cum versantur, vt sic se omnium mentibus insinuare, ac incautiores eò facilius seducere possint. Gladiis & bombardis, instar Anabaptistarum non vtuntur, nisi quando vel per Euangelicorum vel Caluinistarum loca profiscuntur.

*Aug 1606*

Ante aliquot annos ex Bauaria emissi sunt nonnulli Iesuitæ, ad Angelos pontificia idolomania inficiendos, ac sub Papæ tyrannidem reducendos. Hi non, vt Apostoli, omnibus relicti, sine pera & nummis, exierunt: sed habitu equestri insignes, aureis catenis ornati, generosis ita equis vecti, mollib. vestimentis induiti, omnibusq; ornamētis, quibus potentes in hoc mundo ac nobiles vti solēt, superbi, Angliā adierunt. Quorū tamen dolū & fucū, Anglicana Regina sentiens, sanguinarios eorū conatus repressit: cumq; à proditionibus, aliquoties etiā admoniti, desiste- re nollent, iustas à nonnullis eorū pœnas lumpsit. Præsertim ab Eliano Campiano, insigni illo impostore: quē tamen Iesuitæ in albū martyrum retulerunt, & pro constantia in fide Pontificia asserenda adorant. Sed quis ignorat, etiam Satanam suos habere martyres? cùm non suppli- cium, sed causa verum martyrem faciat.

Audiunt Iesuitæ malè à reliquis clericis, præsertim Monachis, quod tanta habitus varietate vtuntur. Sed ipsi facilè se excusant: Quod non sua, sed Pontificis auctoritate ex priuilegio id faciant, & regulis ad nullum certum vestimenti genus sint alligati. Ratio autem, cur isti lupi rapaces, se in agnos mansuetos; & filij Sathanæ, in angelos lucis transfor- mare soleant, hæc est: vt sic eò citius, facilius & commodiū se homi- num animis insinuare, illorumq; res explorare, ac tandem decipere, se- ducere, & tyrannidi Pontificiæ rursus subjcere possint. Hunc nimirum obfinem circumveunt, quærentes quos deuorent. Quam pestem Domi- ni clementia à Germania potenter auertere velit.

Sed hæc de Iesuitarum viuendi ratione publica sufficient. Quæ autem sint illorum, in communi hominum societate, aduersus Euangelicos, quos olim Protestantes, modò Concordistas & Lutheranos dicunt, consilia, acta, scripta & opera, ea magis deploranda, quam commemoranda duco, quod tanta impunitate & licentia, hoc nouum hominum genus, in Christianos sæviat, & licet sceleratissimi sint vita & doctrina: tamen ceu numina quædam, & quasi viui Dei Apostoli à nonnullis (sicut ipse diabolus à Calecuttis) suspiciuntur, honorentur, colantur. Faxit Dominus, vt aliquanto exurgat Elias, qui hos Baaliticos sacerdotes Spiritus gladio consumat & delcat. Amen. Ita Gallos, multos Italos, Austriacos, Sueuos ac Bauaros à Domino petere, mihi ignotum non est. Dominus clementer nos exaudiat, & hos Pharaoniticos Magos confundat & perdat.

## C A P V T V.

*De vita Iesuitarum priuata seu Domestica.*

ITAM, quam Iesuitæ ducunt domesticam, regularem, hoc est, constitutionibus Ignati Loiolæ cōformem esse oportet: sicuti annis probationis absolutis iurant, se omnem vitam suę cursum, secundum Ignati regulas, & Societatis propositum, directuros.

Summa autem constitutionum earum hæc est. Pontificem Romanum pro Christi vicario agnoscere: & in rebus mores, & fidem concorrentibus ei per omnia obedire. Ad finem Societatis, qui est perfectio sui, contendere. Ad mandatum superioris euagari, & homines seducere. Singulis hebdomadibus cōfiteri, Missam audire, rosaria dicere & Sacramentum sub una tantum specie accipere. Spiritum, hoc est, conscientiam suam quotidie, mane, meridie & vespere scopare. Parētes, amicos & omnes res seculares toto pectore abhorrire. Sui mortificationem, hoc est, proportionem voluntatis, indicij & intellectus abnegationem querere. Proximi correctionem adiuuare. In concionibus & lectionibus, ea quæ propria sunt Societatis facere. Se in omnibus deuotum ac humile declarare. Votum paupertatis in sua puritate sine defectu obseruare: Castritatis verò angelica puritate, exprimere. In Obedientiæ voto se, quasi cadauer, ba-

Regul. 30. culus, cera, statua & cæcus esset, demonstrare. Quinque sensus à mundi vanitate arcere. Sensibus repugnantia appetere. Humiliora & abiectione. Regul. 45. ratiōib⁹ eligere. Res seculares fugere. Sanitatem animæ & corporis curare. 46. 47. 48. Moderate corpus castigare. Diligenter omnes constitutiones obseruare. Regul. 49. re: & ob neglectum earum pœnitentias petere. Erga alios facilem, in se- 52. 53. ipsum durum esse. Nulli secularium absque permisso superioris loqui. In Regulis Modestiam & grauitatem apud extraneos obseruare. Breuiter, in omnibus se talē exhibere, qualem ipsum Regulæ & constitutiones esse volunt.

Regula 33. Si quis in has constitutiones & regulas delinquit, is grauius peccatum dicitur, ac si in Dei mandata peccasset: quia illis, non his, triplici voto se astrinxerit. Et Iacobus Crufius in explicatione Regularum aperte dixit. Nostræ regulæ, noster sunt Decalogus: in illas qui peccat in mortali crimen committit, nec remittitur ei, nisi pro delicto & quivalenti pœnitentia satisfecerit. Quia iuramentum fecimus, nos eas ad amissim, custodituros & opere adimplenturos esse. Imò Regulas illas Decalogi legibus præstantiores dixit: Quod in Decalogo tantum sint, vt loquebatur, mandatoria. In nostris autem regulis (aiebat) plura sunt, quam Lex exigit: nempe consilia Christi, quæ qui facit, is supererogationum valore & merito (quod Decalogus ignorat) fruetur. Quia in re Iesuitæ deteriores sunt Phariseis. Hi enim, vt Christus queritur, propter hominum traditiones, Dei mandata faltem transgrediebantur: illi autem suas regulas Dei mandatis etiam præferunt: & hominibus consilia aliqua, quæ tamen Dominus non dedit, sed prohibuit, obtrudunt.

Matt. 15.

Constitutionum autem & regularum transgressoribus, pueriles, ioculariæ & ridiculæ iniunguntur pœnitentia. Quarum nonnullas subiungam, vt eō melius vita illorum domestica cognoscatur.

*dr. p. 15. l. 15.*  
Est Iesuitis Regula, vt manè diebus æstivis hora quarta, hyemalibus hora quinta, statim ad signum campanæ electo surgant. Si qui, id quod sèpius fieri solet, aliquantò diutius stertunt, & à visitatore in lecto deprehenduntur, his talis datur pœnitentia. Rector ipsum ad se vocatum arguit, & tanquam somnolentum ac inobedientem grauiter, deprehendit, dicitque ei: tempore prandij sumes tuum lectum, illumq; tecum ad refectorium deferes, faciesq; consuetam pœnitentiam, qua tibi somnum excutias. Tunc signo ad prandium dato, & consecratione mensæ facta, ubi Patres & Fratres sedes suas occuparūt, ille miser cum lecto suo, quem in humeris portat, in medium defectorij procedit, ac in genua prostratus di-

tus dicit: Reuerendi Patres, charissimi fratres, dico vobis meam culpam, quod hodie ultra horam dormiui, quamobrem mihi haec exigua data est pœnitentia, ut lectum meum ter in refectorio circum portem, & in medio hypocausti, donec prandium finitum fuerit dormiam: & deinde lectum meum reportem, & in parua mensa cibum sumam. Quibus prolati, surgit, lectum ter in refectorio circum gestat, eidemque deinde in medium strato incubbit, & si vult dormit, ceteris fratribus ridentibus & edentibus. Haec pœnitentia nimis somni peccatum expiat.

Postquam manè surrexerunt à somno Lex est, ut lectū statim quisque suum adornet: deinde ut hora meditationis & orationis finita cubile suum purget. Qui in hanc regulam delinquit, Eodem modo, quo prior, culpam suam dicit. Pœnitentia autem est: lectum tempore prandij ad cenaculum deportare, & fratribus comedentibus ostendere, quomodo confusum & turbatum stratum reliquerit: Deinde abire, & dum ceteri prandent, cubile verrere.

Si qui autem meditationis & orationis hora matutina obdormiunt, pœnitentia eorum est: ad prandium, in medio refectorij se in genua abiuncere & fratribus monstrare, quomodo dormierit, & capite somno gravato nunc in hanc nunc in illam partem nutarit & vacillarit.

Finita meditationis hora, omnes reuerenter & decenter Missæ, quam sacrum (sed puto per *αντίθεσαν*) vocant, intersint. Si qui pedibus, vel manibus, vel rosarijs, strepitus mouent, vel per cancelllos prospiciunt: pœnitentia est, in prandio Patrum & fratum exosculari pedes, & sub mensa, vel ad pedes Rectoris cibum capere: & fratribus, ascendendo in scandulum & caput per fenestram exerendo, monstrare, quomodo per cancelllos prospexerit.

A Missa lectio aliqua audienda est, quam omnes vigiles & attenti percipere debent. Si qui sub lectione sedent dormientes, garrentes vel ridentes, eos oportet deinde ad prandium in medium refectorij considerare, dumque ceteri edunt, repræsentare, quomodo dormierint, garriuerint & riserint.

A Lectione venit minister (de quo supra) qui operas & labores domesticos distribuit. Ad cuius aduentum omnes conuolant, ipse vero stans in medio officia distribuit: Tu, inquit, vade & iuua cocum: Tu celarium: tu porta aquam, tu lignatu ollas expurga, tu mensam adorna: tu vas a clue: (si quis autem est, qui se vult præ ceteris humiliare, &c, ut regula iubet, repugnantia sensibus appetere, is vadit ad Rectorem, se in genua proster-

prosternit, & rogat, vt sibi committatur officium humilitatis, hoc est, cloacas & matilas ( sit venia dicto , vtor enim ipsorum verbis ) & caligas seniorum Patrum excrematis repletas, ac cætera foetida & fœda loca expurgare:) tu verò mensæ ministra, &c. Tandem vbi omnia dispensarit, dicit: Decenter & citò omnia perficiatis. Si qui vel in moribus leuiores, vel in expediundo tardiores, quām par est, deprehenduntur ( Magister enim morum eos sequitur & obseruat ) tunc illis tales imponuntur pœnitentia, qualia fuerunt delicta. Verbi gratia. Erat fratriis hortulum purgare, herbas ordinare & arbores putare. Is audiuit cuculum coccyzantem, vel aliquam aliā auiculam cantillantem: cuius vocē esse æmulatur. Quod si Magister id audiat, tacet: sed deinde Rectori significat. Huius ergo pœnitentia est, ad prandium culpam dicere, & eosdem gestus & cantus edere, quos in horto exprimebat: ter igitur aut quater circumit in refectorio, & alta voce clamat, Cuc, Cuc, Cuc, Cuc, ( risum teneatis lectores, dum & ipse cuculum istum imitor) quibus finitis, cum reliquis cibum capit. Si quis in exercitio ollam vel aliquid aliud vas fregit: huius pœnitentia est, partes accipere, colligare & à collo suspendere & in refectorio circum portare. Si qui silentij leges transierint: illorum est, in refectorio circumire, & eadem dicere, quæ in exercitio protulerant. His & alijs innumeris pœnitentijs, scipso in prandio, haud aliter, quām Reges ac Principes suorum morionum nænijs ac gesticulationibus, recreant. Talis enim grauitas & sanctitas Iesuitas decet.

Etiam si autem leuiæ hæc sunt, puerilia, ridicula & ioculatoria: tamen Iesuitæ dicunt, quod tot recepturi sint in vita beata coronas, quot pœnitentias egerint. Imò hæc opera esse vita æternæ meritoria, si intentione Societatis, & ex obedientia superioris faciant. Tot ergo Christos habent, quot opera vel regulas. Si cocus aliquem cibum perdit, eius pœnitentia est, cibum illum edere, vel coram fratribus circumgestare & culpam suam profiteri. Si quidam inter exercitium fistularunt, vel nimis cœcurerunt, eorum est in refectorio coram Fratribus idem repeteret, & deinde reliquis assidere.

Corporis exercitijs finitis, signum datur ad faciendum conscientia examen, secundum hæc quinq; puncta.

### Modi d' Essaminar la conscientia ogni di.i.

1. Ringratiar Iddio, dell'i beneficij receuuti, generalmente & specialmente que studi.

2. Dq

2. Domandar gratia & vero lume per conoscere & odiar il peccato.
3. Domandar conto all' anima sua di tutto quello, in che hauerà offeso Dio in quel di, in pensieri, parole, opere, & omissioni, & specialmente attendendo à quelli defetti, i quali è più inclinato.
4. Domandar à Dio humilmente perdono d' ogni difetto, che in sè hauerà trovato.
5. Far un fermo proposito, con l' aiuto diuino, di guardarsi per l' auenire, con proposito di confessarsi, ultima mente, dica: *Patre nostro, Ave Maria. Hoc est, si Latinè interpreteris.*

### *Modus examinandi conscientiam quolibet die.*

1. Deo gratias agere pro beneficijs receptis, tam generalibus quam specialibus. Generalia beneficia vocant, Creationē, Redemptionē, Regenerationem & Conseruationem: Specialia, vocationem ad Societatem I E S V, quinq; sensuum sanam conseruationem & prosperam valetudinem.
2. Petere gratiam & lumen cognoscendi peccata, eorum occasiones vitandi & ostendere. Idq; non ex Decalogo, sed ex regulis ipsorum.
3. Deprecari pro omnibus ijs, quibus Deum ista diei parte, cogitando, loquendo, operando, & omittendo offendit. Maximè verò & specialiter notet defectus ad quos potissimum se inclinatum sentit, contra Loiolæ regulas.
4. Petere veniam, ut condonet ipsi omnia delicta, qua isto die commisit, contra regulas.
5. Habere firmum propositum, cum auxilio diuino se custodire, ne in peccata incidat: perpetrata confiteri: & ultimo dicat: *Pater noster, & Ave Maria, signo crucis factio.*

Horum capitum meditationem, conscientiae Examen vocant: illudq; bis in die faciunt, ante prandium & cenam, hoc modo. Dato examinis signo, omnes rectā, quodcunq; agant, conueniunt, & quilibet in loco sibi designato, coram aliqua imagine, in genua prostratus, cōscientiam suam scrutari, probare, & Spiritum scopare iubetur. In conscientia autem indagatione ferme semihoram vel quadrantem perseverant. Qui literas nō rūnt, illorum est, omnia cogitationum, verborum, factorum, & omissionis peccata, in catalogo consignare: ut & ad diem Sabbati integrē & perfectē cōfiteri possint, & Rector suorum discipulorum conscientiam

Scientiam adeoq; omnia mētis arcana explorata habere queat. Ad quam rem faciliū perficiendam, huiusmodi vtuntur tabula, in qua peccata suā cuiuslibet dici consignant.

[ Cui has addunt regulas. ]

Prima est, vt quoties idem peccati seu delicti genus homo commiserit, manu pectori admota doleat de lapsu: quod fieri potest etiam assistentibus alijs nec aduertentibus.

Secunda est, vt sub noctem numeratis computatisq; inuicem punctis linearum, quarum prior priori examini, posterior posteriori assignatur, attēdat, an à priori examine, vsq; ad secundum aliqua successerit emendatio.

Tertia est, vt conferat diei secundæ atq; præcedentis examina inuicem, considerans, ecquid, sibi emendationis interuenerit.

Quarta, vt collatis hebdomadum duarum inter se examinibus, pari modo, factæ vel omissæ emendationis rationem habeat.

DIES SOLIS.

*Peccata cogitationis.*

L V N A E.

*Verborum.*

M A R T I S.

*Factorum.*

M E R C U R I I.

*Omissionis.*

I O V I S.

*Regularum.*

V E N E R I S.

*Neglectæ pœnitentia.*

S A B B A T I.

*Confessionis.*

Si qui hoc Examen vel negligunt, vel oscitanter faciunt, vel decenter non peragunt: hi deinde in refectorio tenentur publicam agere pœnitentiam. Si quis ad illud sitet, eius est confiteri culpam, & erectum stare

flare coram fratribus, comedentibus, facereq; examen debitum, ac deinde de demum reliquis considere & edere.

Finis autem principalis huius examinis est: vt Rector omnia arcana suorum subditorum detecta habeat, sciatq; quid de quolibet sit sentiendum & faciendum: ne alios quam velint in Societate alant. Quam etiam ob causam, grauiter in eos animaduertunt, quos reprehendunt, conscientia examen vel negligenter fecisse, vel aliqua reticuisse, & sibi in confessione, ne pudescat, vel suipius proditor sit, reseruasse. Talem, desperatum & sacrilegum hominem, appellare solent: neq; cum a peccatis absoluunt, sed vinculis excommunicationis tam diu constrictum teneant, donec totam suam conscientiam, atq; adeo intima cordis sui penetralia, Rectori referarit.

Erat Landspergæ neophytus, natione Gallus, religione, sed claram, Hugonotta, hoc est, Caluinista, qui ira percitus, ob nimis tueram pœnitentiam, sibi propter examen conscientiae neglectum impositam, dixit: Examen istud nihil aliud est, quam carnificina conscientiae, materia desperationis, & officina proditionis, quod Rector propterea tanta seueritate exigit, vt quidlibet de quolibet comperiatur, seseque in ipsius Dei officium, cuius solius est, scrutari corda, ingerat. Huic sequens pœnitentia iniuncta est. In refectorio genibus innexus, confitebatur: Reuerendi Patres, carissimi fratres, dico vobis meam culpam: quod in sanctum conscientiae examen, Societati nostræ consuetum, & a Sancto Patre Ignatio traditum, contumeliosus fuerim. Quamobrem mihi haec exigua data est pœnitentia. Primo, vt omnibus patribus & fratribus pedes exosculer. 2. Humilitatis officium, quod est, cloacas expurgare, per octiduum subeam. 3. Ollas & vasa culinæ eluam. 4. Per spacium viii horæ coram venerabili Sacramento culpam deprecer. 5. Per mensis cursum quotidie ter conscientiae examen faciam. 6. Iam meipsum flagellum, donec tertium fuerit appositum ferculum: vel Dominus Rector sufficientiae signum dederit. His pœnitentijs crimina sua diluens, coronam vitæ æternæ, vt loquuntur, promeruit.

Conscientiae examine finito signum datur ad prandium. Ad quod bini & bini accedunt, & ante fortes refectorij Ministrum, cuius est distribuere pœnitentias, præstolantur ij, qui characterem bestiæ, hoc est, Pontificij Sacerdotij christma & rasuram, nondum acceperunt. Minister deinde adueniens singulis delinquentibus pœnitentias imponit. Sunt etiam, presertim qui præ alijs deuoti & regularum studiosi videri cupiunt,

qui sua sponte pœnitentias petunt, pro peccatis in regulas commissis, aut pro ijs, de quibus ex obliuione nondum satisfecerunt. Posteaquam autem cognouerunt, quæ cuiq; pœnitentia faciendæ sint, tunc ianua aperitur, à ministro mensæ; Lotis manibus, ac benedictione dicta, innocentes Pharisæi accumbunt: pœnitentiarij verò, in refectorij medio, omnes in genua se abiiciunt, & quilibet suam culpam dicit, pœnitentiamque peragit, non absq; risu & cachinnis epulantium.

*Mixta de genitivis  
1576*

Verbigratia. Vnus dicit: Ego hodie cùm per circuitum irem risus data est mihi pœnitentia, ut ter circumirem (in cenaculo) & riderem. Tumq; surgens risu refectorium complet. Et hæc est leuitatis expiatio-

*Fallū Ro-* Alter: Ego cum meo sodali hodie ministraui Missæ, sed negligenter: si-  
me, Anno ui enim operculum in calicem incidere, id quod sacerdos non obserua-  
1583. 10. uit. Nobis ergo hæc data est pœnitentia, ut operculum circumportemus  
*August. 11-* tribus vicibus, & illam partem, qua sanguinem Christi attigit, exoscu-  
lud opercu lemar, & in locum reliquiarum reponamus. Alius. Hodie cùm ollas pur-  
lum, quod garem, vnam fregi, data est mihi pœnitentia: ut testas vobis common-  
aiebant strem, & abeam ad figulum aliamq; emendicem. Alius. Hodie cùm essem  
attigisse in hortulo, audiui equum hinnientem, cuius hinnitum ego quoq; ore  
*Christi* exprimere conatus fui: mea est pœnitentia, ut ter circumeam, & hinniam  
sanguinē, quām possum voce altissima. Sicq; ipse hinnitu, reliqui risu, refectorium  
est adreli- adimplent. Alius. Meum hodie erat, seniorum Patrum cluere caligas,  
quias repo quia verò non rectè neq; pure eas expurgauit: pœnitentia mea est, ut vo-  
situm, & bis caligas demonstrem, & abeam recteq; abluam. Alius. Transiui hodie  
invocatū, Sacerdotem, nec caput aperui: data mihi est pœnitentia, ut circumeam,  
osculatūq; & erga omnes caput aperiam. Alius. Hodie Missæ decenter non interfui:  
à lesuitis mea pœnitentia est, ut sub mensa edam. Alius. Hodie feli absq; licentia  
*apud S. An-* carnes dedi: mea pœnitentia est, ut nunc cum fele sub scamno edam.  
*dream.*

His & alijs pœnitentijs, prandij tœdium subleuant, suas epulas  
condiunt, se seq; Epicuri de gregc porci recreant & saginant. Etiam si au-  
tem, hæres per se sunt ridiculae & pueriles, ipsi tamen tantæ sunt cæcita-  
tis, īποχρίσις & superbiz, ut eas satisfactorias, expiatorias & meritorias  
esse affirmare ausint. Adorates nimirum manuum suarum opera & cor-  
dis propria figura.

A prandio hora ipsi datur à Rectore, qua se recreent. Hæc autem  
recreatio ita comparata est. Prandio finito, & gratiarum actione dicta, o-  
mnes refectorio egrediuntur, & foris Ministrum expectant, qui illis, qui  
Sacerdotes non sunt, exercitia quædam corporis distribuit. Vni dicit, ya-  
de elue-

## DE VITA IESVIT DOMESTICA.

de elue ollas: alteri, tu patinas & orbes emunda: tu culinam expurga: tu mappas & reliqua mensæ ac tabularum ornamenta laua, repone & custodi. Reliquis dicit: Ite ad recreationem & sitis modesti. Habet autem recreatio ista certas suas leges.

Rectoris est, vt curet, ne defint clandesini corycæi, qui in aliorum mores & verba animaduertant, notanda cōsignent, & Rectori deferant. Si quos videt fratres sese mutuò diligere, & vti putat, nimia in recreatione familiaritate vti, hos separat, & ijs adiungit, quibus cum illi nō libenter conuersantur. Singulis diebus Solis, distribuit literulas, in quibus aſ- ma plerū-signat, quid & de quibus rebus, quilibet recreationis tempore loquatur. que de B. Nec ipsiſ liberum est, cum quolibet colloqui: sed cum illis tantum, qui Maria re-cuius à Superiori socij recreationis sunt assignati. Cauet autem diligenter: qua- ter, ne quæ ingerantur colloquia, de altercationibus principum, de re- vocationibus secularibus, de parentibus, de amicis: maximè vero omnium curant, iuuenis ne vlla controværſiarum de religione cum Lutheranis fiat mentio. Nam vix audere prætendunt, Lutheri doctrinam instar gangræna serpere: & vltro sensi- ret petere bus hominum sese offerre. Si quos habent inter se apostatas, hos nō per- à lana, mittunt cum iunioribus & idiotis loqui: sed his adiungunt patres & fa- queq, me cerdotes seniores, qui iam in Pontificia religione obduruerunt, quique pudet his arte sophistica simpliciores seducere, & de religione Lutherana, hoc est, infondere. Euangelica doctrina, varia dubia ac scrupulos illis inijcere possunt. Alij vt cō-

Loquuntur autem in recreatione certo ordine. Senior fabulam in- feruatrice cōcipit, cui reliqui attente, deuotè & reuerenter auscultant: vbi fabulam cōcubina- suam perfecit, alius nouam incohāt, sicque procedendo quilibet aliquid rum: alijs in medium profert, donec horafiniatur. Fabulas autem, quas narrant, vt Veneris petunt ex Discipulo de tēpore: de Miraculis B. Mariæ; de Legendis, alijs promotri- Lugenda dicunt, Diuorum: de visis Monachorum varijs: de Societatis cem: alijs vt incremento: de mortificatione: de abnegatione sui: de cōtemptu mun- furum ad- di: de vanitate diuinarum: de virtutibus Patrum, qui viuunt in Societa- iutricē: a- te: de perfectione regularum Iesuiticarum: de rébus & epistolis Indicis, lij vt lenā Iaponicis & alijs, quas Iesuita in regionibus ignotis & in terra noua se fa- introdu- cere gloriatur. Si quis sales spāgit, vel iocos interserit, eius poenitentia cunct. Sum est, ad cœnam eadem repetere coram omnibus, vt sic seipsum confun- ma, plera- dat, reliquisq, risum moueat.

Dantur etiam in recreatione capitula. Capitula autem sunt acer- impia & biores reprehensiones, quibus ad vitam, vti loquuntur, religiosam suos blasphemare, & ab aulicis & seculi moribus abstrahere conantur. In istis ma-

capitulis adhunc modū procedunt. Rector finita septimana, corycæum vocat, & vitia, quæ de alijs annotauit, suscipit. Tempore recreationis schedulam profert, in qua omnium errata per septimanam perpetrata, consignata habet. Si vult illos, vt illorum verbo utar, capitulare, sellam sibi afferri curat, & in medio fratrum confidens, dicit: Putabam me habusus est bere fratres perfectos, sed hæc scheda mihi à Spiritu sancto data, multos nominis imò verò omnes imperfectionis arguit. Quibus prolati omnes in genui, Spina coram Rectore (ac si Deus esset) procidunt, & dicunt: Sic est pater, ritui sanctorum omnes imperfeti sumus: nec regulas, sicuti debuimus, obseruauimus: eto menda. Tunc omnes iubet surgere: eum autem, quem, reliquis plura communes literas misisse errata, nouit, proiectum in genua perseuerare iubet. Et ne is Coaffingere. rycæum ex accusationibus agnoscat & oderit, aut alienetur ab ipso, omnes & singulos in corona sedentes, interrogat. Tu pater, vel frater, quæ per hanc hebdomadam in fratre tuo perpetram fieri animaduertisti. Est frater valde egenus, communicetis igitur ei spiritualem eleemosynam, qua adiutus possit in spiritu secundum propositum Societatis progressi. Ibi tum pater incipit: Ego vidi illum sub Missa oculis vagantem, & ad mulieres respicientem: quod signum est, mundani & carnalis amoris. Alius: Ego vidi ipsum sub meditatione & oratione matutina dormientem & indeuotum. Alius: Est superbus, irreuerentialis, patres præterit, nec caput aperit. Alius: Silentium sæpè frangit, garrulus est, loquitur horis prohibitis, & multis est offendiculo. Vbi ergo quilibet suum de eo interposuit iudicium, Rector addit. En talis es socius, quam tibi vis decerni pœnitentiam? Ille respondet, quam Pater vult. Tunc ait: Sequenti septimana in recreationibus omnibus solus manebis, nec ullum verbum, absque singulari & expresso meo mandato, loqueris: quotidie ad prandium stabis & labia digitis comprimes. Finita septimana, quomodo pœnitentiam feceris, me facias certiorem, vt te absoluere possim. Interrogat etiam utrum non male ipsum habeat, quod Patres & fratres eum ita descripserunt. Qui respondens, Non offendor, sed gratias illis ago. Tunc ille surgit, & consimilem ad modum, reliquos fratres vicissim capitulare seu reprehendere iuuat. Huiusmodi capitula vocant spirituales eleemosynas, quod his Patres & Fratres, in spiritu iuuentur & mortificentur.

In his recreationis horis, recitat etiam literas, quas de suorum operibus & factis acceperunt, quibus ad zelum & constantiam suos adhortari conatur. Sic cum Iesuitæ Colonienses scriberent Landspergam,  
Anno 1584  
Fratrem

Fratrem Electoris & Archiepiscopi Truckessi captum, omnes in genua ad gratiarum actionem prociderunt: ac Pater Noster & Ave Maria dixerunt. Cum Augustani scriberent, nouum Calendarium promulgatum & receptum: Potentiam Papæ commendârunt, qui licet Romæ permaneret, tantæ tamen potentiaæ esset, vt etiam rebelles Lutherani ipsius mandata recipere cogerentur. Hoc nimirum indicium esse, Papæ consilia à Spiritu sancto ( scilicet ) gubernari & regi, qui & felicem successum largiatur. Cum Viennenses Augustam scriberent, ex una puella per Societatis patres dæmonia cœcta 12652: ibi tūm multa de suæ religionis veritate, & vice versa, de Lutheranæ fidei, miracula non facientis, falsitate, gloriati sunt etiam pro publicis concionibus. Cum Ingolstadiensibus & Landsbergensibus Iesuitis scriberet Augustani, Electorem Saxonum in comitijs multa cōuiuia celebasse, quæ in honorem aliorum Principum instituerat. Duceverò Vuirtenbergicum generosa illa, & Principibus viris non indigna exercitatione vsum esse, qua quis celeribus equis vectus in cursu circulum auferre studet: eos ceu homines seculares & mundanos falsè riserunt. Rector quoque Collegij Iesuitici apud Augustanos, Gregorius Rosephus, dixit: Lutheranos Principes, homines esse irreligiosos, qui bonis Ecclesiæ Romanæ curiæ proprijs, magis ad lusus mundanos, quam ad religiosos alendos, abutantur. Rursum tamen vbi Principes curârunt suos Ecclesiastas publicas habere conciones, quibus & ipsimet interessent, dixerunt: Hoc esse alienum à Principibus viris officium. Nam Electorum ac Principum esse, in comitijs consilijs interesse, quibus ruinæ Ecclesiæ Romanæ resarciri possint, non turpi ocio desidere & hæreticorum concionibus auscultare. Ita semper habent isti Aristarchi, quod arrodant, culpent & criminentur: & vt paucis, quod res est, dicam, in omnibus hoc vnum agunt, vt suorum animos perfecto odio aduersus Euangelicos inflamment, sicq; eos in Pontificijs idolomanijs confirmant.

Recreationis hora absoluta, in Italia semihorulam somno concedunt: hinc studiosi ad sua studia, Fratres verò ignorantiae, quos coadiutores temporales vocant, ad suos labores redeunt. Si qui sunt, qui proprium ac peculiare non habent officium, hos minister, pro sua voluntate, nunc ad hunc nunc ad illum laborem remittit: quia nihil certi propter pigritiam & inseitiam tutò ipsis committere possunt. Si qui suo in officio negligentes deprehenduntur ( semper autem à Ministro suis in officijs visitantur ) ad cœnam pari modo, quo illi, qui ante meridiem

peccārānt, pœnitentias agere coguntur: quō nec cœnia stultorum actibus careat.

A media quarta usq; ad quintam, habetur vespertina oratio, ad quam omnes, reliquis laboribus postpositis in templo coram Sacramento conuenire, eamq; ingenua projectos absoluere oportet. Oratione finita, cœnam accedunt: à cœna, vt à prandio recreatio conceditur: ab hac deinde studia & sacrarum rerum, illorum sensu, hoc est, ad detinotorum libellorum lectionem se conferunt, in qua usq; ad octauam morantur: qua audita signum datur ad precationem nocturnam: in qua recitant psalmum unum, quemcunq; Rector voluerit: deinde Pater noster, & Ave Maria: tandem Litaniâ suâ Idolatriâ, quam ipsi Litaniam Sanctorum dicunt, preces suas illas finiunt. Dehinc quilibet se ad suum confert locum, in quo spacium unius quadrantis, vel dicendo rosarium, vel legendo aliquid consumit, quo elapo, signum datur ad conscientiae examen. Hoc absoluto, omnes media nona se cubitum (prius tamen, si qui volunt, recreationem, quam ipsi collationem vocant, à cellario sumunt) conferunt. Hæc est vita Iesuitarum domestica, quam ad eundem propè modum per integrum anni decursum peragunt: nisi quod temporeieiuniorum & festorum alijs pluribus superstitionum & pœnitentiarium hypocriticarum generibus utuntur. Quæ singula recensere vellem, nisi vererer me lectori molestiam creaturum, qui ex superioribus facilè de reliqua illorum vita conjecturam facere potest. Nihil illis affini, sed omnia, vt ab ipsis metu audiui, magna etiam ex parte vidi, ac ijs interfui, bona fide retuli. Sicuti ipsis mihi testes erunt, ac regulæ illorum, quas habeo, idem de ipsis testantur. Est itaq; vita ipsorum, vt ex hæc tenuis commemoratis patet, non solum superstitiosa, hypocritica, pharisaica, ridicula ac stulta: sed etiam planè Ethnica & impia. Id quod paucis ipsis summet testimonio probabo.

Fol. 291.

Scribunt ipsi Iesuitæ in Literis Iaponicis: In Iaponiorum imperio principem locum tenere supremum religionis Antistitem: qui penè proximine colatur, & vulgo adeo sacrosanctus putetur, vt humi vestigia ponere prohibetur, & si quando terram pede contigerit, honoris gradu deiiciatur. Eundem affirmant latissime imperare, & cum vicinis Regibus pugnare. Hic suos Tundos, hoc est, Episcopos confirmat & creat ipse: qui deinde magno apud summos infimosq; honore sunt, sacerdotia conferunt, ieunia indicunt, carnis gustatus religiosis diebus, cùm ad idolorum delubra vulgo peregrinantur, concedunt. Nascentes preterea Bonzio-

Fol. 421.

DE VITA IESVIT. DOMESTICA.

79

Bonziorum (qui Iaponijs sunt Monachi) sectæ, nullam auctoritatem vel existimationem obtinent, nisi eas idem suo diplomate & testimonio comprobauerit. Hi Bonzij amplissima incolere dicuntur, nostrorum ritu monachorum, cœnobia, cœlibem vitam ducere, in phano medio aram excitare, in qua Amida signum ligneum, in rosa itidem lignea confideat, præclarum ad aspectum, &c. Hos etiam esse vita, moribusq; turpissimos, & omnium mortalium auarissimos, omnesq; nouisse conficiendæ pecuniaæ vias: vendere populo multa chirographa, quorum præsidio se tutos fore à dæmonibus vulgus existimat: mutare etiâ numeros, quos in altera vita multiplicato reddant scenore, dareq; cautionis loco creditorí syraphas, quas secum è vita discedens deferat ad inferos. Idem cultris se incident: in parentes sunt impij: & cætera faciunt, quibus vel Ethnicorum antiquorum improbitatem vincunt. Quidam tamen illorum rectam rationem, & naturæ lumen diuinitùs insitum sequentes, ea quæ naturæ & honestatis leges exigunt, in externis faciunt. De quibus plura in epistolis Iesuitarum Iaponicis.

Etiam si autem superiora de Ethnicis Iaponicis adducta, per omnia Papæ Romano conueniant: tamen eadem etiam in Iesuitas competunt. Nam ut princeps ille Iaponicus, summam & absolutam in omnibus habet potestatem: ita etiam Iesuitarum Generalis, in suos subditos, Societas istius membra, indeterminatam potestatem tenet. Hic etiam suos Assistentes, Visitatores, Inquisidores, Provinciales & Rectores, ceu Tundos, pro arbitrio creat. Hic per suos socios, toti Christianorum orbi, praesertim ijs, quos Lutheranos ac Euangelicos dicunt, bella iussu Pontificis Romani, tam religionis quam bonorum, infert. Hic socios suos, à Pontifice multis priuilegijs & immunitatibus ornatos, ad euertenda Evangelicæ religionis fundamenta emittit. Hic à suis vt supremus, ita etiam sanctissimus, haberí vult. Ipsius etiam socij studiosè cauent, ne insima loca occupare cogantur: cum primis autem in eo elaborant, vt ob  
v<sup>er</sup>to p<sup>re</sup>p<sup>ar</sup>atores & pietatis simulatæ speciem, scientiamq; inflantem, in magna apud populum sint existimatione. Hircliquorum Sacerdotum volunt esse Inquisidores & Correctores: Quales etiam Ethnici Romani præ cunctis populis, & Pharisai præ Sadducæis & Essæis esse cōtendebant. Hi instar Iaponicorum Bonziorum non cœnobia, non monasteria, non cellulæ, non subterranea loca, sed collegia, palatia regia, & domos arcæ regales superantes, occupat: re ipsa nimirum ostendentes, anné eius sint discipuli, qui non habebat, quò caput suum reclinaret. Hi non quidem Amida

Amidæ signum, sed tamen seipsoſ ceu Diuos, toti mundo adorandoſ, obijciunt. Vita quoq; ipſorum externa, veluti olim Pharisaorū, & noſtra atate Anabaptistarū, pietatis larua ſeu ſpecie vtcunq; tegitur: ve- rū factis eius virtutem abnegant: dum vitam in ocio turpem agunt, & omnes à minimo vſq; ad maximum auri ſacra fame laborant. Sicuti o- mnes vrbes, & prouinciae, in quibus habitant, conqueruntur. Quid? Quod Germano populo, olim omnis ſuperftitionis inimico, & iuxpi- orū hosti, ſtercora, qualia ſunt, vitra, lapides, ligna, grana, roſaria & ima- gines magica arte, à Papa confeſcratas, pro auro & argento venditant. Adde, quod literas indulgentiales in infinitos annos pro amplis ijsq; auratis eleēmoſynis venales exponunt, & eadē ementibus tanti valo- riſ eſte gloriantur, vt, etiamſi Dei genitricem (horrefco referens) viola- fet, vitam tamen æternam carum virtute aſſequeretur. Inſuper etiam, vt olim Baalitæ, ſe non quidem cultris, ſed flagellis quinq; lora (ad recor- dationem, vti dicunt, quinq; vulnerum Chriſti) habentibus, ad ſanguinem vſq; feriunt, nec quicquam omittunt eorum, quibus Ethnicoſ ſor- didatoſ ſuiſſe legimus.

1. Reg. 18.

Rom. I.

Nota eſt multiplex illorum idolatria, perſpecta multiuaria ſu- perftitio, qua quidem non coepas, vt Ægyptij, ſed oſſa, non diuorum, ſed ſaepè Gallinarum vel equorum adorant. Veritatem Dei in Euange- lio expressam, & à viro Dei Martino Lutherò dextrè expositam, & à for- dibus pontificijs repurgata in iniuſtitia Antichristiana detinent. Deum, quem ex verbo ſuo cognoverunt, non vt Deum glorificant, neq; erga iſipsum grati ſunt: ſed vani redditi ſunt per regulas Ignatij Loiolæ, & ob- tenebratum ac inſciens eſt cor eorum. Hi volunt eſſe mundi Doctores & apientes, cum verè ſint, ſecundum Salomonem, ſtulti, hoc eſt, impij & peruersi, qui gloriam immortalis Dei, non ſolùm in efformatam imagi- nem mortalis hominis aut volucrum: ſed etiam vilissimorum oſſium magicè canonizatorum transiutant. Quapropter tradidit illos Deus, iuſto iudicio, per cupiditates cordium ſuorum in varias immundicias, vt varijs pollutionibus, libidinosis vſtionibus, ſpurcis affectibus, & nullis non ignominia generibus afficiant corpora ſua inter ſe mutuò, qui mu- tant veritatem Dei in mendacium Pontificium, & venerantur coluntq; ea, quæ iſi ſecerunt, ſupra omnium factorem, qui eſt laudandus in ſecu- la, Amen.

Deum dehonestant: Satanam honorant: Chriſtum negligunt: Antichriſtum colunt: viuentes perſequuntur: defunctos inuocant: oracula

oracula Spiritus sancti rident: suas traditiones & regulas venerantur: sacrum matrimonium violant: impurum cœlibatum & obscenum concubinatum probat: Breuiter, in omnibus sic se gerunt, ut nemo non possit illos pro Iesu hostibus & viuis Antichristi membris, agnoscere. Magistratum legitimum & à Deo ordinatum contemnunt, & Antichristum Romanum supremum omnium rerum caput & Principem, dicunt, cuius ad nutum omnes directos volunt.

Quid dicam de illorum in parentes asopij ac impietate, qua Societatem ingressi, non solum Ethnicos, sed etiam ferocissimas belluas superant. Non meminerunt ingrati isti alastores, stigmate vel potius igne infernali digni, aquilæ à virgine apud Seston urbem educata. Non considerant fidelitatem canis T. Sabini, qui etiam ad os defuncti Domini sui cibos detulit, ut nutrificationis vices redderet. Non gratitudinem Helpidij Samij: nec ciconiarum τὸ ἄντελαργάν. Sanè si patres ipsorum eius essent naturæ, ut conuijts nutritri & viuere vellent aut possent, pelargos illos dicerem, & liberalissimè officio suo functos. Iam verò, cum tantum non distent æra lupinis: quantum τρεμήσῃ ab impietate in parentes, non maiori dexteritate officium suum erga parentes facere videtur, quam si cani paleas, Assirio verò ossa comedēda proponas. Quod si maximè scorpii exemplo, qui parentes quoque suos è medio tollere dicitur, se tueri velint: maius tamen horum scelus esse dico. Illis enim, ut parentum impietatem & asopij, qua omnem foetum suum, præter unum, necant, viliscantur, à natura tributum existimant, ut qui solus superstes mansit, genitores interimat, & hoc modo reliquos vindicet. Iesuitæ verò parentibus suis, à quibus post Deum summa beneficia acceperunt, qui eos genuerunt, è stercore educarunt, aluerunt, multis bonis cumulârunt, adeo iniqui sunt, ut eos probris excipiant, rideant, ac quasi mundanos, seculares ipsisq; multò inferiores & viliores contemnant, floccipendant, naucent. Ex quibus nimis perspicuum est, Iesuitas hominis naturam exuisse, & in bestias degenerasse, atque adeo his etiam non uno nomine infeliores & deteriores esse.

Sed fingamus Iesuitas homines, Ethnici tamen eos (præter illud, quod propter abnegatam fidem Christianam ipsis cæciores facti sunt) in hoc pietatis & gratitudinis genere longè inferiores esse deprehendemus. Sic enim illi senserunt: Beneficij accepti decet meminisse. Et: Miserum sanè est, esse ingratum. Item: Ingrato homine nihil peius terra creat. Præterea: Qui ingratum dixerit, omnia vitia dixit. Aut: Virum decet bonum accepti beneficij meminisse

toto pectoro, sed si quis, quod accepit, beneficij oblinisciatur, generosus hic vir nunquam erit. Ad hæc dicta Iesuitæ suam vitam, & Stoicam & plusquam beluinam & πάθειαν examinent, &c deprehendent, se verè dignos esse, qui in Aphricam monstrorum feracem ablegentur, ut vel ab incredulis Gentibus discant, qua pietate beneficiorum paternorum meminisse debeant.

De Socrate scribitur, vocatum ab Archelao Rege venire recusasse: ne, inquit, beneficia accipiam, pro quibus paria reddere non possim. Iesuitæ, non vocati in Principum aulas se ingerunt, beneficia exigunt, quæ nec grata mente excipiunt, nec pro acceptis, vel saltē imparia, sed pro beneficijs malefacta reddunt.

Improbum esse hominem, dixit quidam, qui beneficia accipere sciat, reddere nesciat. Et Philippus Macco, cùm audisset de morte Hipparchi, dicitur, eam tulisse acerbissimè, & interrogatum: quî sic, cùm ille tempestiū discesserit? respondisse: Sibi quidem tempestiū, mihi verò præproperè: quòd nullum ipsius meritis dignum à me acceperit beneficium. Iesuitæ verò enecare etiā malefactis suos parentes, qui eos à tam impia Societate rectè, iustè, piè ac honestè auocare cupiunt, si possent, non intermitterent: quin si idem Euangelicam verè Christianam religionem sequuntur, eos anathematizant, & Satanæ tradunt.

Anne ergo à I E S V, qui suis parentibus subdituserat, eosq; alebat, denominabimus Iesuitas, qui parentibus immorigeri, ingratitudine eos excruciant, ac mille molestij oppressis mortem accelerant? Neronianos verius dixeris, qui & ipse genitricem suam tantoperè amauit, ut eam exenteraret, quòd locum, in quo menses decem latuisset, spectare posset. Aut nūmch hos I E S V doctrinam & rectam viuendi rationem alij trudituros putabimus, qui tantam ingratitudinem & impietatem, ipsi non dissimulant? Non ita Deus in Decalogo præcepit: sed mandauit, ut parentes honoraremus, magnifaceremus & in omnib. adiuuaremus: Non ita Paulus, suos discipulos docuit, dicens: grati estote. Et rursus. 1. Tim. 5. Vicem rependite parentibus. Hoc enim est honestum & acceptum coram Deo, sed idem verè spiritu præuidit, in extremis diebus fore & sō-  
 Col. 3. jps, ingratos, parentibus immorigeros; quos tamen ipse detestatur & deuitandos censet. Caini ergo, Chami & Absolonis impietatem, & puerorum in Bethel petulantiam Suitarum isti alumni æmulantur, nihil vindicis manum metuentes, sed omnia sibi impunè licere putantes. Verum non perpetuò impunè ferent, sed quanto maior illorum erga parentes debuerat esse reuerētia, ut qui vitæ ipsorum auctores post Deum sunt:

2. Tim. 3.

funt: tantò maiores etiā & atrociores p̄cenas tetrici hi Absalonitæ, Gie-  
xitæ, canes rabidi, & iumētis deteriores, dabunt. Sed & hæc de Iesuitarum  
in parentes impietate obiter dicta sufficiant.

At verò hi socij, Loiolitæ, non solum in naturales suos parentes ta-  
les cuculi existunt: sed eandem quoque impietatem & virulentissimum  
odium in genere, in omnes Germanos concipiunt. Quorum tamen qui-  
dam, nescio qua cæcitate aut potius stultitia perculti, Iesuitas, Ecclesiæ  
lupos, Patriæ locustas, Reipub. bruchos, ranas, verres, prædones, seu, vt  
verius quod res est, dicam, proditores & serpentes in sinu souent, alunt,  
augent & ditant. Licet illorum dolos & fraudes, imposturas & deceptio-  
nes, insidias & proditiones, & malas artes quotidie experiantur. Nam Ie-  
suitæ non à I E S V, sed à Pontifice Romano capitali omnis Christianæ  
religionis hoste, in Germaniâ emissi sunt, in qua se in aulis Principum  
& mundi potentum ( à nutu Papæ dependentium ) ita artibus suis infi-  
nuârunt, vt pulcerimas domos, amplissima collegia, maximos redditus,  
iura vrbium, priuilegia ciuiū, ac Papistici magistratus gratiam, fauorem,  
tutelam & præsidia titulo religionis sibi comparârint. Vbi ergo à dextris,  
Pontificis auctoritate & opibus; à sinistris, armatorū & negotiatorum,  
Meretricis illius magnæ, viribus & auxilijs se probè munitos cernunt:  
tunc omne studium, omnes ingenij vires & conatus conferunt ad popu-  
li Germanici, maximè tamen Euangelici cætus, cædes promouendas, &  
omnium internectionem introducendam. Nam ad abolendam puram  
Euangelij doctrinam, eorum ordo initio ab Ignatio Loiola est inuen-  
tus: in eundem finem à Papa postea confirmatus, nec aliam ob causam  
adhuc hodie ab Episcopis Romanis aluntur & ditantur. O quam felix  
fuit Germanorum terra, cum hæc inutilia pondera nondum portaret!  
Felicitas sanè futura, si iisdem propediem dchiseret. Quod haud dubiè  
dudum futurum fuisset, nisi Dominus multorum in Euangeliū Chri-  
sti contemptum vindicare, & adhuc aliquantis per totum orbem terra-  
rum, potissimum autem dulcissimam patriam nostram hac virga furoris  
sui punire vellet.

Certè non nisi Iesuitarum consilio Lutetia sanguine Christiano-  
rum inundauit. Non sine Iesuitarum consilio, hactenustam copiosus  
Christianorum sanguis in Gallia effusus est. Non sine Iesitarum consi-  
lio, multi Hispani ad fidem Christianam accedere cupientes, necantur.  
Non sine Iesitarum consilio, Itali Euangelicam doctrinam amplecten-  
tes in inquisitionis torturis trucidantur. Non sine Iesitarum consilio,

Græcenses ciues dudum sunt periclitati. Non sine Iesuitarum consilio, ex vrbe Viennensi Euangelici sunt electi. Non sine Iesuitarum consilio, Austria sermone Christi priuatur. Non sine Iesuitarum consilio, inferior Germania tot ardentes rogos vidit, & adhuc tyrannidem sustinet Regis papistici. Non sine Iesuitarum consilio, Bauaria veritate Euangelij Christi caret. Non sine Iesuitarum consilio, Augusta hodie in extremis periculis versatur. Non sine Iesuitarum consilio, sermè vbiique in Germania Euangelicis insidiæ struuntur, cōspirationes incuntur, & cades atq; latrociniâ parantur. Hæc vera esse tota Germania fatetur & deplorat: & tamen sunt, qui tantam pestem, & præsentissimam veritatis ac Christianorum excisionem, ferendam putent. Vtinam ne, cœ Phryges, Germani nimis serò saparent: sed euigilarent & agnoscerent res suas a-gi, paries cum proximus ardet.

Si Imperator, Reges, Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles coniunctim iam (vt nihil de inferiorū statuum hominibus dicam) ordinem Christianum in Italiam (sicuti Ignatius Loiola miles profanus exercitum suum Antilesuiticum, omnis veritatis Euangelicæ & pietatis hostem, in Germaniam, eius delendæ causa, inuexit) adducerent: non modò Pontifex illorum ordinem non confirmaret, sed omnes ex communicaret, custodiæ manciparet, ad domos inquisitionis (in quibus Iesuitæ præfectos seu potius conscientiarum carnifices agunt) raperet, in ijs torqueret, & igni traderet. Quid verò nos? Multi nostrâtrium, qui tamen Euangelicæ veritatis zelum habere, & eius patroni videri cupiunt, Iesuitas, lupos rapaces in vestitu ouium venientes, multos seducentes, & quos seducere non possunt, è medio tolli curantes, recipiunt, amant, fuent, tuentur. Dispari sanè studio erga Iesuitas, quam hi erga nos affecti.

*Iacobus Crutius  
Iesuita*

Neq; verò illos hanc virulentam animi sui aduersus nos immani-tatem, verbis prodere pudet: sicubi eius occasionem commodam se habere putant. Iacobus enim Crusius, Rector Landspergensis Iesuiticus a-perte pro exhortatione dixit: Non potissimum ob hunc finem in Ger-maniâ missi sumus, vt Doctores, Concionatores & Præceptores in scho-lis & templis agamus: sed vt operam demus, ne Lutherani seu Euangeli-ci protestantes maiora incrementa sumant: sed excindantur. Si id no-strates ab ortu Lutheri fecissent, iam Ecclesia Romana in pace viueret. Verùm causa nondum cecidimus, coniungamus mutuas operas, vires & arma, & facile poterimus illos extirpare. Ad hanc finem nisi omnia no-stra consilia & actiones direxerimus periculum est, ne illi nobis idem, quod

quod intendimus & in eos paramus, faciant, & in foueam quam hæreticis paramus, nostra negligentia incidamus.

Ad eundem modum magnus ille Iesuitarum fautor, Fabricius Imperatorem hortatur, ut semper sua gladio accingat, neq; patiatur hereticos. Hoc est, Lutheranos, Viuere. Quid enim, ait, faciat virus in vinea? Lupus in ouili, &c.

Sic nimirum pacis & religionis inducias seruari cupiunt: sic suos ad seruandam fidem datam hortantur, Homines pacifici, scilicet. Sed quid non audet effrænis Iesuita? Non audet stygius Pluto tentare in Ecclesiam & Filium Dei, quod audet & facit Iesuita. Et certò certius est, ne vnum quidem esse Iesuitam, quin toto pectore exoptet, manus suas in Protestantium & Concordistarum, vt ipsi vocant, sanguine lanaire. Pater Pellanus, tempore comitiorum proximè Augustæ habitorum, pro re-creatione dixit: Nos tot tantaq; patimur à ciuib; Augustanis. Si iam mihi catholici, quorum in vrbe maior copia est, quam Lutheranorum, obedirent: suaderem, vt omnes Lutheranos summos & infimos occiderent. Sic enim pacem habituri essemus, & Papæ, in novo Calendario propagando satisfacere possemus, quod nunquam fecit, quamdiu in medio nostri Protestates viuere passi fuerimus. Certè Iesuitæ nullum exp̄pa-  
pa libentius audiunt, quam eorum, à quibus plurimos Lutheranorum, è medio sublatos percipiunt: & suos etiam hoc nomine celebres esse vo-  
lunt.

Hæc sunt Iesuitarum domestica consilia: quorum prouinciales, Germaniæ Inquisitores, singulis annis Romæ conueniunt, vt delibera-  
rent, quibus modis, Protestantes seu Evangelici tolli possint. Si ergo iu-  
rati patriæ hostes & proditores ferendi sunt: etiam Iesuitas, illorum ve-  
stigia consilijs & scriptis imitantes, inter Grmaniæ terminos conferuan-  
dos arbitror. Cum verò hi in omni vita sua nihil aliud querant, quam  
Evangelicæ doctrinæ abolitionem: certè syncerorum Doctorum vi-  
cissim erit, eiusdem propagationem & incrementum, tanto maiori stu-  
dio promotuere, ac Lupos, gregem Domini dispergentes, ovesq; Christi  
dilaniantes, gladio Spiritus, quantum possunt, arcere & profligare. Ca-  
uendum etenim, ne pristinis idolomania & idololatriæ tenebris denuò  
inuoluamur, & posteriora prioribus deteriora reddantur.

Quod autem Iesuitis nihil affingam, dum dico ipso crudelia con-  
silia agitare, & plerorumq; tumultuum ac bellorum faces esse, vel pub-  
lica etiam ipsorum sanguinaria scripta testantur. Antonius Possevinus  
Iesuitarum Provincialis & Inquisitor per Germaniam, in libello, cui ti-  
tulum

tulum fecit: *Il Soldato Christiano*, cùm Papa pius V. Carolo Nono Regi Franciæ milites mitteret ad expellendos Christianos. In illo, inquam, libello scribit: Omnes Christianos iure obligatos, ut Pontificiam Idolomaniam, contra Euangelicorum doctrinam viribus & proprio sanguine tueantur. Hortatur quoq; omnes milites, ut pro viribus Protestantibus resistant: pacem enim & publicum bonum in Ecclesia Romana conservari non posse affirmat, nisi illi tollantur. Tandem multis impijs & plane tyrannicis rationibus adductis concludit: *Nisi expuleritis eos, patriæ, uxores, liberos, parentes, amicos & opes in tuto possidere non poteritis.* Et addit: *Le quali miseramente occupate da gli infideli, niuno vso possono hanere de Sacramenti, ne della predicatione catolica, anzi sono oltre, ciò & pericoli di heresia, & nel tempo d'lor morte non hanno ( o hime ) se non scelerati ministri, li quali procurario loro con la perdita del corpo quella dell' anima.* Hoc est. *Omnia vestra infideles, hoc est, Protestantes Euangelici, occupabunt: si non eieceritis illos, non poteritis habere usum Sacramentorum, negare concionem catholicam, in modo ( prob dolor ) in periculum haeresis incidet, & in articulo mortis non nisi sceleratos ministros, hoc est, Lutheranos habebitis, qui vobis & corporis & anime interitum creabunt.* Postea etiam Belli duces hortatur, ut nihil omnino Euangelicis permittant, nec fidem illis datum seruent: *Inquisitores in eos clandestinos subordinent, domestica & intestina bella inter illos excitari current, & proditores ac sicarios omnibus in locis contra illos instituant.* Duces verò qui aliter faciunt, eos in Ecclesiam Romanam peccare, inexcusabiles reddi, & damnari affirmat.

Annon hisce verbis pacificus iste ( si Deo placet ) Iesuita classicum canit, & suis tyrannis, vltro ob stipendum iniquitatis in Christianos invictos, calcaria addit? Et tamen Iesuitæ, hoc est, secundum illorum sensum, Germanotum Saluatores esse volunt, verum quis adeo hebetis ingenij est, qui ex his non agnoscat, omnium malorum, periculorum & bellorum nunc passim in Germania & Gallia gravantium, Iesuitas unicam causam & principium esse? Certe dum nostri restitutam Euangelij Lucem, à nebulis & tenebris pontificis claram & illustrem custodire, illuc obscurare & extinguere student, omnem mouentes lapidem, quomodo ruentem & propè collapsam Romanam sedem, luteos pedes habentem, à lapidis sine manibus excisi potentia, fulcire & stabilire queant: Mundi dominatoribus consulunt, ne fidem, Augustanam confessionem & eius apologiam profitetibus, publicè datam seruent: omnibus Episcopis Romanæ curiæ suadent, si sanæ mentis sint, & sua tutò, iucunda

cunda cum securitate possidere velint, ut se totis viribus principibus Christianis opponant, ac vt Guisianorum habet conspiratio, costruendi, igni, aqua, rotæ, cruci, funi & cæteris exquisitis tormentorum generibus, subiecti current. In nos nostræq; Confessionis socios, coram suis Regibus & Dominis ea decernunt, qua in hostes Ecclesiæ ac publicè maleficos decerni solent.

Coram Imperatore, Romano Pontifice & Cardinalibus clamitant, *Multa tan-*  
*nos nullam certam habere religionis normam: nunc huic, mox alteri se-*  
*& subscribere: subinde nouas confessiones eudere: turpiter inuicem dis-*  
*fidere: nullam nobis pacem esse: non esse Principem, qui vicino fidat: omnia*  
*sufsum ac deorsum ferri: Lutheranorum auditores esse homines rebel-*  
*les, seditiones & conspirationum auctores: Breuiter nullum scelus est, audiuimus ex*  
*quod ipsimet committentes, in nostros coniugere non audeant: auda-*  
*cter calumniantes, certi, quod semper aliquid haereat: vt sic & sanguina-*  
*riam suam ἐπόχοιν tegere, & magnatum animo sin odium ac indigna-*  
*tionem Christianorum rapere, eosq; tollere possint, qui illorum impietatisbus resistunt.*

Huiusmodi ergo calumnijs potentum aures adimplent, ne aliquid cognita veritate, ad exemplum aliorum Principum seriò de Ecclesiæ reformatione, & verbi diuini propagatione cogitent. Hoc enim si fieret, iam de Pontificia Ecclesia & cum primis de Iesuitarum Societate actum esset. Toti ergo in hoc sunt: vt Lutherana, seu Euangelica doctrina funditus extirpetur, ac eius veritatem profitentes, etiam indicta causa iudicentur, damnentur, trucidentur. Et ab hac sua sententia, neq; sanctis piorum Principum intercessionibus, neq; subditorum humiliatis precibus, neq; amaris Christianorum lacrymis, neq; æternæ salutis necessitate, neq; propriæ conscientiæ dictamine dimoueri possunt. Ut que id, quod petunt, coram principibus obtinere possint, causas affert: Maiorum exempla: Romanæ sedis incolumentem: pontificiæ religionis durationem: scholasticorum traditionem: seniorum consuetudinem: quæ omnia negligantur, collabantur, tollantur, euertantur, nisi in tempore Lutheranis vi & armis (vt Colonienses Iesuitæ scribunt) resistatur.

Hoccine est esse virum pacis, nuncium vitæ, legatum salutis? Hinc sunt misericordes nostri Patres Iesuitæ? Profecto, vt in seminibus causa est arborum & stirpium: sic omnium malorum & bellorum, quæ fiunt in Ecclesia, semen sunt Iesuitæ, quibus Deus, ceu flagellis, quibus nostra peccata

peccata punire vult, vt titur. Sed pergent & sanguinat quo usq; Dominus permiserit. Certi sumus, ipsum, ybi nobis reconciliatus fuerit, instar indulgentis patris hanc virgam furoris sui in ignem abiecituram infernalem. Quin imò, etiam in hac vita veniet tempus, quo ipsis eadem mensura, qua alijs mensi sunt, remetietur, & insuper duplum reddetur. Amen, Amen. Sed tempus est, vt de Iesuitarum hypocrita & impia vita digressi, ad illorum vota descendat historia.

## C A P V T VI.

*De votis Iesuitarum.*

N Summario suarum constitutionum, trium votorum, quæ simplicia dicunt, faciunt mentionem: quartum autem, quod est Professorum, hoc est, absolorum & perfectorum Iesuitarum, qui Cyclopædiam Pontificiam absulerunt, in Bulla Pontificis Romani Pauli III, qui in hanc nouam Societatem Anno Domini 1540. confirmavit, continetur. Eò se totos in Papæ seu Antichristi Romani seruos & deuotoria eius mancipia tradunt, seseq; in omni vita & actionum suarum cursu, iuratos & capitales, Protestantium Ecclesiæ, hoc est Lutheranæ seu Euangelicæ doctrinæ, hostes futuros, ac in omnibus, etiam verbo Dei contrarijs, Papæ obedientiam præstituros, declarant.

## D E V O T O P A V P E R T A T I S.

*Regula 24.* **T**ria simplicia vota describuntur in Regulis, qualia illa esse velint.  
*25. 26. 27.* De paupertatis yoto dicunt: *La pouertà, come saldo muro della religione, si deve tener cara, è conservare nella sua purità, quanto con la diuina gratia sarà possibile. A meno tutti la pouertà come Madre, è conforme alla misura della sancta discretione, a suoi tempi proquin alcuni effetti di quella, non uscendo cosa alcuna come propria: è siano apparecchiati ad andar mendicando di porta in porta quando l'obedientia e la necessità lo richiedera. La maniera del vitto, vestito, è letto sarà come cosa propria da poueri, è ciascuno si persuada, che delle cose, che saranno in casa, se glidaramo le peggiori, per sua maggior mortificatione, è profitto Spirituale. Sappiamo tutti, che non possono l'vn l'altro dare, ne riceuere in presto, ne disporre dico cosa alcuna di casa senza, sa-puta, è*

puta, è consenso il superiore. Id est, Paupertatem seu solidum Christianae religionis murum diligere oportet, & sua in puritate conservare, quo ad eius diuina mediante gratia fieri posset. Ament omnes pauperiem, tanquam matrem & conformem mensuram sanctae moderationis, suis temporibus aliquot illius effectus demonstrent, nulla ravingentes tanquam propria, & sint parati ire mendicatum ostiatim, quanda obedientia & necessitas illud postularet. Ratio virtus, vestitus & lectuli similis erit rebus pauperum proprijs, & unusquisque, sibi persuasum habeat: sibi ex ijs rebus qua domo afferuantur datas irivitiores, propter suam ipsius maiorem mortificationem ac profectum spiritualem.

His regulis conditiones & propria voti paupertatis depingunt, quomodo eam à suis obseruari velint. Omnes dicunt, paupertatem tanquam murum religionis, ament: in puritate conseruent: quantum per diuinam gratiam possibile fuerit. Benè autem paupertatem murum religionis vocant. Quia hæc ipsorum religiosa scilicet paupertas (quam neq; Deilex nouit, neq; Euangelium) illis altos muros, pulcras domus, ampla collegia, & magnos redditus peperit. Nec malè addunt, in puritate conseruent. Quia paupertatem agunt sine defectu, eamq; obseruant, tam in summa puritate, quam in maximo nitore. Omnem enim apparatum, quam instruxissimum habent, ut etiam Cræsum si non superare, & quare tamen videri possint. Sicuti nouerunt illi, qui illorum opes & Gazas viderunt. Ne autem nimio vrgeantur paupertatis iugo, additur Regula: quantum gratia diuina fuerit possibile: hoc est, secundum illorum sensum, religiosa sua paupertate, mundi opes corrodant; interim tamen ita se gerant, ut pauperes coram populo videantur. Ob quam famam comparandam, interdū ostiatim illorum nouitij mendicare, ipsi etiam ad ditiores mittere, & eleemosynas, sed tales, quæ millenarium numerum excedant, petere solent. Ut recte Nobilis quidam, non procul à Landsperga arcem habens, dixerit. Si mendicare vellem, cum Iesuitis mendicarem. Illi enim non obulum unum aut alterum, sed mille coronatos plerunq; una vice à Principibus aportant.

Deinde exigunt, ut omnes paupertatem tanquam matrem ament. Et hoc Regula 25. benè. Est enim illis indulgentissima Mater, quæ eos tenerè, molliter, laturè, delicate & splendide fouet, nutrit & alit. Vbera habet laetè melleque refertissima: illa sunt, Gazzæ & Thesauri Meretricis Magnæ, Antichristi Romani, purpuratorum Cardinalium, infulatorum Episcoporum & cullatorum Abbatum, nec non & reliquorum amatorum & negotiatorum, qui genua coram bestia flectunt, eamque adorant. Sic autem aiunt,

paupertatem tanquam matrem ament, *vt interim eum auorem, mensura & conformitate sanctæ discretionis metiantur.* Ea discretio est & moderatio, ne quis honestatem, & grauitatem religiosam, nimio paupertatis studio, inedia corpus macerando, vel nimis sordide vestiendo, contemptam reddat, sed ita moderetur, *vt paupertas illorum, sicut alia regula habet, sit pura; munda, ne quoddam fastidium, vel tedium & nauseam, centonibus & dilaceratis vestibus præbeant.*

Præterea addunt: *à suo tempore uno alcuni effetti di quella;* Hoc est, *Suo tempore effectum paupertatis experiantur.* Non semper, neque ubique, immo rurquam sunt pauperes. Nam domi habitent omnium rerum copiam, & abundant ijs, quibus illorum cor delectatur. Ideo volunt *ut alibi & alio tempore, quam domi, paupertatem experiantur.* Interim tamen domi quoque suæ certa paupertatis Iesuiticæ experimenta habent: quæ hæc sunt. Quando Patres & Fratres reliqui mensæ accubuerunt, & splendide epulantur: procedit in illorum medium Pater vel frater Iesuiticus, induitus centone, calceis perforatis, pileo dilacerato, ac seminudus. Qui *ut durum paupertatis Iesuiticæ iugum experiatur:* patinam ligneam, & lagunculam itidem ligneam manibus tenet, & primò à Rectori ac deinde à reliquis omnibus patribus & fratribus, cibum potumque emendicat: quibus acceptis, post ianuam considet, & cibum capit. Et hic est voti huic primi effectus, quem inter se, maximè feriatis diebus & quando non adfunt hospites, exercent.

Aliud paupertatis experimentum est Nouitorum: quos Rector, primus probationibus exantlatis, ad experiendam paupertatem emittit ad unius mensis spacium. Sed iucundum & suaue illud est ociosis, & delicatis hominibus exercitum. Nam à Rectori accipiunt literas commendatitias, quas publicas patentes vocant. Iis suos Abbatibus, Prioribus & Episcopis singulariter ( per quorum diceceses & prouincias transeunt ) commendant: Ab his recipiunt liberaliter, papaliter, & tractantur regaliter. Neq; in istis emissionibus seu peregrinationibus ullum paupertatis actum experiuntur: quin magnam pecuniaæ vim domum redeentes secum afferunt, licet Rector exentiibus mandet, ne plus quam florenum unum à ditionibus accipiant. Vbi itaque nouitij cognoscunt quodam emittendos, omnes in genua procidunt, Rectorem rogates, ut ipsis quoque veniam peregrinandi concedat. Nouerunt enim istas peregrinations nihil aliud esse, quam recreaciones & summam voluptatem, dum pro animi sententia & cordis desiderio suauiter hinc inde cum Machi-

Nachis & in tabernis potare, cuticulamq; curare possunt. Et hoc est Iesuitis effectum paupertatis experiri.

Præterea Iesuitica paupertas & in hoc consistit: Non vsando cosa alcuna come propria. Hoc est, Non vtatur aliqua re tanquam propria. Iesuitæ enim quandam Anabaptisticæ roboris speciem habent, dum ipsis non ad alia cosa esse volunt. Et ne quis aliqua re tanquam sua propria afficiatur, crebra omnium rerū mutationes instituunt. Si quis est, qui habeat vestem suo corpori aptam, ne affectum in eam retineat, eam Rector ipsi adimit, & alteri tradit. Sic cubilia, musæa & omnia subinde mutant: ut hac ratione rerum roboris ab Ignatio Loiola sancta conseretur & sanctè colatur.

Insuper illorum etiam est; è siano apparechiati ad andar mendicando di porta in porta quando l'obedientia, o la necessita lorichiedera. Hoc est, Omnes patrati sint ire mendicatum à porta ad portam, seu ostiatim, quando vel obedientia vel necessitas postulauerit. Hæc necessitas incumbit illis, qui votum professio- nis suscipere volunt. Eorum est, triduum ostiatim vietum quærere: ut sic probati inuenti & in omnibus mortificati, se se dignè, vt pontificia mancipia decet, gerere possint. Obedientia autem tunc illos iubet ostiatim mendicare, quando hominibus nimis diuites facti videntur. Sed frumenta pallio paupertatis se tegere conantur, dum tot ædes, multas regum & principum arces splendore superantes, inhabitant: & peregrinantes non Christi, sed Martis & Regum insignia portant.

Adhæc etiam regulæ eorum ipsis iniungunt, vt in vitta, vestitu & le- Regula 26.  
do, paupertatis mores & formam imitentur. Sed quomodo hanc obseruant  
regulam? In hisne, vt pauperes, se gerunt? Lecti ipsis sunt, vt vocant, par-  
tium Mataraza, quæ sunt lana molli & floccis, vt loquuntur, subtilibus,  
partim mollibus plumis repleta, in quibus suauiter admodum stertunt,  
& in vtramq; aurem securè dormiunt.

Singulis diebus Sabbati, vesperi ad illorum lectos, custos indusio-  
rum & lodicum, ponit cuilibet mundatum indusium, duo strophiola &  
vittam: decima quarta verò quavis die lodices. Si autem sudavit, semper  
noua & pura recipit indusia ac lodices mundas. Et hæc quidem omnia  
quam mundissima & tenerima. Hæc est paupertas Iesuitica, quam circa  
cubilia obseruant.

Inuestitu sit segerunt. Emptor Regulam habet, vt non vilia vel Nach de  
mediocria, sed optima & preciosa quæque emat; quia hæc diutius quam besten/ ist  
illa in usu esse & durare possint. Pileos, quos Barretas dicunt, portat qua- der bestie  
drangu- Rauff.

drangulares, & in formam crucis formatos, etiam ex preciosa materia.  
Soluunt enim pro qualibet bareta, si non ipsi eas faciunt, coronatum.

Mysterium illius pilei est: signum crucis, quam cultu λαλέως & adorationis colunt; quod Christus in cruce pepererit. Sed hac ratione aut consimili impietatis argumento, licebit etiam adorare virginem, cō quod virgo Christum pepererit: licebit adorare præsepe, quia in præsepi Christus positus erat: licebit adorare fascias, quia talibus inuolutus fuerat: nec non & fœnum, in quo iacuit: nauem, in qua docuit & dormiuit: asinas omnes, quia asina vectus Hierosolymam ingressus est. At Deus in nulla imagine aut alia creatura extra se posita adorari vult: vt Lex Dei, & sancti patres Ambrosius, Augustinus, Lactatius, Origenes, Athanasius & Clemens Alexandrinus, aperte docuerunt. Neque has absurditates ignorant Iesuitæ, & tamen non erubescunt, in pileolis à se ipsis factis, signum crucis exosculari & venerari. Quin & idem illud signum Sacramentum faciunt. Sic enim eos cantare & dicere audiui, tum Romæ tum Ingolstadij, sub festo inuentionis S. crucis:

*Non sunt noua Sacra menta:*

*Nec recenter est inuentus,*

*Crucis haec religio.*

*Ista dulces aquas fecit.*

*Per hanc si lex aquas iecit,*

*Moysis officio.*

*Nulla salus est in domo,*

*Nisi cruce munit homo,*

*Super liminaria.*

In honorem huius ligni singulis annis stata celebrant festa. Inventionem crucis: Rogationum: Exaltationem crucis: Missam de sancta cruce: ostium de sancta cruce: quam etiam splendidis verbis consecrant. Oramus te Domine sancte Pater, &c. Ut digneris benedicere hoc lignum crucis tua, vt sit remedium salutare generi humano: sit soliditas fidei: bonorum operum profectus & redemptio animarum: sit solamen & protectio, ac tutela contra seu iacula inimicorum, &c. Imò quicquid Christus passus est & fecit, ea omnia in lignum crucis transtulerunt. Sic enim orare solent.

*Ista suos fortiores;*

*Semper facit & victores;*

*Morbos sanat & languores,*

*Reprimit Demonia.*

Dat capti-

*Dat captiuis libertatem,  
Vite confert nouitatem.  
Ad antiquam dignitatem,  
Crux reduxit omnia.  
O crux lignum triumphale,  
Mundi vera salus vale,  
Inter ligna nullum tale,  
Fronde, flore, germe.*

*Medicina Christiana,  
Salua sanos, agros sana.  
Quod non valet vis humana,  
Fit in tuo nomine, &c.*

*Et quia credunt tot tantasq; virtutes huic ligno esse, satentur se non  
Christi, sed huius ligni esse schiauos ac seruosita canentes:*

*Serui crucis, crucem laudent.  
Qui per crucem sibi gaudent,  
Vita dari munera.  
Dicunt omnes, dicunt singuli:  
Ave salus totius seculi,  
Arbor salutifera.*

*Ob quam etiam causam, quoties lignum crucis transeunt, illud ad-  
dorare solent, sic se inuicem cohortantes: Ecce lignum crucis, venite adore-  
mus: Et,*

*O sancta crux, spes unica,  
Auge pijs iustitiam,  
Et donareis veniam.*

Dumque illud ambabus amplectuntur vlnis & exosculantur, di-  
eunt: Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera. Quod solum fuisti lignum,  
sustinere Regem celorum & Dominum. Et horum omnium meminisse volunt  
suis, quoties suam baretam, in signum crucis formatam, attingunt vel  
capiti imponunt. Quia autem sanctus Paulus, dum scribit: Absit a me  
gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per crucem Christi in Gal. 6.  
telligit reconciliacionem & salutem, morte & passione Christi nobis par-  
tam: Et externa illa crucis forma nihil prodest: recte Iesuitas ridemus,  
ac ceu hypocritas superstitiones contemnimus, vt qui in mundi clemen-  
tia hærcant, & virtutem crucis Christi abnegent, eamq; in externa qua-  
dam laruam ac speciem transformat, crucifera sua seu quadrata bareta,

in qua; non autem in cruce Christi, gloriantur & superbiant. Imò aduentiente vera Christi cruce, hoc est, ipso afflictionibus illos visitante, cum impatiensibus Iudeis exclamant: *Oritus Domini: onus Domini.* Et quia realem Christi crucem portare nolunt, gaudent ista, quæ est auro, gemmisq; intexta. Sed hæc de Iesuitarū cruci formibareta per digressionem, tam ad reliquum istorum vestitum reuertamur.

Quando iter suscipiunt, galeris vtuntur seu pileis turritis: baretam autem suam consecratam in Bulla reseruant. Si domum ingreduntur, vt agnoscantur, pileo turrito remoto, baretas recipiunt, qua nescio quam existimationem sibi creari putant. Pallijs induuntur oblongis, sub his tuniculas habent, quas Solannas dicunt, vsq; ad plantam pedis fermè dependentes, quas canabe holoserica stringunt. De qua Buchananus Poëta canit.

*En tunicam fluxam, nodosa canabe cingis:*

*Cum melius fauces stringeret illa tuas.*

Sub his tuniculis toraces, caligas & tibialia gestant de optimo pannorum genere, quo etiam dum seculares erant, vtebantur. Calicos portant corrigijs constrictos. Et regula est, illorum habitum conformem esse debet reverstimentis, quibus Clerici & Sacerdotes seculares vtuntur. Ne nouo & peregrino habitu hominibus, quib. cù illis agendum est, molestiam vel auersionem creent. Ideo regula dicit: Paupertatem illorum non debere esse vestium immundicia, sordibus vel pannositate sordidatam: sed puram, mundam, elegantem & hominibus gratam. Quam magnificis autem & preciosis in facris suis cultibus & Missis vtantur vestibus, res ipsa testatur: dum ad Missam, auro, argento, gemmisq; fulgidi & corruscantes, quasi aurei vivuli aut tauri inargentati, procedunt, & hominum oculos ad se convertunt.

Vnum tamen habent in vestitu paupertatis genus: quod tale est. Diebus Veneris & Sabbati, qui propter abstinentiam carnis, reliquispis sanctiores censentur, vt paupertatis actum circa habitum experiantur, Rectorem accedunt, & coram ipso in genua proiecti, rogant: vt illis concedat & permittat induere vestem nuptialem. Est autem ipsis vestis nuptialis cento, tunica dilacerata, per quam cutis conspicitur: calcei sine fundo, pileus per quem capilli transeunt. Hoc habitu induti, ad prandium & cenam accedunt, penitentias faciunt, & mundi vanitatem, quæ in vestitu labore, se superare & expiare dicunt. Verum hoc habitu non procedunt in publicū: sed isto seipso intra parietes recreant, alijsq; ristunt.

risum præbent, præsertim dum incentonibus istis, à fratribus epulanti-  
bus, cibum & potum colligunt.

Habent quoque suarum vestium spiritualem interpretationem.  
Bareta, præter crucem, de quadixi, denotat, Trinitatis unitatem, ac cum  
eadem Beatae virginis Mariæ coniunctionem. Pallium significat Christi  
tunicam purpuream. Tunicula interior, albam, qua ipsum derisit Herod  
des. Thoracem, caligas, calceos, fascias crurales, ex epistola Pauli ad E  
phes. 6. interpretantur. Indusium perpetuæ voluntatis castitatis deuotæ  
memoriam. Si etiam se induunt, vel vestibus exeunt, certas preculas re  
citare solent. Verbi gratiâ, si calceos claudit, dicit: *Domine non sum dignus, ut  
soluam corrigia calceamenti tui.* Si se constringit: *Cinge Domine femora mea ca  
stitatis cingulo,* &c. Ut sic in omnibus deuotionis laudem querant: suaq;  
vt loquuntur, in Domino perficere possint.

Si Nobiles illorum Societatem ingrediantur, & habitu veniant  
splendido ac precioso, permittunt, vt triduum eum referuent: quo clap  
so, cū seponere, alteri dare, & Societatis habitu induere iubentur. Et hoc  
est, secundum illos, veterē exuere hominē, seipsum mortificare, & alteri  
suam tunicam dare. Si autem uestes sunt nimis sumptuosæ, quæ religio  
fos, præsertim voto paupertatis obligatos, non decent; eas vendunt, aut  
ad ornamēta templi & idolorū conuertunt. Bombardas, gladios argen  
tatos in collegijs afferuant: rosaria aurea & argentea & ex corallis facta,  
sicut & torques aureos à collo idolorū suorum in diebus festis, su  
spendunt.

Et hæc est regia illorum, & cum Principum splendore pugnans, cir  
ca uestitum paupertas, qua non Lazarum mendicum, sed diuitem Epu  
lonem; non Irum vel Codrum: sed Crœsum & Crassum, si non superant,  
tamen æquare & referre solent. Et quare non? Cùm religiosa paupertas  
pontificia nō sit in rerū indigentia, sed in summa omnia opum abun  
dantia positâ: vt ita sint pauperes sine defectu. Quomodo etiam Bestiæ suæ  
ac merecrici magnæ, in habitu sordido, placere possent? cùm illa sit cir- Apoc. 17.  
cundata purpura, & coccino, & inaurata auro & lapide precioso & Mar  
garitis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, &  
immundicia fornicationis.

Sequitur in Regula: è terro, sara come cosa propria da poueri. Lectum & Regula 26  
Stratum illorum sit ad formam pauperum compositum. Verum res aliter se habet,  
si quis illorum cubilia ingrediatur. Per Italiam, vt yidi, vtuntur Modera  
zis, molilana & alijs pilis præparatis refertis, quæ molitiem nostrorum  
lecto-

nos sanguire, & illorum bona rapere, corrumpere, & animas veneno pontificio perdere liceat.

## *De secundo Jesuitarum voto, quod est Castitatis perpetua.*

**E**sauitæ multis & magnis encomijs cœlibatum, castitatem & virginitatem apud suos commendant: & coniugali castitati, impurum sacrificiorū concubinatu longè præferunt. Iesuita Hosæus, Romæ Assistentes & Pontificis consiliarius, dixit, pro exhortatione de Virginitate. Minus peccare Sacerdotem adulterando, quam coniugem ducendo. Videtur etiam præ ceteris Monachis & Clericis auersari sexum F emineum Iesuitæ. Licet nonnulli pontificiorum Cardinalium, Episcoporum & Clericorum (sicut & Paulus Rom. i. de Profanis & spurcissimis Gentibus conqueritur) magis mularum, asinorum, caprarum & masculorum consuetudine delectentur. Quæ omnia Esauitæ, vel potius Sodomites in istis hominum monstribus probant, defendunt, commendant: modò sacri coniugij vinculis non subiungantur. Neq; solùm id faciunt Iesuitæ: sed & alij libellos de Sodomia laudibus scriperunt. Tantopere nimirum continentia & castitatis Spiritu aguntur.

Est Iesuitis Regula, Ne permittant, ut femina aliquæ ipsorum vel domus vel collegia ingrediatur. Si autem quædam ingressa sit incuria Ianitoris, mox puluerem ejciant, ne illius tactu coquincentur.

**Rector Iesuiticus Crusius.** Regulam quoq; habent, ut ambulantes per plateas, oculos à femineo sexu auertant. Si que femina ad ianuas illorum pulsat, porta ipsi non aperiatur: sed per cancellos ianitor eam audiat, & paucis absoluat: non in collegium illam intromittat: si autem petit confessarium, ad templum remittatur, & confessarius vultu auerso, & sella ab ipsa diuersa, per cancellos confessionem eius excipiat: neq; solus ad audiendam eius confessionem descendat, sed à longè stet Frater, qui quidem illos non audire; sed tamen videre possit. Ne quid aliud quam confessionem tractet. Tantæ enim sunt puritatis & castitatis, ut in templo etiam publico Iesuitæ non ausit, sibi suæ carni confidere, ut solus mulieris excipiat confessionem.

Pater Zieglerus Stutgardianus inter Iesuitas, quisunt Halæ, minister seu economus, retulit mihi multa de Iesuiticorum confessariis.

rum continentia. Affirmat Romæ fuisse Patrem nomine Beraldum, quem Angelus de cœlo missus, in templo Sancti Pauli extra urbem Romam, cingulo castitatis donârit : mihi quemonstrauit istius cinguli reliquias. De Ignatio Loiola dixit: quod ab ingressu, vel à confirmatione Societatis, nullum prorsus senserit carnis motum. Idem dicit: Ante paucos annos Monachij in aula Principis Bauariæ fuisse Baronissam, formam, & vultu adeo pulcram & elegantem, ut nulla in vniuersitate ipsam æquaret: quæ in amorem patris cuiusdam de Societate sit rapta, cumq; diu meditaretur, qua ratione illo potiri posset, tandem simulasse morbum, patremq; vocasse, ut se confitentem audiret. Qui vt ad illam esset ingressus, mox ipsam ianuas clausisse, ac dixisse: aut meam explebis voluntatem, aut clamabo, quod vi me volueris comprimere, sicq; de tua vita erit actum. Ille Pater, non vt Ioseph, pallium reliquit, sed tantum dixit, sc prius opus naturæ perfecturum, indeque eius voluntati satis facturum: inter eundum autem suis excremētis (detur venia dicto, cum iste licentiam sumpserit facto) faciem suam illiniuit, quæ vt ipsum coquinatum vedit, amorem in odium vertit, illumq; à se repulit. Hoc factum omnibus suis proponunt, quasi verum esset: sed neque patrem nominare, neque nomen Baronissæ indicare possunt. Sed sic illustres etiam familias suis commendatos reddunt.

Bonaventura, Rector Iesuitarum Ingolstadij mihi dixit. Tot ha- Anno 1532  
bemus iuvenes & adolescentes formam, vultu & robore præstantes, tantæ Ingolsta-  
tamen sunt cōtinentiae, vt ne igniculum quidem carnis in ipsis per con- dy.  
fessiones animaduertere possimus. Vocabat etiam suos Angelosterre Aliud te-  
stres, qui Dei gratia, ceu cultro, omnem carnis somitem, præsciderint. Ut stantur ci-  
etiam iurata posse præstare continentiam. In cibis & potu varijs v- ues.  
tuntur herbis & pharmacis, quibus naturæ vim eneruant, & sobolem, vt  
ita dicam, intra viscera propria occidunt, μιανδρατοι, & à Deo ordinatæ  
humanæ propagationis hostes. Si qui fratres in confessionibus conque-  
runtur de carnis infirmitate, flammis atque vltione; eam vt extinguant,  
ordinant illis vigilias, ieunia, cilicia & flagella, quibus carnem suam do-  
ment, castigent, & in seruitutem, vt loquuntur, spiritus redigant, atq; sic  
verbum castitatis capiant omnes, licet tota illorum natura repugnet, &  
sibi simile procreare appetat.

Quia autem non ignorant abstinentiam à matrimonio, & virgini-  
tatem talem scilicet, qualcm ipsi omnibus suis, magna temeritate & ty-  
rannide obtrudunt, à Domino non esse præceptam, neque in Dei verbo

nos sauire, & illorum bona rapere, corrumpere, & animas veneno pontificio perdere liceat.

## *De secundo Jesuitarum voto, quod est Castitatis perpetua.*

**E**sauitæ multis & magnis encomijs cœlibatum, castitatem & virginitatem apud suos commendant: & coniugali castitati, impurum sacrificiorū concubinatu longè præferunt. Iesuita Hossæus, Romæ Assistēs & Pontificis consiliarius, dixit, pro exhortatione de Virginitate: Minùs peccare Sacerdotem adulterando, quam coniugem ducendo. Videlicet etiam præceteris Monachis & Clericis auersari sexum Feminum Iesuitæ. Licet nonnulli pontificiorum Cardinalium, Episcoporum & Clericorum (sicut & Paulus Rom. i. de Profanis & spurcissimis Gentibus conqueritur) magis mularum, asinorum, caprarum & masculorum consuetudine delectentur. Quæ omnia Esauitæ, vel potius Sodomite in istis hominum monstribus probant, defendunt, commendant: modò sacri coniugij vinculis non subiiciantur. Neque solùm id faciunt Iesuitæ: sed & alij libellos de Sodomia laudibus scriperunt. Tantopere nimirum continentia & castitatis Spiritu aguntur.

Est Iesuitis Regula, Ne permittant, ut femina aliqua ipsorum vel domus vel collegia ingrediatur. Si autem quedam ingressa sit incuria Ianitoris, mox puluerem ejiciant, ne illius tactu coinquinentur.

**Rector Iesuiticus Crucius.** Regulam quoq; habent, ut ambulantes per plateas, oculos à femineo sexu auertant. Si quæ femina ad ianuas illorum pulsat, porta ipsi non aperiatur: sed per cancellos ianitor eam audiat, & paucis absoluat: non in collegium illam intromitterat: si autem petit cōfessarium, ad templum remittatur, & confessarius vultu auerso, & sella ab ipsa diuersa, per cancellos confessionem eius excipiat: neq; solus ad audiendam eius confessionem descendat, sed à longè stet Frater, qui quidem illos non audire, sed tamen videre possit. Ne quid aliud quam confessionem tractet. Tantæ enim sunt puritatis & castitatis, ut in templo etiam publico Iesuita non ausit, sibi suæ carni confidere, ut solus mulieris excipiat confessionem.

Pater Zieglerus Stutgardianus inter Iesuitas, quisunt Halæ, minister seu æconomus, retulit mihi multa de Iesuiticorum confessariorum

rum continentia. Affirmat Romæ fuisse Patrem nomine Beral-  
dum, quem Angelus de coelo missus, in templo Sancti Pauli extra vr-  
bem Romanam, cingulo castitatis donârit : mihi quemonstrauit istius  
cinguli reliquias. De Ignatio Loiola dixit : quod ab ingressu, vel à con-  
firmatione Societatis, nullum profsus senserit carnis motum. Idem di-  
xit : Ante paucos annos Monachij in aula Principis Bauariæ fuisse Ba-  
ronissam, forma, & vultu adeo pulcrum & elegantem, vt nulla in vniuer-  
sa aula ipsam æquaret : quæ in amorem patris cuiusdam de Societate fit  
rapta, cumq; diu meditaretur, qua ratione illo potiri posset, tandem si-  
mulasse morbum, patremq; vocasse, vt se confidentem audiret. Qui vt  
ad illam esset ingressus, mox ipsam ianuas clausisse, ac dixisse : aut meam  
explebis voluntatem, aut clamabo, quod vi me volueris comprimere,  
sicq; de tua vita erit actum. Ille Pater, non vt Joseph, pallium reliquit, sed  
tantum dixit, se prius opus naturæ perfecturum, indeque eius voluntati  
satis facturum : inter eundum autem suis excremétis (detur venia dicto,  
cùm iste licentiam sumpserit facto) faciem suam illiniuit, quæ vt ipsum  
coquinatum vidit, amorem in odium vertit, illumq; à se repulit. Hoc  
factum omnibus suis proponunt, quasi verum esset : sed neque patrem  
nominare, neque nomen Baronissæ indicare possunt. Sed sic illustres et-  
iam familias suis commendatos reddunt.

Bonaentura, Rector Iesuitarum Ingolstadij mihi dixit. Tothā Anno 1582  
bemus iuvenes & adolescentes forma, vultu & robore præstantes, tantæ Ingolsta-  
tamen sunt cōtinentia, vt ne igniculum quidem carnis in ipsis per con-  
fessiones animaduertere possimus. Vocabat etiam suos Angelos terre- Aliud te-  
stres, qui Dei gratia, ceu cultro, omnem carnis somitem, præsciderint. Vt stantur ci-  
etiam iuratam possint præstare continentiam. In cibis & potu varijs v- ues.  
runtur herbis & pharmacis, quibus naturæ vim eneruant, & sobolem, vt  
ita dicam, intra viscera propria occidunt, μισάνθρωποι, & à Deo ordinatae  
humanæ propagationis hostes. Si qui fratres in confessionibus conque-  
runtur de carnis infirmitate, flammis atque vſtione ; eam vt extinguant,  
ordinant illis vigilias, ieunia, cilicia & flagella, quibus carnem suam do-  
ment, caſtigent, & in seruitutem, vt loquuntur, spiritus redigant, atq; sic  
verbum castitatis capiant omnes, licet tota illorum natura repugnet, &  
ſibi simile procreare appetat.

Quia autem non ignorant abstinentiam à matrimonio, & virginini-  
tatem, talem scilicet, qualem ipſi omnibus suis, magna temeritate & ty-  
rannide obtrudunt, à Domino non esse preceptam, neque in Dei verbo

fundatam: ideo dicunt, castitatem & cælibatum suum, esse Domini consilium. Verum veritate id dicunt pontificia, quæ est grande mendacium in Germania. Christus enim adeo id non consuluit: ut potius deterret. Dum enim Eunuchis dixit: Qui potest capere, capiat. Et iterum: Non omnes capiunt verbum hoc. Quis adeo insanit, ut non intelligat, verba hæc potius esse auocantis & deterrentis, quam inuitantis aut consulentis? Et licet D. Paulus dicat: consilium do: tamen mox addit: hoc dico propter instantem necessitatem. Ideo usque adeo neminem inuitat, multò minus cogit, ut magis deterreat & auocet, dum disertè dicit: Sed unusquisque proprium donum habet à Deo. Item: Hoc non dico, ut laqueum vobis inijcam. Ideoque neque ita suadet, neque ita dissuadet, ut quis non contra facere ausit: sed in medio relinquit.

At Iesuitæ immundi isti cœlibes aliud non intelligunt per consulere, quam ante votum quidem blandis sermonibus inuitare, exhortari, persuadere, & tantum non cogere ad votum cælibatus: post votum vero cogere etiam inuitum & non valentem castitatis votum, incaute suscepimus, reddere vel præstare. Deinde consulere ipsis etiam est, dehortari, auocare, abstergere à coniugio, ceu à re carnali & impura, minimeque, ut vt loquuntur, spirituales decente. Quibus idem, quod Diuinus vir Mar-

*De votis* tinus Lutherus Monachis, respondemus. Si cælibatus consilium est Euangelonasti-  
licum, quæ est ergo vestra (O Iesuitæ) voulendi insania, ut ultra Euangeliū ē consi-  
cis, loco de lio faciat rigidissimum preceptum? Iam enim non iuxta, sed ultra Euangeliū per  
virginita-  
te.

Si Euangeliō obeditis, cælibatum liberum habere debetis: Si liberum non habetis, Eu-  
angeliō non obeditis. Quia impossibile est, ut consilium Euangeliū sit preceptum: Et  
aque impossibile est, ut vestrum votum sit consilium. Pugnat ergo ex diametro votua  
castitas cum Euangeliō. Quare quem Deus auctor Euangeliū, non acceptet, nisi quod Eu-  
angeliū est, impossibile est, ut votum continentia probet, ac non potius detestetur.

Habetisne vos Iesuitæ quod hic respondeatis? aut negate Euangeliū consilium,  
consilium non preceptum esse: aut votum vestrum non Euangelicum esse concedite.  
Neque enim audebitis afferere, Deum passurum ut quisquam consilio ipsius preceptum  
faciat: aut aliud exigit, quam quod Euangeliū ipsis probet. Quare necesse est, ut  
ipsius consilio votum vestrum ex consilio in preceptum, ex liberare in coactum  
mutatum, Deo non probari.

Sed pergunt cæci cæcorum duces, spiritu Sodomitico vesani & in-  
sani Iesuitæ, ac hominibus seu potius asinis suis intolerabilia onera im-  
ponunt, quæ ne ipsis quidem portare possunt. Neq; enim humanam sed  
angeli-

angelicam à suis puritatem requirunt. Sic enim Ignatius Loiola decernit. Cio che al voto della castità s' appartenne, non habis ogno d' expositione, essendo Regula 29 manifesto, con quanta perfezione si habbia da osservare: cose s' forsan doci d' imitare la purità angelica, con la nettezza del corpo, è della mente nostra. Hoc est, Ad votum castitatis quod attinet, non opus est longa expositione. Manifestum enim est, quanta cum perfectione eam osservare deceat, nemirum ut conemur imitari angelicam puritatem, cum munditia corporis & anima. Non sufficit Ignatio Loiolæ in suis eam esse puritatem, quæ in huius vita imbecillitate in hominem cadere potest: sed exigit Angelicam. Ut liquidò demonstret, se hac sua ὑπερβολή maioraviribus requirere & impossibilia suis imponere.

Si quis autem & animæ & corporis Iesuitarum, non dico puritatem, sed summam impuritatem consideret: fatebitur equidem, Iesuitas imitari angelorum, sed atrorum & damnatorum impuritatem. Quod hinc liquet, quia omnis generis libidines, immo etiam Sodomiam, muta peccata, & nefandas atque Onaniticas tum suorum tum aliorum clericorum pollutiones (de quibus Thomas de Aquino disputat, & illorum confessarij multum sermocinantur) defendant, & casto coniugio præferunt. Quin & experientia testatur: quanta puritate (scilicet) & perfezione, castitatis votum osseruent: dum neq; castè neque caute, id quod nouerunt, præstant. Nota est enim Patris Christophori, (qui rectius dicetur Satanæphorus) impuritas: qui Monachij primas in confessio- Teſte Ie- castitatem  
nibus muliercularum excipiendo tenet. Nota est illorum, quibus ciues ſuita Leo- j. ſ. ſ. ſ. ſ. ſ. ſ.  
Dullingani pallia surripuerunt. Nota est Landspergensium cœlibatus, nardo, in quo coquas, habitu Iesuitico indutas, extra ieiuniorum tempora, habent. Nota est virginitas Iesuitarum Augustinorum: inter quos Iesuitica infantem lactare visa est. Nota Leonardi Cocci Iesuitici Landspergensis continentia, quam Comitis Syveickardi coniunx, ob scandalum, manifestare coacta, multas mulieres, netrices & lotrices infamia notari curauit. Nota historia, de qua Christiana Echo ita canit:

Hos fratres agirne questus? A Eſtus.

Non carent furioso amore? more.

Spira perplacuisse vultus? vltus.

An Fulda haec pia corda torret? Horret.

Sartricem vnam ne ibi sarſit? Arſit.

VIRGIS CÆSA ne Iesuitis? Ictis.

Cui prodest Satana ille follis? ollis.

Quid? Quid in Bauaria palam ferunt, Iesuitas dolium in Colle-

gium subuexisse, è cuius fundo effracto, meretrix in publicas plateas prolapsa sit. Hæc cùm Ingolstadij & Gregorio de Valentia & Bonauenturæ exprobrarem, responderunt: Illi sunt rumores vani de nostris, quos nobis Societatis hostes & haeretici affingunt. Si Veneri operam dare vellemus, haberemus vtique occasiones multas: sed scimus nostros esse puros & perfectos, aut si qui ex nostris lapsi, non statim omnes quoq; tales esse oportet: Quia gratia adiuti se continere possunt. Homines sumus, non angeli, dicebat alter, quasi diceret: Si votum hoc non seruamus castè, facimus tamen illud cautè, neque ita publicè, vt reliqui Clerici, quos cōcupinas habere oportet, propter res domesticas, quibus ipsi præesse nō posseunt. Hi dicunt angeli nō sumus: at Ignatius Loiola, primus illorum inventor, angelicam puritatem ab ipsis exigit: Quām belle igitur hæc inter se conueniunt?

Nihil hic attinet dicere, de illorum nocturnis pollutionibus: nihil de Onanistica spermatis proiectione: nihil de prauis concupiscentijs: nihil de libidinolis quæstionibus, quas mulierculis, præsertim iunioribus tempore ieuniorum proponunt: nihil de spirituali animæ adulterio, quo se in vlnas meretricis illius impuræ, de qua Ezechiel & Iohannes loquuntur, effundunt. Hæc enim & notiora sunt, quām vt necesse sit copiosius de ipsis rebus agere, & turpiora quām vt par sit, castas lectorum mentes ijs offendere. Deus illorum Sodomiam pœnis ipsis sceleribus condignis puniat, euertat & tollat.

**Ezech. 16.**  
**Apoc. 17.**  
**Regula 30.**

Volunt autem suorum castitatem præcipue esse positam in oculorum, aurium, linguæ & tactus custodia, nec non in habitu, incessu ac moribus. Putant enim cum Pharisæis, se legi diuinæ satis facere, quando aliquam externam adhibeant Castitatis obseruantiam, & loco motiuam vtcunq; regant: qualis est, oculos à muliere auertere: viam per quam transit fugere: puluerem, quem eundo tetigit, ex calcis excutere: per cancelllos illis loqui; cōiugium odiisse: colloquia illarum cauere: nullam tangere: nullam salutare: quali cæcus & mutus esset, eas præterire: alloquentes repudiare: omnes feminas, ceu creaturas à Deo reprobatas verbis contemnere & aspernari. Licet interim cæco carpatur igni, vranturq; & æstucent corde. Quos æstus peccatum esse negant, si non consensus accedat, vel in actum producatur.

Si qui in hoc votum oculis, & lingua, & auribus peccant; publicas corā fratribus coguntur facere pœnitentias, quales sunt. Hodie cū essem sub Missa, per cancelllos oculos in fœminas direxi, & flamas impuras sensi:

*Dr. Casperius  
Iesuitarum  
Antwerp.*

Iensi: mihi ergo hæc data est poenitentia, vt toto iam prandij tempore oculis clausis sedeam, & sub mensa cibum capiam. Alius: Quod hodie impuros sermones audiui, & venerem amatoriam cantilenam cecini, mea poenitentia est: vt dicam psalmos poenitentia septem, me flagellum, & cantilenas istas repeatam. Tunc eas coram fratribus cœulantibus alta voce cantare incipit: vt scipsum confundat, cœterisq; risum præbeat. Leonhardo Coco Landspergensi adultero poenitentia imposita fuit, vt ex Bauaria in Austriam proficisceretur, & in toto itinere nullam prorsus alloqueretur fœminam.

Si Rector in confessione quosdam deprehendit ad venerem pronos, ijs vel pharmaca præbet, vel vigilias & ieiunia imponit: quibus dæmonia ista, vt loquuntur ejciant. Erat meo tēpore decrepitus Iesuita Romæ nomine pater Julius, qui cōquestus apud Rectorem, quod singulis noctibus coram lecto ipsi appareat virgo, suauissimè cithara ludens, eumq; ad venerem allectans, & ad ducendas choreas prouocans. Huius Rector suadet, vt si denuò virgo illa reuerteretur, de lecto surgeret, disciplinam, hoc est, flagellum arriperet, seq; tam diu flagellaret, donec illa cithara canere desineret. Pater obedientiam præstat Rectori, cumq; sequenti nocte ad citharam se flagellaret, sanguisq; de tergo emanaret. Virgo illa canere desijt, dixitq;: ô pater Sancte, ego famula sum beatæ Mariæ, missa, vt tuam castitatem probarem; pugnasti acriter, vicisti fortiter, en tibi virginitatis corona, quam tibi beata Deigenetrix mittit. Perge & persevera, ac recipies vitæ æternæ coronam immarcessibilem, in choro castorum virginum, quibus te tuis meritis dignum fecisti. Sicq; disparuit. Hęc ab ipso patre Julio audiui: monstrauit mihi etiam coronam, quæ erat ex flores horvarijs flosculis conserta: quam deinde illi in suarum reliquiarum thetulus Iesu saurum retulerunt. Patrem autem illum, qui progenie Turca erat, & tarū profortassis à Mahumete suo huiusmodi apparitiones didicerat, quasi protulerat. Diuo coluerunt, non solùm sanctum, sed etiam castum & angelicum vocantes. Si qui alij postea fratres maiores earnis stimulos sentiebant, ijsil-lam coronam magna cum reverētia imponebant. Qui & ipsi fingebant, se iam nihil amplius sentire, quo in voto castitatis seruando impedi-rentur.

Sæpius etiam, & à multis audiui, nonnullos in Sociitate esse, qui seipso castrauerint, cùm sentirent, se alia ratione votum, præter & contra naturam ex ignorantia & aliorum persuasu suscepimus, adimplere non posse: neq; licet illis votum, quantumvis impossibile, rescindere-

1. Tim. 5.

*Institut.**Iesuitarū  
Neophyti  
Landspēr-  
ge.*

nisi velint Societate ejici, anathematizari & damnari. Huc enim detorquent D. Pauli dictum, eum qui primam fidem reiecerit, id est, secundum Iesuitas, vota nō reddiderit, damnationem aeternam incurgere, neque saluari posse: nisi Pontifex cum eo dispensem, illumq; absoluat. Si apud Rectorem conqueruntur de naturæ cœspitum ac vi, respondere sollet: Quoties sentis inordinatum carnis motum, toties te ipsum flagella, sic enim veterem Adamum, &, ut verbis illorum utar, asinum tuum clucrare & domare poteris.

In huius voti explicatione, tum in sanctum, à Deo ipso institutum, coningium, tum in sexum fœmineum, quasi mulieres ex bestijs essent prognatae, & à Deo damnatae, contumeliosæ & blasphemæ inuchi solent. Nonnullos noui, qui nihil voluerunt edere, quod à muliere coctum sciebant. Alios dicentes audiui; quoties de femina cogito, toties stomachus meus & bilis commouentur & conturbantur. Alius dicebat: tædet pudetq; me, quod à muliere sum in hanc lucem editus: dignus certè, cui Vacca fuisset genetrix. Alij nihil prorsus boni in tota mulieris substantia esse dicunt. Siq; ex illis quidem, cæteros in harum calumniarum palestra vincere conantur: illi ad mentionem mulieris expuunt & in tabula maledicos & in sexum fœmineum contumeliosos Mantuani versus (quos tamen is non nisi de malis cecinit) descriptos, ob oculos ponunt, ut sic in scipiosis maius in mulieres odium excitent.

Pias ergo matronas, & honestas virgines seculares ore contemnunt blasphemō: Moniales autem, quæ secundum illorum desiderium viuunt, pleno ore & totis buccis commendant. Certè etiam publica scorta apud ipsos in maiori honore habentur, quam castæ uxores & puræ virgines. Ignatius etiam Loiola, prostitutæ pudicitia feminis Romæ Xenodochium extrui curauit, in quibus aluntur istæ, quæ vel per ætatem vel propter Gallicum morbum, nec Veneris castra amplius sequi, neq; Pontifici Romano censum offerre possunt.

Bononia in Italia, in conferentia, hoc est, in lectionis repetitione, quærebatur nouitius ex Rectore: Reuerende pater Rector, est nobis seriō iniunctum, ut omnia mulierum atq; virginum colloquia diuidemus, & nec Ave ipsis dicamus, quæ res mihi videtur impia & impossibilis. Nam naturali quodam impetu & amore mulieres amplector: neq; earum, et iāsi volo, obliuisci possum. Cupio ergo cognoscere, quomodo omnem amorem erga illas excutere possum. Rector respondit. Non est iste amor naturalis: sed est beluinus & saurus impetus, qui à deuoto & religioso homi-

Gen. 3.

Matth. 19.

Heb. 13.

homine erga mulieres suscipitur. Nostræ vocationis est, mulieres omnes  
deutare ceu pestem, præterquam Beatam Mariam virginem, & Sanctam  
Romanam Ecclesiam, quæ est omnium nostrorum mater. Has duas & *At maxima Roma-*  
non alias diligamus. Deinde bestialis ille amor, conuertendus est, in spi-  
ritualem, hoc est, vt nihil amare velis, quæcum quod Societatis Spiritus tibi ne Eccle-  
amandum proponit. Si vis amare, vt ameris, dilige Societatis patres & *sie pars ex*  
Sanctam Ecclesiam Romanam. Si tibi Secularium mulierum amor ob- *Potificio-*  
repit: cogita Satanam seu serpentem tecum loqui, vt cum Eua; non vt rum *spu-*  
salueris, sed vt damneris. Tandem, si mulier tibi occurrit, oculos auer- *rijs & scor-*  
te: si te alloquitur, dic: Vade post me Satana. Mulier quid mihi te- *tis cōsistit.*  
cum est.

Gen. 3.

Hanc reuerentiam & istum honorem Iesuitæ mulieribus, quas  
Deus adiutorium vocat, & quæ cohæredes sunt vitæ & salutis æternæ, *1. Pet. 3.*  
habendum docent: digni, quia sexu femineo, ex quo nati sunt, quo et- *Gal. 3.*  
iam carere non possunt, non modo sibilis, sed etiam crepidis & fustibus *Gen. 3.*  
tanquam ingratii cuculi, & communis vitæ hostes excipientur, explodan-  
tur & ejciantur.

Verum si quis Iesuitis larvam detrahatur, videbit eos in cor-  
de longè aliud sentire, quæcum quod verbis loquuntur: quemadmodum  
superius allata exempla, id satis declarant. Certè, si Christus Iesus visibili- *Ioan. 4.*  
liter appareret, Iesuitas consimili modo, quo Samaritanam est allocutus,  
perstringeret, eosq; impunitatis conuinceret. In hanc fortè formam: Ie-  
suitæ, vocate vxores vestras, & venite huc. Responderent illi vtq; , & di-  
cerent: non habemus uxores: Iesus autem responderet: Benè dixisti,  
non habemus uxores: quia istæ, quas habetis, non sunt vestre. Quid hic  
responsuri essent Iesuitæ aliud? quæcum, Domine videmus, quia Propheta  
est tu. Patres nostri idem fecerunt. Sed rogamus te cum Gargefenis, vt de  
finibus nostris ex eas, ne fortassis cum illorum porcorum grege ab bar-  
athrum gehennæ præcipites feramur.

Ne autem quis existimet, me Iesuitis vel aliquam saltem facere in-  
iuriā, cùm absq; dubio, votum castitatis, quo se obstrinxerunt, fidelius  
sint obseruatū: ex plurimis duos tantum hac vice producā in medium,  
qui verbis quidem castitatis votum voverunt, factis autem illud negâ-  
runt. Primus est Melchior Stor, Romæ Theologiae Doctor creatus. Is *Anno 1582*  
vt saluus & in columis in Germaniam redire posset, vovit, se Sotietatem *1583. in-*  
ingressurum. A quo proposito multis amatorijs literis eum Abbatissæ gressi sunt  
quædam, ipsi nō ignota, dehortabatur, rogabatq; eum, vt præsulem Mo- *Societate.*

nasterij potius ageret. Se enim sine illo viuere non posse. Quid hæc sibi velint, diuinate vos, ô fatidici Patres Iesuitæ. Alter est Fridericus Sommerman Doctor, qui eadem, qua alter fortuna Iesuita factus, sic votum castitatis seruauit, vt in Monasterio quodam monialium, non procul à Lucerna sito, cùm sororem quandā, quæ se à Dæmonio agitari conque-rebatur, liberaret, dæmoniumq; ejiceret, effecerit, vt nescio qua virtute vmbra illius Patris, in locum Satanæ infans intrârit. Id quod mihi ipsi Landspergenses Iesuitæ retulerunt.

O ~~Davud~~ angelus Iesuitas. O angelicam castitatem & puritatem æmu-lantes homines. De qua Sanctimonia cùm alij, tūm maximè Bauari multa testari possunt. Vnde & Iesuitarū Confessarios, per ~~magisteria~~ quan-dam Germanicam, Bâuchwâtter/nicht Weichwâtter/ non confessionis, sed ventris Patres appellant. Illi etiam, qui in istis locis aliquem veritatis Eu-angelicæ & Augustana Confessionis gustum perceperunt: nec Iesuitarum Missas audiunt, nec illorum conciones visitant: cauent etiam, alio-rum nimirum damnis & experientia periclitatæ pudicitæ edocti, ne con-iuges suæ aut filiæ Iesuitis confiteantur. Nouerunt enim hos non pieta-tum & castitatem plantare: sed & spiritualem & corporalem scortatio-nem (semper enim sunt coniunctæ) venari. In his quæ hîc refero, nihil ex vano rumore collectum depromo, nihil ex odio ipsis affingo: sed ea commemo-ro, quæ & ipse meis oculis vidi, & in illorum literis legi, & ex ipsis orationibus Iesuitarum ore audiui, & ex relatione fide dignissimorum ho-minum percepí. Quamobré si quæ videntur nimis dura, vel parùm modesta, ea non mihi, sed ipsis Iesuitis imputanda erunt, quorum res & verba refero. Sicuti ne ipsis quidem hæc & alia verè negare poterunt, qua in re ipsis conscientias appello.

Quæ cùm ita sint, Iesuitarum cælibatum seu castitatis votum, im-pium, immundum, iniustum, dishonestum, difficile, imò impossibile, & vno vt dicam verbo, Antichristianum esse pronuncio. Neq; enim Chri-stus, neq; Paulus huiusmodi coactionis votum præceperunt: sed recti-Hist. Tri-simè Apostolus doctrinam prohibétium nubere, dæmoniorum doctri-part. l. i. c. nam esse pronunciauit. Damnetur igitur Regula Iesuitarum de castita-ti. Gratia tis visto. Pugnat enim cum lege & ordinatione diuina, qua in gratiam nus in de-eorum, qui donum continentiaz & virginitatis non habent, coniugium creto, dist. (quod est Castitas etiam in Episcopis I. Tim. 3. Sicut Paphnutius in Con-23. 28. 31. cilio Niceno pronunciauit: castitatem esse, cum propria vxore consue-tudinem hab. re) est institutum: non solùm ceu remedium contra flam-mas

mas libidinum: sed etiam ut adminiculum ad generis humani multiplicationem, etiam in integra natura ante lapsum.

Contra hoc expressum Dei mandatum, & diuinam institutionem nihil valeant, nec ullius ponderis sint, quæcunque Iesuitæ siue ex sancti coniugij hostibus, siue etiam ex Hieronymo, proferut. Taceat enim humana ratio, ubi expressum Dei mandatum habemus. Si nullum aliud votum Iesuitæ haberent, vel hoc unico satis declararent, se Antichristi seruos esse: qui non secundum Pauli doctrinā constituunt presbyteros perciuitates: sed impuros cōcubinarios, nec unius saltē, sed plurium concubinarum amatores: nec Episcopos viros unius uxoris, sed multarum Tit. 1. feminarum, quæ omnem pudicitiam, amiserunt. Ut nihil de illorū pecatatis mutis, Sodomia & reliquis spurcitijs dicam. Pugnant quoq; Iesuitæ hoc suo voto cum ipsa natura: dum id quod naturā immutabile, expetibile & (ut ita loquar) naturalissimum est: in rem naturæ repugnante, odibilem & mutabilem transformare & transubstantiare conantur, φυσικα καιδερματι.

Vt ergo Ignatij Loiolæ regula, de voto castitatis, nequaquam diuina est: ita nec Ecclesiastica esse potest. Quia vera Christi Ecclesia, Christi vocem audit: nec potestatem habet, aut sibi sumit regulas vel constitutiones, contra expressam Dei ordinationem, voluntatem & mandatum, sanciendi. Id cùm Iesuitæ, femineum sexum prætextu religionis abijciendo & laqueos conscientijs inijciendo, faciant; nequaquam in Ecclesia Dei ferendi sunt: sed vt Canones, qui ad Apostolos auctores referuntur, mandant, segregandi, deponendi & arcendi: Eò quodd contra o- Dionysius mnia iura, diuina & humana, grauia onera suorum denotiorum cerui- in Epistola cibus super imponant: & fratribus necessitatem COMPVLSE CASTI ad Gno- TATIS indicant, in quo nonnullorum periclitatur infirmitas. In qui-sios, ad E- bus nefandis propositis, se nō Iesu sectatores: sed Nicolaitas, Manichæos p̄scopum (nuptias suis electis, & sic perfectioribus & sanctioribus prohibentes: in Pinytum. terim auditoribus, hoc est, laicis tantum permittentes) Tatianos, Encratitas, Montanistas, uno verbo, monstra Diabolica & Antichristiana se es- se demonstrant. Hi sunt illorum Prophetæ & Maiores, à quibus hæc vo- uendi rationem didicerunt. Quorum Successores effecti sunt. Pontifices Romani, Syriacus, Gregorius VII. & alij, qui impium illud votum con- firmasse scribuntur. Imò prædictis hæreticis sunt deteriores: cùm dicere non vereantur: Sacerdotem scortantem & adulterantem, minus pecca- re, quam si propriam ducat uxorem. Ideò ad vitandum coniugium, per- mittunt

mittunt sibi & suis sacrificulis pro arbitrio, souere, repellere & recipere  
scorta, quot placuerint. Et tamen interim Ignatio Loiola sunt illi, ange-  
lica puritate prædicti, casti, mundi, sancti, puri, qui portant vasa Domini.  
Vel quasi: egregij portatores, qui ab impuris scortis & meretricibus por-  
tantur, suaq; membra, meretricum membra faciunt.

i. Cor. 6.

Ego sancte & vere testari possum, me in Italia & Germania inter-  
centum non quinque reperisse sacrificulos, qui se se ab impuro meretra-  
cum tactu continuerint. Taceo in Italia plerosque sacrificulos, addo et-  
iam nonnullos Episcopos, ex meretricibus esse natos: & Ecclesiæ ponti-  
ficiæ non præsidere Episcopos unius uxoris viros: sed scortatores, adul-  
teros, Sodomitas, masculorum concubitores, & ipsius Romanæ bestiæ  
amatores & negotiatores. Ex quibus omnibus, non solum impietas vo-  
ti Iesuitici, de compulsa castitatis coactione appetat: sed & luce meridia-  
na manifestius est, Iesuitas furijs infernalibus agitari: quod honesto, ca-  
sto & sancto coniungio suis Sacerdotibus & Fratribus interdicat: nec vil-  
lis precibus, nec ipsa naturæ vi, nec scandalorum multitudine moueantur,  
vt soluto laqueo hoc conscientiarum, & sublata turpitudine suorum  
spiritualium, qui exemplaria gregis esse debebant, (vt & nomen illorum  
& professio exigunt) ipsis legitimū cōiugium iniire permittant. Si quis  
verò interim castè, legitimè & absque offendiculo cum propria coniuge  
viuere cupiat: eum non ab officio tantum, sed etiam ab arbore suspen-  
dant. Quam tyrannidem & crudelitatem inauditam, filium Dei in illu-  
stri suo aduentu, perpetuis ignis infernalis cruciatibus ad iudicaturum  
& puniturum, certò experientur.

*De tertio Iesuitarum voto, quod est obedientia: in  
qua, secundum propositum Iesuitarum, ser-  
uata, summam spiritualis hominis  
professionem ponunt.*

**T**ertium Iesitarum votum, est obedientia, quam quidem cum reli-  
quis Monachi & Antichristi Romani seruis, communem habent,  
veruntamē Ignatius Loiola primus Iesitarum inceptor, hoc voto suos  
vult omnes superare Clericos: sicuti in Epistola ad Patres Portugalia &  
Lusita-

Lusitaniae scribit: E benche in tutte le virtu, è gratia spirituali ut desideri ogni perfezione, non dimeno ( come dame haurete inteso altre volte ) nell' vbedienza più particular mente, &c. Hoc est: Etiam si summa cura & diligentia omniq[ue] desiderio, pro gratia illis concessa, omni perfectioni inaugilent: maximè tamen omnium perfectioni, que est obedientia, operam dent indefessam. Et addit: Nell' altre religioni potremo supportare, che ci auano in digiani, vigilie, & altre aspreZZe, le quali secondo il suo instituto, ciascuna santamente obserua: ma nella purità, e perfezione dell' vbedienza con la resignatione, vera delle vostre voluntà, & annegatione de vostri giudicij, molto desidero, Fratelli carissimi, &c. Hoc est: A reliquis religionibus, facile supportamus, vt vincamur ieunij, vigilij & alijs asperitatibus, quibus secundum suum institutum sancte vtuntur: sed in puritate & perfezione obedientia, cum resignatione nevera vestræ voluntatis, & abnegatione vestri iudicij, vos cunctis alijs preare velim.

Neque vult vt personam intucantur cui obedienti: sed simpliciter in illa Christum Dominum respiciant, & hunc se audire, huicq[ue]; se obedire, sibi persuadeant. Huctrahunt & sibi suisq[ue]; applicant illud, quod Christus de Apostolis dixit: Qui vos audit, me audit: Qui vos spernit, *Luc. 10.* me spernit. Et illud: Omnia quæcumque dixerint vobis, facite. *Matt. 23.*

Obedientia ergo, quem Ignatius Loiola à suis requirit, consistit non solum in extrema manducatorum executione; sed etiam in propriâ voluntatis, iudicij & intellec[tu]s abnegatione & omnimoda resignatione, cum omni deuotione & reuerentia: non aliter, ac si ipsi diuinæ maiestati obediret, ac ipsi Christo. De se quoque interpretantur Pauli dictum: *Eph. 6.* Obedite Dominis carnalibus, cù timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes; sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes: sicut Domino non hominibus.

Primò ergo vult, vt sui omnes mandata Rectoris hilariter, promptè, velociter, libenter & integrè exequantur. Deinde, Superioris voluntatem suam faciant, hoc est, idem velint, idem nolint, corde & affectu, quod superior; quasi non sibi sed soli Rectori & Superiori viuerent, ac suam voluntatem quasi victimam Rectori offerant, & quasi mactent. Siccut Gregorius dixerit: *Per victimas aliena caro, per obedientiam voluntas propria Lib. 35. Mo mactatur.* Opera etiam quæ ex obedientia faciunt, perfectionis & meriti ral. *cap. 10.* æterni, nullum etiam opus absq[ue]; obedientia, Deo gratum esse, dicunt: cō In sermone quod, vt Bernhardus dicat, *Nec studium bona actionis, nec ocium sanctæ contemne ad mitigationis, nec lacrume penitentis extra Bethaniam, id est, extra domum obedientia lit. templi accepta esse posint.*

c. 3.

Exemplis etiam declarant, qualem in suis obedientiam esse velint,  
 Nempe: si Superior præcipiat, palum siccum integrum rigare annum (vt  
 Lib. 4. c. de quodam Monacho refert Cassianus) nō querat, utrum id sit utile vel  
 24. & 26. inutile futurum, facile vel impossibile; sed obtemperet. Et de alio, qui ad  
 iussum Superioris, ingentis magnitudinis petram, quam ne centum qui-  
 dem homines loco mouere potuissent, solus tollere conatus fuerit. Item  
 adducunt exemplum Mauri, discipuli Benedicti, qui ad iussum Superio-  
 ris aquam profundissimam ingressus, pedem non humectarit, sed siccus  
 transfluerit. Et alterius, qui iubenti Superiori seuam leznam, quasi man-  
 suetum agnum adduxerit.  
 Greg. 2.  
 Dial. c. 2.  
 In vitis Pa-

trum. 2.  
 Part. lib.  
 de Obed.

Ignatius Loiola etiam alijs rationibus horum obedientiam depin-  
 xit: in mirum, cæci, statu, cadaveris, cræbaculi, & mortui. Quia enim  
 Ignatius Loiola, Iesuitarum perfector, Relatione, non Qualitate, nobil-  
 iserat natus: prout ipse ingenio erat seruili, ita etiam omnes suos, more  
 Romano schiauos, seruos & deuotoria mancipia esse volebat. Neq; e-  
 nem vespertino accipitrem gignit. Si ergo in suis Patribus & Fratribus,  
 nobili genere natis, libertatis Spiritum ac heroicos motus sentit: eos lo-  
 ris impiæ sunt obedientiae, ad mortificationem, hoc est, ad res seruiles,  
 instar captiuorum seruorum trahit: & ad officium humilitatis, quod Ie-  
 suitæ interpretantur, locorum secretorum (vtor illorum verbis) purga-  
 tionem & exportationem rapit: vt sic omnem heroicum ipsis eximat  
 motum, ac quasi mortuos reddat. Vult itaq; vt si ad aliqua officia & ser-  
 uitia naturæ suæ repugnantia, & sensibus contraria, ducantur, ceu cæci  
 sequantur. Aut si Rector vni dicat, se illum ad mactationem ducturum  
 & immolaturum: ceu agnus sine murmure sequatur, ac vt Isaac non so-  
 lùm ligna, sed etiam si opus sit, ferrum offerat: sicuti Bobadilla, qui vnu  
 ex primis Ignatij Loiolæ, in procreanda infelici hac Iesuitarum sobole,  
 adiutoribus fuit, Romæ ad me in monte di caballo dixit, Anno 1583:  
 1. Augusti. Quocunq; iussu & mandato à Superiori mittitur, voluntate,  
 iudicio & intellectu nutum Rectoris, ceu cæcus manu ac tactum ducen-  
 tis, sequatur. Si duris afficitur pœnitentijs: à patribus reprehenditur; à  
 fratribus contemnitur, & pedibus etiam petitur; imò si omnes in eum  
 expuant, suamq; libidinem, vt Iesuita ait Bonaventura, adimplere in eo  
 contentur, instar cadaveris, se habeat, ac si planè esset mortuus. Si supe-  
 rior ipsi auferat omnia quæ habet, cumq; omnibus bonis suis spoliat, ve-  
 stes ipsi adimit pretiosas, ac loco earum centones reddit, se vt statua ge-  
 rat, quæ patitur se in quemuis transferri locum, & quo quis habitu in-  
 dui. Si

dui. Si contemnitur: si reprehenditur: si in locum, qui ipsi non placet mittitur: si quem non vult audit: si cibi insipidi & ingratia ponuntur: atque instar stulti huc illucque trahitur: sit ut statua, neque ullum de se det impatiens & in dignationis signum. Qua sane in re ipsorum idola, miserias istas statuas longe antecellunt, cum coram illis procidant, ea honorent, adoren & in pari honore, cum viuo Dei filio habeant: hos autem suos fratres premant, calcant, excrucient, excarnifcent. Si ad pistrinum, ad seruilia & libero homine indigna seruitia detruditur, quemque scit naturae suae vel repugnantia, vel sanitati etiam incommoda: sit ut cera mollis, cui quemvis imago imprimi potest. Si ad terras & homines sibi ignotos per saxa, per ignes, ut aiunt, mittitur: sit ut baculus in manu senis positus, qui huc illucque se verti sinit, neque abiicientur resistit. Si ablegatur ad homines corpore & mente insanos: quasi iam mortuus efferratur, sequatur.

His & alijs similibus exemplis Iesuitæ seniores, suis iunioribus obedientiae suæ iugum declarant & imponunt, ut sic omne liberum arbitrium, etiam in externis rebus, ipsis adimant, ac planè seruos eos, Pontifici Romano ad quemvis obsequia promptos & paratos reddant: siue eos viuos, siue mortuos velit. Sic etiam olim Gentes & hodie Turcae mancipia sua tractare solent. Ex quibus manifestum euadit, quem sit Iesuitarum conditio, vita, quem consilia, studia & acta. Nimirum ut paucis dicam: in omnibus ipsis obedire, quem Papa Romanus, filius perditionis, & declaratus Antichristus, & Iesuitarum Superiores, deuota eius mancipia, contra Lutheranos, hoc est, veros Christianos, Evangelicos Doctores ac Christi membra facienda præcipiunt: siue illa cum lege diuina conueniant, siue pugnent. Qualem obedientiam nemo pius, immo nec vir bonus à suis requirit.

Obediendum quidem est Magistratui, non solum miti, sed etiam *duocla*: & quidem in omnibus, quem Decalogo & Dei præceptis non repugnant. Sed Papæ & Iesuitis obedire in rebus fidei, pietati & honestati contrarijs, id non virtutis obedientiae, cæteras virtutes menti inferentis, insertaque custodientis; sed vitij & diabolica seruitutis, omnia pietatis officia ex mente excutientis & consumentis, est. Sic ut iudicem, non solum propriam voluntatem, ut dixit Bernhardus; sed maximè omnium etiam huiuscmodi Iesuiticam obedientiam in inferno arsuram. Propterea, quod ea non in Deum, sed in Pontificem Romanum, verè Antichristum, sit directa: & quidem talis, quem Dei mandato per omnia & in omnibus

Gregor. L.

35. Moral.

c. 10.

omnibus repugnet. Qualem obedientiam nec ipse Bernhardus probat, dicens: *Sive Deus, sive homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia deferendum; VBI TAMEN DEO CONTRARIA NON PRÆCIPIT HOMO.* Iesuitas autem Deo contraria præcipere, & hæc illorum vota & doctrina, de qua dicetur in sequentibus, liquidò demonstrant.

**Regula 32.** Ipse etiam Ignatius Loiola, leges figens & resigens, dicit obedientium esse Superiori tāquam Christo, *in tutte le cose, hoc est, in omnibus rebus,* sed addit, *oue non si conoscesse peccato, id est, VBI NON COGNOSCITVR Producāt, PECCATVM.* Verum examinet quis illorum regulas, & scripta perpen-  
fi audent, dat; videbit, Iesuitas nihil aliud, quām vel hypocrisim, vel aperta peccata, suorū Ge- Dei legibus & pietati contraria, præcipere, facere, & alijs, vt similiter fa-  
neralium ciant autores & suasores esse. Sicuti Germania nunc satis deplorat & in-  
annales. gemiscit. Dum inimici isti homines sua zizania, in agro Domini dissemini-  
t: ne quidem illis parcentes, qui ipsos fouent: sed eos, vt cuculus ma-  
trem, deuorantes & deglutientes.

Quæ autem Ignatius Loiola in Epistola sua ad Lusitanæ fratres, scribit: eadem etiam in suis obedientiæ regulis, magna seueritate inculcat: quod hac sola Societatem conseruari, & regni pontificij ruinas consarciri posse confidat. Summa illarum regularum in his consistit axiomatis. *Omnis inferior suum Superiorum loco Christi agnoscat, qualiscunq; ille sit.* Huic in omnibus internam & externam reverentiam, magna cum humilitate exhibeat: ipsi in omnibus, non solo interiora mente con prontezza, perfettione & humilitate debita nella effectione esterna à quanto farà loro imposto, senz'ascuse, e mormoratio- ni, ancor che comande cose difficili, & alla sensualità repugnanti: ma oltre dicio si stor-  
Zinon hauer, interiormente una vera resignatione, & annegatione del proprio volere, e giudizio, conformandolo con quello ch' il Superior vuole, e sente, in tutte le cose, oue non si conoscesse peccato. Obediat, inquit, non solum tota mente, promptè, perfectè & humiliiter in terum exteriarum executione, sine omni excusatione, & murmurazio- ne, etiam si res difficiles, & sensibus repugnantes præceperit; sed eriam intrasse, torus fit resignatus, & abneget penitus propriam voluntatem & iudicium suum, illudg. in o-  
minibus conformet in Superioris obsequium, quo cum idem velit & nolit, vbi non ma-  
nifesta præcipiuntur peccata.

Verum quid aliud Iesuita quām peccata præcipit, & quidem ma-  
2. *Theff. 2.* nifesto Dei mandatis & verbo contraria? Verbi gratiâ: In prima re-  
Gregorius gula Italica præcipit, vt omnes Pontificem Romanum, qui iam decla-  
Magnus. ratus est Antichristus, nomine & factis, pro vicario Christi Domini no-  
stri

Stri (quasi ipse suam Sponsam repudiasset) agnoscant: & in OMNIBVS, *Canif. in*  
 etiam in verbo Dei non expressis, perfectè illi obediant. In secunda re- *Catechis.*  
 gula, suos socios Christos, hoc est, Saluatorem hominum, cum magna & *minori.*  
 nominis I E S V & officij Christi contumelia constituit. Quasi harum re-  
 gularum obseruatione, & alijs & sibijs possit aeternam perfectionem pro-  
 mereri possint. In tertia facit illos circumforaneos, vagantes, seu explo-  
 ratores, aut potius omnium proditores, qui omnes mundi plagas perua-  
 gentur, & homines à fide saluistica, ad infidelitatem Papatus damnabi-  
 lem & lethiferam pertrahant. In quarta habitum & conuersationem il-  
 lis prescribit Pharisaicam, nec non & vitam sine penitentijs otiosam ac  
 Epicuream. In quinta auricularem & generalem confessionem, maxi-  
 mam nimurum & detestabilissimam conscientiarum carnificinam, ob-  
 trudit. In sexta suos Sacerdotes ποτειουλέπτας facit, & quicunq; non sunt  
 Sacerdotes, eos à sanguine Iesu Christi grandi sacrilegio repellit. In se-  
 ptima impossibilem omnium peccatorum enumerationem imponit. In  
 octaua & nona, omnes suos neophytes impietatem erga parentes docet,  
 sine timore & pietate præcipiens, ut omnem natutalem amorem ac *sæ-*  
*ρῆ,* quam ipsi carnalem affectum interpretantur, erga parentes exuant,  
 ac in spiritualem, hoc est, in amorem erga Sacerdotes Iesuiticos, quos  
 spirituales dicunt, conuertant. In decima & vndeциma fraternalm tollit  
 charitatem, dum capitula etiam Monachis consueta, corycæos, lupos &  
 inquisidores, in Euangelicos ordinat. In duodecima Anabaptistarum  
 superstitionem *κοινωνίας* confirmat: & odium in suis aduersus seculares  
 excitat: In decima tertia multas & varias hypocriticas & pharisaicas pœ-  
 nitentias probat. In decimaquarta sensibus repugnantia, & sanitatem  
 corporis laudentia imperat. Et vt de reliquis regulis, quarum multas ha-  
 bent taccam, inter centum non vnam inuenies, in qua non notabilis &  
 crassus error, in articulos Fidei, & Decalogum à Deo promulgatum im-  
 pingens, repetiatur. Tantum ergo abest, vt hæ regulæ perfectionem af-  
 ferant: vt potius de summo perfectionis gradu hominem, ad imum im-  
 perfectionis angulum detrudant.

Iesuitæ quidem splendidè nugantur, regulas suas à Spiritu sancto  
 Ignatio Loiolæ inspiratas: sed Spiritus sanctus non tradit Deo aduersa,  
 sicuti has regulas esse, iam demonstratum est. De meo, inquit Christus,  
 Spiritus sanctus accipiet, & annunciat vobis. Hæc verò non sunt Chri-  
 sti, sed sunt adiunctiones proprij ipsorum cerebri, quas loco reuelati  
 Dei verbi custodiunt, colunt, adorant. Et tamen impudentissimos istos  
 homines

homines non pudet, hæc figmenta capitis sui, & has Loiolæ nugas, ipsi  
*Anno 1584* Dei Decalogo præponere. Id quod Iacobus Crusius, Nouitorum Land-  
 14. Feb. in spergensium Rector fecit. *Noster*, inquiens, *Decalogus est*, *Regula votorum ab*  
*explic. re-* *Ignatio Loiola tradita.* Suam quoq; Societatem Arcæ Noæ, fiscellæ Mosis,  
*gul.* agro, vincæ, grano, sinapis, Luci, Soli, equo Troiano, horto Alcinoi, &  
*Gen. 6.7.* Paradiso terrestri comparare solent. Quòd in hac sola, vt idem Crusius  
*Exod. 25.* perhibebat, homo viuat purissimè: cadat rarissimè: surgat velocissimè:  
 ambulet simplicissimè: viuat Spiritui securissimè: recolligat se facilimè:  
 purget se citissimè: moribus studeat libentissimè: ac tandem propter re-  
 gularum obseruantiam recipiat præmium amplissimè: maximè suū obe-  
 dientiæ voto custodiendo habuerit se constantissimè. Talis, inquit, *similis erit Christo*, qui Patri suo vsq; ad mortem, mortem crucis, obe-  
 diuit. Sicuti de obedientiæ merito: multa hinc inde ex Monachorum  
 somnijs corraserunt: eaq; in summam quandam redegerunt, in sommario  
*delle constitutioni*, à regula 32. vsq; ad 38. in quibus suos superiores, Chri-  
 stum: eorum mandata Christi sermonem: Inferiores verò Schiauos, ser-  
 uos, & deuotoria mancipia, seu, vt illorum verbis vtat, animalia bruta &  
 cadasera faciunt.

Gloriantur quidem Iesuitæ, quòd ipsi seruiant hominibus, con-  
 cionando, confessiones audiendo, iuuentutem literas docendo & ægros  
 visitando. At res ipsa loquitur, ipsos omnes alios homines seruorum  
 & mancipiorum loco habere. Ideo quoties ego in Italia, Austria & Baua-  
 ria Iesuitam, gestibus Histriōnem referentem, concionantē audiui: ima-  
 ginabar mihi, me intueri vulpeculam gannientem & anseribus blandi-  
 entem; sed à tergo, anserem ad deuorandum raptum, ex oblonga ista tu-  
 nica collum proferentem. Quoties videbam eos absoluere homines: pu-  
 tabam me videre partem lupi sub veste ouilla occultatam prominere. Sin  
 iuuentutem ore docentes audiebam: iudicabam eos manibus tenere gla-  
 dium, iuniorumq; mentes & corda instar Herodis infanticidæ, falsa do-  
 Etrina transfodere. Si ipsos ægrotis assidere videbam, arbitrabar me in-  
 tueri simiam altera manu crucem monstrantem, alteram autem in cru-  
 mena ægrotantis habentem; seu furem frustulum panis albi sinistra ma-  
 nu ægroto porrigentem, dextera verò calicem aureum surripientem &  
 abeuntem. Tales nimis Iesuitæ serui sunt hominum: Dei autem mi-  
 nisterium aut nesciunt, aut negligunt, aut contemnunt. Quorum serui-  
 tum placet Deo, sicuti Pharisæorum fermentum, cultus Baal, oratio  
 Pharisæi.

Quomodo

Quomodo enim Deo placere possint, qui in plerisq; cum Luciferō & Antichristo, se Deo præferre non verentur? Quod vel ex eo patet, quod suas regulas Dei mandato, & Ignatij Loiolæ constitutiones, Christi Euangelio præferunt. Si quis in legem Dei peccat, vel Euangelij auditum negligit, nihil delinquere videtur, aut certè peccatum eius veniale est: sin peccat in Iesuitarum regulas, hic mortale crimen committit. Sicuti Superiores Iesuitarum tradunt. Verbi gratiā Iesuita Sacerdos, no- Anno 1584  
 mine Heinricus, alumnorum Scholasticorum Principis Bauariae, in contubernio Albertino Ingolstadij, Regens & Oeconomus, in septimana sancta, quæ ultima dicitur ieiunij, die Veneris suis discipulis dixit: Per hoc sacrum ieiunij tempus libenter audiuitis historiam passionis Christi ex quatuor Evangelistis: fecisti multas penitentias vigilijs, ieiunijs, orationibus, peregrinationibus, cilicijs, ferulis & flagellis, quibus vos Christo conformastis, & eius passionem adimpleuistis, & pro peccatis vestris satisfecisti. Sed dico vobis, nihil ista omnia vobis proderūt, si non iuxta præscriptum nostri Superioris cras omnes & singuli, peccata vestra confessi fueritis, & Sacramentum more catholico, hoc est, sub una specie, sumperferitis. Quia hæc sancta mandat Ecclesia Romana, quam in omnibus audire debemus. Libenter audire conciones multas: & libenter ac sæpius legere sacram Scripturam, id profectò non est, signum boni catholicī; sed potius haeretici, qui se istis rebus, ceu simia nuce, delectant. Verus autem catholicus, non multum delectatur concionibus, quæ citò ceu ventus transfeunt: neq; lectione capitur Scripturæ, siquidem ea mortua est litera, quam nō intelligit; sed unica eius voluptas est, audire multas Missas: & sæpius confiteri. Hæc qui negligit aut contemnit, grauius peccat, quam qui in omni vita sua nullam unquam concionem audiuit, nec Biblia vidit.

Cum autem exhortationem finiuisset, eumq; ( mihi enim familiariter notus erat ) interrogasset, unde ista probaret? Sapere ipsius dicta pharisæismum. Respondit breuiter: Audi, sancta mater, Ecclesia Romana sic statuit: cui si non simpliciter obediueris, bonus catholicus nō eris. Ecclesia Romana, dicebat, non Verbum, Verbum, aut Scripturam, Scripturam, vt vos facitis Lutherani haeretici, sed Missam & Confessionem inculcat. Hanc ergo audiamus. Quia hæc, inquit, est magistra: est viua Dei litera: Ipsa Lex: illa autem est litera mortua, nihil contra Ecclesiam Romanam auctoritatem decernēs, vt nec filia contra matrem, nec seruus aut discipulus contra Dominum & magistrum suum.

Ioh. 10.

Apoc. 17.

Verum quis hinc non videat, summam Iesuitarum impietatem, & non ferendum diuini verbi contemptum? Nulli enim Christianorum ignotum est, contrarium esse verum. Nimis Romanam Ecclesiam Christi sponsam non esse, alioquin vocem sponsi audiret: sed Antichristi Synagogam, quia Christi Euangeliū securè negligit. Neque Ecclesiam esse Dominam, sed ministram, ab ore & iussione Christi pendet. Ideo nos improba Iesuitarum ista impietate relicta, nunc porrò breuiter de pœnitentijs, quas Iesuitarum Superiores imponunt ijs, qui obedientiæ votum, transgrediuntur, dicamus.

Vt autem nouitij Iesuitæ recte, quænam sit illorum obedientias, intelligere possint, ijs in musæis & cubilibus ob oculos huiusmodi imagines ponunt. Est in medio picturæ puer, qui dorsum incuruat, quo humeris impositum fert trabem, cui inscriptum est: Fortiter. Portat deinde Cytharam: qua volunt obedire debere eum hilariter. A dextra ilius assurgit catulus: vt obediatur velociter. Pectus gerit apertum: vt obediatur tuto corde, propria voluntate abiecta: vel certè Superiori tota traditâ. Ostenet clausum: vt obediatur sine murmure. Baiulat res viles & abiectas: vt obediatur etiam in rebus sensibus repugnantibus. Pedibus fert ocreas: vt obediatur constanter. Ambabus manibus vasa tenet: vt obediatur seu integrè. Aures habet obseratas: vt obediatur in ijs, quæ ipsi auditu iucunda non sunt. Caput inclinat: vt obediatur humiliter.

Si quis autem contra has obedientiæ Iesuiticæ formulas & conditiones peccat, huic pro qualitate delicti pœna iniungitur, quæ ipsis pœnitentia dicitur. Verbi gratiâ. Minister mandat nouitio, quem putat esse superbum, vt abeat & locum secretum (refero illorum pœnitentias, vias faciunt, mihi igitur venia detur, si quæ minus modesta videntur. Nolo enim Iesitarum vel verba vel facta mutare, sed res illorum, quales sunt, verè demonstrare) aut caligas decrepitorum excrementis repletas, aut matulas, aut etiam alia vasa immunda expurget. Nouitius sentiens istas res sensui suo repugnare, se excusat, murmurat, aut etiam operam suâ denegat. Huius pœnitentia est coram Fratribus, vel prandij vel cœnæ tempore suam profiteri culpam. Reuerendi Patres, dilecti Fratres (dicit in genua projectus) dico vobis meam culpam, quod hodie in obediens fui, neq; cloacas vel caligas quorundam expurgaui: quare mihi data est pœnitentia. Primùm vt in refectorio circumcam vobisq; demonstrem, quomodo me excusauerim, & rebellem declarârim. Tunc horrendum videns, voceq; vtens stentoria, pedibus quatiens, ait: Nolo hoc facere.

non

non veni ut cloacas expurgem. Quid ad Minister? quid aliorum caligæ? expurgent illi, qui cœnōcas replerunt humano. His dictis in refectorij medio consideret, & secum habet caligas lauandas, vsq; dum cæteri cibum sumpserint, & tenerūt abire & iussa exequi.

Si qui illorum inuiti huiusmodi res subeunt perficiendas, huic proponunt exemplum Catharinæ Senesis, quæ vasa fanie plena, vt sensus superaret suos, epotârit. Item, canum lambentium vlcera Lazari. Oliverius, Iesuitarum Visitator per Germaniam, dicebat aliquando Ingolstadij: multi admirati sunt profundissimam patris nostri Sanctissimi Ignatij Loiolæ humilitatem, vnde eam didicisset. Sed carissimi, dicam vobis, quibus ille medijs ad humilitatis perfectionem peruererit. Quodam tempore Romæ in collegio nostro, Ludouicus Granata, Monachus Dominicanus, optimus noster frater, & de religiosis, ob exercitia Spirituallia, ingratia deuotorum hominū edita, optimè meritus, visitauit nostrū Patrem Ignatium Loiolam: & dum in collegio nostro obambularet, vidit Patrem Ignatium Loiolam cloacas, salua reverentia, proprijs manibus expurgantem, & matulas eluentem: quem vt conspexit, exhorruit, & coram eo procidens, eiusq; pedes exosculans dixit: O Pater Sancte, nō miror amplius, vnde tanta tibi venerit humilitas. Verē tu humilitatis apex es. Sic, inquit, dilecti Fratres, si veram humilitatem addiscere voleritis, necesse est, vt in omnibus, sicut regulæ mandant, humilia, vilia, & abiecta ac sensibus repugnantia appetatis, & in cunctis vos humilietis.

Pulcrum sanè hoc est, & delicantium humilitatis studium. Egregius locus, in quo humilitatis Suiticæ studiosi philosophentur. Et vtinā in istis locis perpetuò occuparentur: ne scotida & impura sua doctrina, puritatem Academiarum & Ecclesiarum Euangelicarum cōspurcarent & coinquinarent. Digni sanè Esauitæ, qui vbi in Germaniam veniunt, ad huiusmodi loca detrudantur: ne Suitæ isti iustis suis ferculis defraudentur.

Non possum h̄c non commémorare, quibus ceremonijs à Rectore petant, vt illis loca secreta expurgare permittat. Istud seruitium vocant officium humilitatis. Istud seruitium vocant officium humilitatis. Si qui ergo illud subire volunt, & quasi præ cæteris se humiliarent, videri cūpiunt: eorum est Rectorem accedere, & coram eo in genua procidere, manus erigere complicatas ( quasi Deo verba facturus esset ) ac dicere: Reverēde Pater Rector, quia Naturā superbus sum, neq; perfecte, quod regula mandat, sensibus repugnantia appetere, aut me in omnibus mortificare

tificare possum: rogo vestram Reuerentiam, vt ad maiorem Christi honorem, & beatæ virginis Mariæ gloriam, mihi concedat indigro, officium subire humilitatis, cloacas expurgare, matulas eluere, & vestem nuptialem (est autem illis vestis nuptialis, cento, indumentigenus sordidum) induere. Quem Rector aliquandiu permittit incuruatum manere, ac tandem, quasi rem sacram peracturus, ait: Quia puluis es & sterlus, & nostra Societate te indignum agnoscis, placet illa mihi tua humiliatio: surge, vade, quia quod petiuisti, impetrasti; & da operam, vt omnia secundum regulas præscriptas, pura & munda conserues. Sic enim ex sordibus ad summam gloriam peruenies.

*E 7. 1*

Tradunt etiam Iesuitæ, his Suis certas meditationes, quas inter purgandum ruminent. Landsperge locum habent Secretum, qui sedes capit in circulo duodecim. Ab introitu propendunt scopæ & lnteamina, quibus loco ista expurgent. Sub his positum est vasculum aqua plenum: & in olla arena. Singulæ sedes suas habent portas, quas intrans & exiens claudat. Cuilibet portæ affixa est imago mortis. De his instrumentis in recreatione Anno 1582. die 12. decemb. Doctor Theologiae Romæ formatus, & bene in Allegorijs mysticisq; rebus (vt loquuntur) qualificatus, Fridericus Sommerman, meus popularis, Landsperge hanc dedit contemplationem. Imago, inquit, mortis significat, nos ex materia factos esse rudi, sordida & osca, hoc est dura: Quia ad obediētiam Superioris, præsertim in humilitatis officio, id est, in locis secretis expurgandis, & res sensib[us] repugnantes obeundis, valde duri sumus, imò quasi mortui. Significat etiam illa imago mortis hominem secularem: qui nihil preter ossa habet, hoc est, qui votis paupertatis, castitatis, obedientiæ, & statu religionis caret. Talis imago mortis etiam nos sumus, dum illa vota fecimus, sed neque Deo, neque hominibus reddimus. Observatio portæ significat nostrorum quinq[ue] sensuum custodiam quos bene claudamus, ne vapores scètidi vel exeat vel intrent: quod fit, si vel secularia cogitamus, vel ea facere desideramus. Introitus significat nos in hunc scètidum mundum ingressos. Exitus verò, nos ex mundo exire, & religiosam seu spiritualem vitam ingredi debere. Sic nos, qui Societatem ingressi sumus, scètidum mundum, quasi cloacam deseruimus, & in Societatem, locum omnibus virtutibus, ceu paradisum odoriferis floribus fragrantem, intrauimus. Ipsa porta significat homines mundanos, qui vt porta in cardine, ita ipsi in rebus secularibus huc illucq[ue], versantur, sunt instabiles, & quemlibet se aperire, hoc est, quò vult ducere, facile permittunt.

tunt. Quales sunt etiam inter nos iij, qui corpore quidem in Societate vi-  
nunt: at animo & cogitationibus in Mundo versantur. Et si Seculares  
illorum linguas & aures referant: quicquid illis dicitur, hoc credunt, ap-  
petunt, & si possent, facerent. Arenam significare aiebat, disciplinas, hoc  
est, illorum sensu, austera vitam, cilicia, quibus carnis pruritum fricent  
& abradant. Olla: est Societas, in qua aqua pœnitentiæ feruida, lacry-  
misq; salutaribus, nos Deo, & Superioribus, in gratiæ cibum coquamus.  
Olla sumus nos omnes, id est, testa fragilis. Vasculum aqua plenū, signi-  
ficat, hominem secularem, cogitationibus humidis repletum, hoc est, ta-  
lem, qui tantum de rebus transitorijs & mundanis cogitat. In quibus et-  
iam disfluit & perit. Linteamen significat pannum illum, quo Christus  
se circumcinxit, dum fordidos discipulorum pedes lauit. Scopæ admo-  
neant nos virgarum, quibus Christus cæsus: significant etiam nostras  
disciplinas, id est, flagella, quibus carnis lasciviam refrenamus & castiga-  
mus. Circulus seu sedum ambitus, significat totum mundum. Duode-  
cim sedes denotant vel duodecim Patriarchas, vel duodecim Apostolos,  
qui exiuerunt in totum mundum. Excrementa quæ absterguntur, signi-  
fican doctrinam hæreticorum, Lutheranorum & aliorum Schismati-  
corum, quibus Orbem replent, ad quæ expurganda nos emissi sumus.

Sed hæc per digressionem. Atq; vtinam omnes Principes Germa-  
nia & potentes in hoc mundo, hosce SVITAS, non ad aulas, templa &  
scholas, verùm ad caulas, ad officium humilitatis, hoc est, illorum sensu,  
ad loca secreta & cloacas relegarent. Sic enim sancta Christi Ecclesia,  
Pontificijs excrementis careret, & in verbi diuini puritate læta florere, &  
instar palmæ assurgere, Deumque glorificare posset. Sed redeo ad alias  
pœnitentias.

Regulæ obedientiæ volunt, vt Superiori obediat sine excusatione,  
murmuratione, & quidem velociter, & hilariter, quasi ipse iussisset Do-  
minus. Si igitur in aliquo labore iniuncto aliter se gerit, pœnitentia illi  
datur. Mandat Minister, vt aquam & ligna ad culinam portet; Ille vadit  
& imperatum quidem facit, sed murmurat aut cunctatur. Huius obe-  
dientia est, in refectorio, cum lignis circumire, murmurare, & lente pro-  
gredi: sicq; fratribus monstrare qualem se in obedientia gefferit, & apud  
coecum tarditatem & pigritiam deprecari. Breuiter in omnibus, quæ man-  
dat Rector, si non ad illius nutum fiunt omnia, pœnitentias iniungit, nec  
fert, vt vel diuersa voluntas, iudicium, intellectus, vel aliquod repugnan-  
tia signum in illis conspiaciatur. Quapropter vt eos, sicut loquuntur, in  
obedien-

*Anno 1583.* obedientia voto ac merito perfectos reddant, variè illos probare solent. Romæ in domo Iesuitarum professa, pater Turrianus dedit Nouitio va- sculum vino Græco repletum, dixitq; : Vade, & in cloacam effunde. Fra- ter cogitat; non effundam, sed abibo, & simulabo me effudisse. Turria- nus mittit alium, qui Fratrem obseruet, qui cùm videret illum vinum abscondisse, Patri defert. Pater ergo Nouitio dicenti se vinum effudisse, pœnitentiam dedit, vt mendacium suum coram Fratribus confiteretur, & octiduum vino abstineret. Idem alteri Nouitio vīnum reddit ijsdem verbis, qui vadit & vinum effundit. Hunc Pater commendauit, illiq; vi- num priori ademptum eibendum concessit.

*Ex. 5* Apud Sanctum Andream in monte Idicaballo Romæ, Octavianus Pater Nouitio, cùm expiarentur, dicit: Vade, & in hoc stercore te voluta- sicq; domum perge. Nouitius verè Suita se in cœno huc illucq; versat, sicq; Epicuri de grege porcus domum redit, cunctis eum videntibus risum exhibēs. Quem, vt Rector vidit, eum quid actum esset, interrogat, & re cognitā, ait: Vade ad Sartorem, teq; nouis vestimentis indui cura. Hoc enim promeruit obedientia tua virtus.

*F. 7* Landsperga Christophorus Zieglerus Nouitio tradit rapas & ar- bores teneras & ait: Vade, insere eas terræ, radicibus sursum erectis, ramis autem in terræ profundum demersis. Frater vadit, sed vt Natura postu- lat, radices terræ, ramos aëri mandat. Huius pœnitentia erat dicere: Non quæ Natura vel mea ratio iubent: sed Superioris mandata exequenda sunt: ac in refectorio plantulas ac rapas ter circumportare.

*E. 5* Quidam frater Veronæ laborabat imbecillitate stomachi. Cui Medicus ordinavit: vt Zingiber manè comederet, vesperi verò vnguen- to, quod ei exhibuerat, ventrem circa vmbilicum inungeret. Minister verò suspicans Fratrem illum stomachi infirmitatem simulare, modò vt ieiunij temporibus, carnis esus ipsi concederetur, infirmo ait: Non Me- dico, sed mihi vouisti obedientiam. Hoc ergo vnguentum comedere, & te hoc Zingibere vnge, vsq; dum sanguis effluxerit. Frater obtuperat. Minister verò eius obedientiam mirum in modum Rectori commen- dat, qui etiam deinde nouitio non solum carnes vitulinas, sed caupones & gallinas dandas præcepit.

Et vt tandem votum hoc Iesuiticæ obedientia concludam. Eos obedientes esse iudicant, qui omnem suam voluntatem, iudicium, intel- lectum ac rationem, in Superioris nutum transformant, & ad omne ob- sequium sese yltron offerunt: seu vt Ignatius Loiola ait, in obedientia sunt

sunt cæci, cerei, statuæ, cadavera & baculi deuotorij. Talem obediētiam nonnulli dicunt Turcarū seruis inesse: qui se etiam ad mandatū Imperatoris illius, occidere solent. Talem quoq; obedientiam celebrem illum Moscouitarum Tyrannum Basilidem, Iesuitæ Posseuino non ignotum, à suis requisuisse, historiæ de eo promulgatae referunt. Digni ergo Iesuitæ, qui ad Turcas & Moscouitas relegarentur, ut Germania ab ipsis liberaretur.

*De Quarto Iesuitarum voto, quod Professorum est:  
hoc est, illorum, qui iam in omnibus Iesuitarum in-  
stitutis probati, perfecti sunt inuenti, ac Pon-  
tificiam cyclopædiam absol-  
uerunt.*

**I**gnatius Loiola ille primus Iesuitarum Inceptor, initio in confirmatione suæ Societatis, sub Paulo III. Pontifice Romano, Anno Christi 1540. 5. Calend. Octob. facta; non ultrâ sexaginta fratres, qui ex Professorum numero essent, habebat. Neq; enim ex decreto Pontificis tum temporis plures Professi esse debebant. Videns autem se socios numero pauciores habere, quam ut institutum suum, in actum producere posset, impetrat à Paulo III. Anno Domini 1543. ut numerus ille professorum ad sexaginta saltem restrictus, tolleretur, & tot, quot vellet, habere sibi liceret. Prætendebat is, Martinum Lutherum olim Monachum Augustanum, nouum quoddam doctrinæ genus, Papæ & Apostolicæ sedi maximè perniciosum, in apertum produxisse. Ex Monacho-Recito verum autem turba & Clericorum agmine, paucos esse qui sese Lutheranis baile Iesuita- opponerent, & Pontifici Romano in Lutheranis extirpandis obedirent. rum Hof- Excusantibus se alijs, quod satis superq; in eo occupati essent, ut subdi-fæ & Botos suos in officio continerent: alijs, se non ita instructos esse, ut nouis badilla. istis hæreticis resistere, & illorum ora obdurare possint: alijs, se non in hanc rem, sed in suarum Regularum obedientiam iurasse.

Ignatius igitur Loiola, factus Societatis Esauitarum Generalis Capitulus, scu vt ipse loquitur, Duxq; caputq;, sibi asciscit suos primos Pares: Petrum Fabrum: Iacobum Laynetz: Claudium Iaium: Pascha-

sum Broël: Franciscum Xauier: Alfonsum Salmeron ( qui Anno Domini 1583. adhuc vixit, & Rectorē Iesuitarum Neapoli egit ) Simonem Rodericum: Ioannem Coduri: Nicolaum de Bobadilla ( quem Romę vidui in asino tanquam mundi monstrum, album panem, quem Deum putabat, in manibus ferentem, circumduci, populoq; signo crucis plenarias indulgentias, potestate à Papa Gregorio XIII. concessa, clargiri ) & ex his facit, Secretarios, Procuratores, Prouinciales, Rectores & reliquorum Ministros. Quia autem pleriq; eorum erant in artibus Magistris: ac in vniuersitate Parisiensi, vt loquuntur, lapideo Examine probati, nec non & graduati: Ne fortassis scientia inflati, & rerum nouarum studiosi, quid noui machinarentur, vel Martini Lutheri doctrinæ subscriberent: coegeri illos Ignatius Loiola, Mundū, vt loquuntur, deserere: ac non solum sese trium simplicium votorum vinculo obligare: sed etiam se totos corpore & animo, in rebus fidei & morum, specialiter Papæ deuouere, & eius se seruitio dedicare atq; immolare, sub sui damnatione: si vel in minimo vel maximo religionis ac fidei negocio, à Pontificis Romani placitis & decretis deficerent: vel aliud, quam ille, sentirent: vel diversum ab eius canonibus statuerent.

Ideo vt reliqui Iesuitæ omnes, qui non sunt Professi, ab arbitrio Generalis, Romæ desidentis, harent: Ita omnes illorum Professi, ac ipse Generalis, à Pontificis Romani nutu dependent: Et hoc est, quartū illorum votum, quo sese totos ( quemadmodum Iohannes XIII. Papæ se Satanæ corporaliter olim tradidit ) Antichristo Romano deuouent, iurantq; se in omnibus ipsi obsequium præstituros: quicquid in illos præsumatur, vel statuat, absq; vlla tergiuersatione & excusatione. Et hi dicuntur Professi Iesuitarum: nimirum iurata & deuotoria Romani Pontificis mancipia, quibus prolibidine sua ( sicut olim Gentes suis seruis ) abutitur. Qui speciali hoc ac extraordinario voto, quo Papæ subiiciuntut, à reliquis omnibus Monachis & Clericis differunt. Et hac de causa Papa eos, ceu pupillam oculi suicustodit: ac vt corpus suum, tuetur, alit, nutrit, auget & didat. Hi sunt Pontificis Romani canes venatici, quos robustus iste Satanæ venator, Antichristus, ad indagandos Christianos Euangelicos emitit, vt eos malis artibus & cerberorum istorum nexibus implicatos proditosq; capiat, dilaniat ac deuoret. His sunt, qui instar proditorum & exploratorum vniuersam Germaniam circumueunt: & omnes experiuntur agnoscendas, quibus fideles Germanos infidelitati Antichristi subiucere, vel ad eorum, tamen redigere possint. His sunt, qui consilia dant, secundum que Germa-

Germania in pristinum, ut loquuntur, statum reduci possit. Hi sunt, qui conspirantes & iuratos Germanorum Principum hostes iuvant, fouent & promouent. Hi sunt, qui manus Pontificis Romani ad sanguinem innocentem effundendum paratas reddunt; dum subinde hisce clamoribus eius aures opplicant: Ecclesiam Romanam & Apostolicam sedem interitaram, nisi Germanorum Principum (Euangelicam doctrinam a Martino Luthero, viro secundum desiderium Dei, a Pontifica idolomania repurgatam defendantium) nomen & ditiones deleantur & euertantur. Ab his, ceu ex abysslo infernali tot exeunt conspirationes & coniurations, tum contra Germanos, tum contra omnes eos, qui Christianorum nomen & fidem tueruntur.

Talis est etiam haec Guisianorum conspiratio, superioribus annis ad Christianorum orbem delendum, suscepta: cuius capita haec sunt.

Nota

1. Hispanus Rex impetum in Navarreum faciat, omnia occupet & perdat. (Idem meo tempore, cum essem Romæ, Pontifex Romanus Gregorius XIII. præcepit, ut fieret in Reginam Angliae, per eundem Regem.)

2. Partem suarum copiarum ad Sabaudum mittat.

3. Papa & reliqui Italia Principes auxiliares copias Ferrariae Principi (qui tam Anno Domini 1583. cum essem Ferrariæ, in se inquisitionem fieri noluit) tradant, quibus Sabaudie Dux adsit.

4. Dux Sabaudus suas copias habeat ex Italico & Subaudico milite delectas: cui N.N. Germanicum equitatum, peditatumq. submittat.

5. N.N. ipse, Principes Germanie & Episcopi itinera omnia occupent, ne Protectores suppetias ferre possint, & in regnum Gallie prorumpant. (Idem Iesuitæ Anno Domini 1582. Coloniz fieri voluerunt, per Principem Ferdinandum, Ducis Gulielmi Bauariæ Dominatoris, fratrem: & dum Ferdinandus Coloniæ cum suis peteret, Iesuitæ exploratores egerunt, ne vel Ferdinandus Coloniæ intercipi possit. Sic maximus quidam Iesuitæ in lib. cufitarum fautor, classicum canens, tuba seditionis, ad arma vocat Cæsius titulus in lib. curream Maiestatem, ut hanc luem ab Ecclesia Christi auerterat, malumque est: Haremonium domesticum congrua feneritate, ne vniuersum Christianæ Reipub. corrupsum ad extremum insiciatur, rescindat. Gladium enim iustitiae diuinitus gustans illi ad Ecclesiæ defensionem & vindictam malefactorum, esse traditum. Confessio Accingatur itaq. (infert) gladio suo super femur, potentissimus Imperator, Henr. &c. reticos & Christiani nominis hostes perniciossimos (Lutheranos intelligens) 1576. sub iugum mittat. Et veilem hanc fore sanguinis profusionem profitetur. Quid enim pestiferum membrum in corpore? quid homo desperatus in Repub. quid vir-

*Cofelias 70. f. 11.  
Barca*

*sus in vinca? quid lupus in ouili? quid proditor in castris? quid seditus in ciuitate?*  
*&c. Hæc sunt illius verba in epistola eius præliminari. Eundem fermè ad modum, haud minimus inter Iesuitas, Antonius Possevinus scribit, in libello suo cui titulum fecit in Italico sermone *LI Soldato Christiano*: Cùm Papa Pius V. Carolo nono Regi Franciæ milites mitteret. Vbi inter cætera (vt & suprà monui) ponit: Nisi milites omnes Christianos seu Protestantes occidant: eos, patriam, vxores, liberos, omnem substantiam, atque adeo etiam fidem & salutem amissuros: & vocat illos, qui verbum Dei tueruntur, sceleratos ministros, qui nihil aliud querant, quam corporis & animæ perditionem. Hæc sunt scripta, hæc sunt consilia Iesuiticorum Professorum, tum ad Imperatorem, tum ad reliquos Principes. In quibus Bestiæ illæ Romanæ & pultroni cattivi conuicia rabiosa & calumnias mendacissimas contra homines innocentes, pietatis & pacis studiosissimos, euomunt? Tanta crudelitas latet in Iesuitis hypocritis vestitu ouium circumcuntibus, & pietatem, humanitatem & pacem simulantibus & profitentibus. Est enim omnis Iesuita (vt & hypocrita) crudelis, vt qui ordinis sui auctorēm habeat diabolum, ac Ignatium Loiolam sanguinarium & iniustum militem: qui ambo nihil aliud, quam mendacia spargere, & homines occidere nouerunt. Dij tales à terris nostris auerte pestem.*

*Iohan. 8.*

6. Heluetij Catholici pro viribus bellum, contra confederatos Lutheranos gerant, ne possint vicinis laborantibus opem ferre.
7. Eodem etiam tempore & Guiſiani in regno Gallie Lutheranos trucidant, & stirpem Regiam Borbonicæ familie extinguant.
8. Sabaudus Geneuam inuadat, quam ferro igniq; vastet, ne villa extens in posterum vestigia: ruinas deinde in lacum Leizmannum demergat.
9. Hoc factō, vires suas cum Heluetijs Catholicis coniungant, & reliquos confederatos aboleant.
10. Guiſiani & Sabaudus in Germaniam deinde irrumpant, & Episcoporum & Principum Catholicorum auxilijs adiuti, Protestantes Principes & ciuitates euertant.
11. Guiſiani ne pecunia ad tantas res destituantur, aurum orne & argentum templorum totius Gallie capiant, ea lege, vt consecrato bello, de Lutheranorum bonis cum fœnore restituant.
12. Cardinales Galliæ, Episcopi, Abbates, Piores, pecuniam habita ratione prouentuum, conferant in huius belli subsidium.
13. Ad hoc bellum, quasi contra Turcam gerendum, nomina dent Monachi, Sacerdotes & reliqui, qui per atatem & vires possunt.

Huius

Huius sanguinariæ conspirationis auctores principales esse Iesuitarum Superiores ac Prouinciales nihil addubito. Hi enim pro hypocrita sua crudelitate, & præmijs, quibus Papa eos auget amplissimis, hoc vnicum in quarto suo voto habent, quomodo Euangelica doctrina extingui: & Lutherani è medio tolli possint. Hoc enim Professorum inter Iesuitas <sup>est</sup> proprium est, deliberare, quibus modis ruinæ Ecclesiæ Romanæ restaurari possint. Quia in arte hi Antichristi Occidentalis satellites, Mahumetis Antichristi Orientalis propositum imitantur. Is enim dicere solebat. Deus misit Christum Iesum Nazarenum, ut omnia per verbum in pace occuparet: sed quia id bonis verbis obtinere nequivit: misit me Deus, ut omnia bello & gladio subigerem, ac rebellantes trucidarem. Sic Iesuitæ, Mahumeti etiam in alijs multis rebus per quām similes, initio veniunt, pietatem & pacem, nec non & diuinæ reuelationes stimulantes, sibiique nomen Iesu arrogantes, quasi nihil quām salutem hominum & communem Reipub. ac Ecclesiæ tranquillitatem pacemque quarant. Vbi autem animaduertunt, se dolis & malis artibus, scriptis blandis & consilijs fallacibus, id quod à Pontifice Romano in mandatis habent, consequi non posse: tunc in apertam vim, conspirationes sanguinarias, ac cædes iniustas prorumpunt. Imperatorem & Pontificiæ idolumaniæ Sectatores solicitantes, brachiumq; seculare inuocantes, ut arma capiant, & Christianos extinguant.

Non fabulam narro. Multas siquidem tribunicias ac Catilinarias conciones, tum in Italia, tum in Bauaria ipfemet ab illis audiui. In quibus nihil aliud agunt, quām vt crassis mendacijs Lutheranos corā Principibus viris prægrauent, eos seditionis, rebellionis, conspirationis, & aliorum scelerum (quibus ipsimet à planta pedum, ad supremum usq; capit is capillum, non aliter quām putridus caseus foetidis vermis, scatent) insimulent: sicq; illos vt Pharisæi Christum, in odium magnatum adducant. Cuius rei cumptimis egregij artifices sunt Iesuitarum Concionatores Augustæ, Gregorius Rosephus, qui in Fuggeroru aulis nunquam cessat, Papicolarum animos, contra Euangelicos Christianos inflamare. Monachij, Pater Conradus, qui omnia rectè dicta, facta & scripta Lutheranorum in malam partem rapit. Landspergæ, Jacobus Lutzius, qui nihil aliud nouit, quām cōuitijs & dicterijs proscindere Christianum cœtum. Quibus nulla ex parte cedit Georgius Schererus Vienensis, & alij quām plurimi.

Quod etiam Iesuitarum consilia, scripta, facta & conciones apud

Colonia

nonnullos mundi potentes effecerint: id Lutetia Parisiorum, imò tota  
fermè Gallia, Viena Vrbs Imperatoria sede clara, Grætium, Augusta  
Monachium, vt ceteras Prouincias taceam, magis deplorare, quām com-  
memorare solent: dū vident, Iesuitas quasi cimices & scorpiones Roma-  
nos longè lateq; , magis magisq; serpere: suo veneno homines inficere,  
Euangelium de Iesu Christo opprimere: & pristinas pōntificias idolo-  
manias ac superstitiones, iam dudum virtute verbi diuini prostratas,  
quasi post limio reuocare: populo Christiano obtrudere: & ipsis resi-  
stentes ad ignem (vt olim profanæ Gentes Christianos ad Leones) tra-  
here.

Sunt enim hi Professi, vbi inualuerunt, ipsis Ethnicis & Turcis de-  
teriores & crudeliores. Etiam si enim initio aduentus sui multa Euan-  
gelicis Christianis polliceantur: mox quam primum eis, illos oppri-  
mendi occasio affulget, Magistratui inculcant: Lutheranis hereticis (vt ipsi  
eos vocant) nullam esse seruandam fidem, sed ad ignem esse rapiendos:  
illorum bona vel confiscanda: vel spiritualibus voto paupertatis obstri-  
ctis distribuenda: vel in illorum omnimodam abolitionem conuerten-  
da. Sic nimirum Iesuitæ, vi volunt compellere Christianos, vt rursus in-  
tent in Ecclesiam Romanam. Quantò verò honestius Ethnici? Qui et-  
iam hosti datam fidem seruandam esse censem: At Iesuitæ, Imperatoriæ  
Maiestati, & multis Principibus Germanis (Deo tamen sit laus, quod  
istorum malis suggestionibus, non locum dant) autores sunt, vt fidem  
iurata, & pacem Religioni nostræ in publicis totius Imperij comitijs  
ab omnibus ordinibus datam & confirmatam violent.

Hæcne furias, seditionum & motuum publicorum, ac turbationum  
Ecclesiæ, in medio Germaniæ, faces ferre æquum est? Reipublicæ &  
Ecclesiæ interest, ne improbi, scelerati, Diabelici Pontificis Legati, & se-  
ditionum autores, impunè bellum ciuale concitare, Ecclesiam Filij Dei  
turbare, viduarum domos deuorare, & Imperij ordines inter se com-  
mittere, publicam pacem & tranquillitatem perturbare, patriamq; dul-  
cissimam prodere, omnia interturbare & euertere conentur. Cauete, ca-  
uete, ô Illustrissimi ac optimi totius Germaniæ heroës, ne commune  
patriæ nostræ nauigium, quo omnes vehimur, ab istis proditoribus per-  
Anno Do- foretur, aut euertatur: sicq; omnes cuiuscunq; sint ordinis, si Iesuitarum  
mini 1583. consilijs obsecundent, pessum eant.

*antequam* Audiui ipse Landspergæ GEORGIVM BADERVM Iesuitarum  
irem Ro- per Bauariam prouinciam, & IACOBVM CRVSIVM nouitiorum Ie-  
suitarum.

N. 252

luiticorum Rectorē, nec non & alios, dicētes: Nulla nobis pax, nulla tutarum possessio erit in Germania: quādiū nō curauerimus Augustanā Confessionē deleri, & Protestantes eius defensores trucidari & comburi. Illud enim hominum genus nō alia ratione, quām ignis ardore emolliri & dissolui potest. Quibus subiunxit Pater PETRVS ITALVS rerum Spiritualium Magister: Utinam, inquit, is nostris etiam esset animus & Spiritus, qualem habuēre iij, qui Lutheranos Gallia expulerunt. Nisi consimilis in Germanos instituatur laniēna, nostra Societas inter ipsos tuta esse nō poterit. Pater verò IACOBVS LVTZIVS Landspergæ concionator addebat: Quid est, quod nostri, Augustæ, tanta seueritate, iussu Pontificis, nouum Calendarium vrgent? Si potius curarent, milites conscribi, Confessionistas trucidari, Lutherana prædicabilia ejici Vrbe, Textorum domos & bona confiscari, tunc & Calendarium tutò recipi, & nostri ibi quietè viuere possent. Pertinaces enim Lutherani, non nisi morte emendantur. Hæc & similia inter se agitant Iesuitæ.

Utinam etiam esset, qui Iesuitas Augustanos & Colonenses & Bavarios cogeret in apertum producere literas & consilia, quibus hisce superioribus annis classicum in Christianos, Augustæ, Coloniaæ & in Bauaria degentes, cecinerunt: Obliti omnis honestatis, fidei & dextræ suæ, quam dant ijs, quibus cum versari volunt: brachia sua in nostro sanguine lauare cupientes. Certè re ipsa expertus sum: Iesuitas hypocritas esse omnium crudelissimos, dum sāpius illos audiui dicentes, si quando multos Lutheranorum in bellis trucidatos, per suorum literas cognoverant: Hodie sanguis Abeli vindicatus est: Hodie Dominus Sodomam & Gomorrah visitauit, &c. Moxq; ad rosaria, ad statuas, & ad Missas concurrentes, B. Mariæ virginī egerunt gratias, quod Filio suo IESV Christo talem indidisset animum, vt hostes Ecclesiae Romanæ interimi pateretur. Sic Landspergenses Iesuitæ, cùm Colonenses illis scriberent, Fratrem Electoris & Archiepiscopi Gebhardi Truckseßi, à militibus traditum, Vrbem captam & multos occisos esse: vna voce aiebāt omnes: Benedicamus Domino. Et se inuicem cohortati sunt, vt quisq; pro viribus oraret, quod penitus & radicitus euellantur omnes, qui Romanæ Ecclesiæ resistant.

Cum ad Iesuitas Landspergenses per Noribergensem quendam hypocritam scriberetur, Illustrissimam Principem ac Dominam, D. Ursulam Dorotheam, &c. Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Ludouici, Ducis Vuirtenbergici, coniugem pientissimam defunctam esse:

esse: & spem etiam esse, ipsum quoq; Principem ob nimium dolorem & & luctum, quem ex coniugis carissimæ morte conceperit, mox eam subsecuturum, C H R I S T O P H O R U S Z I E G L E R U S Stutgardianus, ingratus erga Patriam cuculus, dicebat: Si hoc fieret, omnia nostra consilia & omnes vires coniungere vellemus, vt ditione ista, Dux Ferdinandus Oenipontanus potiretur. Quia autem id sine gladio & sanguine fieri non posset, suasor essem, vt omnes Clerici & Deuoti, omnes Monachi & Canonici, & quicunq; per vires possent, concurrerent, & uno impetu Vuirtebergam inuaderent, resistentes contrucidarent, & sic illorum Tempa & Scholas nostri inhabitarent. Scio, inquit, alia ratione ipsos vinci, & ad obedientiam redigi non posse. Nam Vuirtenbergenses in sua religione sunt rigidiiores & pertinaciores, quam ut promissis, vel minis, vel muneribus, vel scriptis, vel consilijs ad Romanæ Ecclesiæ subiectiōnem & obsequium pertrahī possint.

En tibi exemplar Mansuetudinis & Humilitatis Iesuiticæ. Et hi sunt ex ipsis Professi. Hisnē tam pulcræ domus & ampla collegia, seu potius arces, Principum aulas ornatu superantes, ædificandæ? Hisnē ciuitatum iura & priuilegia sunt emenda, vt Augustæ factum? Vel donanda, vt sit in alijs Germaniæ tractibus? Hisnē Magnates, Patricij & Nobiliores eleemosynas conferant? Hisnē suam inuentutem patres Germani corrumpendam tradant? Hisnē ita liberum sit, per totam Germaniam vagari: dulcem patriam prodere: omnem veræ religionis doctrinam corrumpere: innumeros errores spargere: eo idemq; mordicus retinere: viq; armisq; defendere? quibus non sufficit crudelissimis suis consilijs & machinationibus in exitium nostrum Italos & Hispanos Papæ Romano addictos, & iuratos Germaniæ hostes, clām sub religionis prætextu, dulci patriæ nostræ inducere & extrema moliri, nisi etiam Magistratibus nostris auctores sint, (qui tamen pleriq; & prudentiores & Dei obseruantiores sunt, quam ut ipsis obtemperent) vt nos trucidant, & veram religionem cuerant.

Ipsi Iesuitæ in Italia & Hispania ne vnum quidem (quem scire possunt) ferunt Christianum Euangelicum: sed mox vbi illum promissis & muneribus seducere nequeunt, ad domum inquisitioni hæreticæ prauitatis destinatam detrudunt: in qua miserè torquetur, virgis cæditur, fustibus verberatur, equuleis excarnificatur, fame necatur. Si que quam mitissimè cum aliquo procedere volunt: eum mox examinant, & Lutheranum inuentum, ad ignem rapiunt: vt sic anima eius in curru igneo

igneo (vt loquitur Iesuita Hoffæus) ad inferos feratur. Et quidam Principes Germani, non vnum aut alterum, sed iam vltra mille Iesuitas intra suos terminos ferunt; quin etiam si videant damna, quæ Recipit. Ecclesiæ & Oeconomiaæ inferunt, non tamen mouentur. Serius quam par sit euigilatur: septaq; quod dicitur, clausuri, vbi gregem lupus dissipabit & deuorabit.

Certè ex Græcensibus, ex multis ciuibus Monacensibus, ex Augustanis item sæpius hæc verba audiui: vtinam nunquam Iesuitas intromissimus. Satius fuisset nobis pro vno Iesuita centum alere Monachos. Illi enim corpore & anima nos perdent, & insuper mox omnia nostra bona inuadent: si illis, vt cœperunt ita impunè pergere licuerit. Monachi eleemosynis erant contenti, domi maneabant: hi tota Monasteria, totas arces, multas viduarum domos, omnia templa, omnes scholas occupare volunt: neq; tamen his satiari possunt, sed causa sunt nouarum exactionum, quas principes subditis imponunt, ad templorum, scholarum & aularum Iesuiticarum ædificationem. Quæ tamen omnia ipsis absq; molestia concederemus, si modò nobis nostram religionem liberam relinquerent. Sed hoc miserandum est, quod dum illos nutrimus, & fructus nostrorum laborum cum ipsis communicamus, domibus cedimus, ipsos recipimus: illi tamen vbiq; nos persequuntur, mel in ore gerentes, auersi verò pungere quærentes: vnaq; manu panem, altera verò lapidem porrigentes. Quin & audire cogimur, nos amare Magistros sectarum, Hæresiarchas, seditiones concionatores, esse hæreticos, rebelles ciues, patis & tranquillitatis publicæ interturbatores, ac proinde proscribendos ac comburendos. Certè metuimus eandem lanienam, quam Parisienses Christiani sustinuerunt, nisi Dominus Deus Iesuitas interimat, & per Magistratum ac Ecclesiæ Nutricios Germania expellat. Iesuitis enim quiduis licet. Illorum est loqui: Quia Catholici; Filii obedientes & pacifici: quodcunq; hi dicunt & volunt, sanctum est. His pro arbitrio licet leges figere & refigere; interpretari, dispensare, abrogare pro tempore & renata: Hi inter Germania Principes, ante ipsorum fores securè & sine metu clamant: imò nihil aliud in ore habent perpetuò, nil aliud etiam crepant, aut subinde ingeminant, quam Euangelicæ doctrinæ Tutores, Hæreticos esse, hisq; coram toto mundo, Christianissimos Germania Principes & subditos eorum fideles traducunt. Et insuper brachium suum seculare (quod Iesuitæ interpretantur, Reges & Principes Pontificios, qui sceptri & coronarum suarum apices, opesq; omnes,

pro Pontifice Romano, scde Apostolica, & illorum immunitatibus profundere sint parati) in nos concitant & armant potentes, vt in nostrum exitium conspirent, & in nos, tanquam iustè diris Tridentini Concilium anathematismis condemnatos, armis publicè sumptis fæuant, donec è medio tollant.

Hæc sunt Professorum Iesuiticorum studia, consilia & facta, quos rectius Germaniæ lupos, quām Iesuitas dicimus, imò monstrum omnibus lupis efferati, ferocius, rapacious: vt nesciam, an vñquam mundus aut viderit quid existialius, aut terra magis nocuum quid protulerit. Venit hoc Pontificum Romanorum monstrum; Angelica quidem facie ac aspectu primo desiderabili, habitu venusto, sermone dulci: sed os habet vastum, dentium seriem instar leonis, vulpino pectori, lupino ventre, & caudam habens Draconis venenosissimam: qua tertiam mundi partem attrahere, eamq; inficere ac iugulare intendit. Neque enim vt cæteræ bestiæ herbis syluarum, & pecoribus campi, sed tantum humano cruore & sanguine, nec nisi Sanctorum & verè fidelium Christi nomen agnoscunt & Euangelicam veritatem contra Pontificia mendacia profitentium, satiari potest.

Papa Romanus cum nouo hoc suo infelici fœtu nouaque creatura Deo pijsque inuisa, ceu cuculi sputo totum ferè orbem perlustravit, omnia conspurcauit & miserè foedauit. Et nisi à præsepibus Christianorum arceatur, metuendum est, ne Germanis quoque idem sint: quod locusta, ranæ & Angelus percussor Ægyptijs fuerunt.

Christus Iesus, qui verum est Ecclesiæ caput, dominans in medio inimicorum suorum, misereatur nostri, atq; hanc pestem à terris nostris auertat, suumq; sacrosanctum nomen & syncretum Euangeliū, contra illius monstri furorem & rabiem, clementer defendat, Amen.

Etsi verò superiora satis apertè demonstrant, Iesuitarum Professos reuera tales esse, quales viuis coloribus ipsos depinx: tamen isti, semel verecundia fine transgressi, gnauiter sunt impudentes, & omnem veritatis candorem absterferunt: ita vt ista de ipsis réuelatæ, dicentes & scribentes, calumniatores ac sycophantas appellare, imò ipsis apud Magistratus periculū creare soleat. Neq; enim tales haberi volunt, qui in perniciem Euangelicorum cōspirauerint, & speciali voto ad istam rem præ reliquis Clericis & Monachis, se Pontifici Romano adstrinxerint. Ideo, vt res tanto, magis pateat, non grauabor hic de verbo ad verbum quarti huius voti formulam adscribere, quā decem primi huius Societatis Patres, su-

tres, supra nominati, Pontifici Romano, Paulo III. obtulerunt. Quam etiam Papa Iulius III. repetiuit & confirmauit. Ea ad verbum ita sonat.

Quicunq; in Societate noſtra, quam I E S V nomine inſigniri cupimus, vult ſub crucis vexillo Deo militare, & ſoli Domino atque Romano Pontifici, eius in terris Vicario, ſeruire, poſt ſolenne perpetua caſtitatis votum, proponat ſibi in animo, ſe partem eſſe Societatis, ad hoc potiſſimum iſtitute, vt ad proſectum animarum in vita, & doctrina Christiana, ad fidei propagationem, per publicas prædicationes & verbi Dei mi- Contraria nifterium, ſpiritualia exercitia, & caritatib; opera, & non in matrem per paucorum acru- est verum dium in Christianismo iſtitutionem, ac Christi fidelium, in confessionibus audiendis, ſpiritualem conſolationem praecipue intendat: curet q; primè Deum, deinde huins ſummi iſtitutrationem, que via quadam eſt ad illum, ſemper ante oculos habere, & ſinem hunc ſibi à Deo propositum totis viribus aſsequi. Vnus quisque tamen ſecundum gratiam, ſibi à Spiritu ſancto ſubminifrat am, vt vocationis ſuę proprium gradum; ne quis forte Zelo vtatur, ſed non ſecundum ſcientiam. Cuius proprij cuiusq; gradus, iudicium & officium, diſcretio ac diſtributio tota ſit in manu Prepoſiti ſeu Prelati, per nos eligendi, vt congruus ordo ſeruetur, in omni bene iſtituta communitate neceſſarius. Qui quidem Prepoſitus, de consilio ſociorum, conſtitutiones ad conſtructionem hu- ius propositi, noſtro fini conduentes, in consilio, condendi auctoritatem habeat: maiori ſuffragiorum parte ſemper ſtatueri ius habente. Conſilium vero ſtatueri eſe in rebus quidem granibus, ac perpetuis, maior pars totius Societatis, que a Prepoſito com- mode vocari potuit: In leuioribus autem & temporaneis, omnes illi, quos in loco, vbi Prepoſitus noſter reſidebit, praefentes eſte contigerit. Iubendi autem ius totum, penes Prepoſitum erit.

Sciant omnes Socij, & non ſolum in primis profeſionis ſuę foribus; ſed quoad viixerint, quotidie animo voluant. Hanc Societatem vnuersam, & ſingulos, ſub Sanctissimi Domini noſtri Pape, & aliorum Romanorum Pontificum ſuccellorum eius fidei obediencia Deo militare. Et quanuis Euangeli doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac ſirmiter proſteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tanquam capiti, ac I E S V CHRISTI vicario ſubesse: ad maiorem tamen noſtra Societatis hu- militatem, ac perfectam vniuersitatem, mortificationem, & voluntatum noſtrarum ab- negationem, ſummo per e conducere iudicauimus, ſingulos nos, vltra illud cōmune vin- culum SPECIALI VOTO ASTRINGI: ITA VT QVICQVID MO- DERNVS ALII Romani Pontifices, prot tempore exiſtentes, iuſſerint, ad proſectum animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quacunq; prouincias nos mittere voluerit, ſine villa tergiuertione, aut excuſatione, illico, quantum in nobis fuerit, exequi tenemur: ſiue misericordia nos ad Turcas: ſiue ad quocunq; alios infideles, etiam in R 2 partibus,

Votū Pro-  
fessorum.

partibus, quas Indias vocant, existentes: siue ad quoscumq; hereticos, siue schismatiscos, seu etiam ad quosvis fideles.

Quamobrem, qui ad nos accessuri sunt, antequam huic oneri humeros supponant, diu multumq; meditentur, an tantum pecunie spiritualiæ in bonis habebant, vt turrim banc iuxta consilium dominicum, possint consummari, hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratia polliceatur, vt huic vocationis pondus, illo adiuuante, se laturos sperent. Et postquam, Domino inspirante, huic I E S V Christi militiæ, nomen dederint, diu noctuq; succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem, prompti esse debebunt. Ne qua autem possint esse inter nos Missionum ac Provinciarum huiusmodi aut ambitio vel detrectatio: profiteantur singuli, se nunquam directè aut indirectè de huiusmodi missionibus, quidquam cum Romano Pontifice curatoros: sed omnem hæc curam Deo & ipsi Pontifici, tanquam eius vicario, & Societatis preposito dimissuros. Qui quidem Prepositus sicut ceteri, etiam profiteatur, se nihil de suametipsius missione, in alterutram partem, nisi de Societatis consilio, cum dicto Pontifice esse curaturum. Voueant singuli se in omnibus, qua ad regula huius nostræ obseruationem faciunt, obedientes fore Societatis Preposito. Ille autem iubeat ea, quæ ad consecutionem propositi sibi à Deo & à societate, finis, cognoverit esse opportuna. In prælatione autem sua, benignitatis ac mansuetudinis, caritatisq; Christi, Petri, Pauli, formule semper sit memor, & tam ipse, quam consilium ad normam hanc affi-

NB. duæ affectent: & nominati commendatam habent institutionem puerorum, ac rudimentum in Christiana doctrina, decem præceptorum, atq; aliorum similiūm rudimentorum: quæcumq; secundum circumstantias personarum, locorum ac temporum, illi congrua videbuntur. Est enim maxime necessarium circa prouidentiam huius rei, diligenter Prepositum, & consilium inuigilare: cum & in proximis edificium fidei, sine fundamento non posse consurgere, & in nostris periculum sit, ne ut quisq; erit Doctor, ita prouinciam hanc, tanquam primo effectum minus speciosam, forsitan detrectare, conetur: cum tamen reuera nulla sit fructuosit̄, vel proximis ad edificationem, vel nostris ad caritatis & humilitatis officia simul exercenda. Subdit i verò tum propter ingentes ordinis uilitates, tum propter nunquam satis laudatum humilitatis aſiduum exercitium, Preposito in omnibus ad institutum Societatis pertinentibus parere semper tenentur, & in illo Christum, veluti presentem agnoscant, & quantum decet, venerentur. Cum autem experti fuerimus, iucundiorē, puriorem & ad proximi edificationem aptiorem esse vitam, ab omni auaritia contagione quam remotissimam, & Evangelica paupertati quam similiūm: cumq; sciamus, Dominum nostrum Iesum Christum, seruus suis regnum Dei solū inquirentibus necessaria ad victum & vestitum esse subministraturum, voueant singuli & rniuersi, perpetuam paupertatem, declarantes quod non solū primatum, sed i. e. etiam communiter possint pro Societatis sustentatione,

tione, aut vsu, ad bona aliqua stabilitate, aut ad prouentus seu introitus aliquos, ius ali- Hec anti-  
quod ciuile acquirere, sed sint contenti vsu tantum rerum, sibi donatarum, ad neceſ- quatas sunt  
faria sibi comparanda, recipere. Possint tamen habere in Vniuersitatibus collegium, seu à Iesuitis  
collegia habentia reditus, census seu possessiones, vſibus & necessarijs studentium appli- Augusta-  
candas, retent apenes Praepositum & Societatem omnimoda gubernatione, seu Super- nis, &c.  
intendenzia, supra dicta collegia, & pradicatos studentes, quoad gubernatoris, seu gu-  
bernatorum, ac studentium electionem ac eorundem admissionem, emissionem, rece-  
ptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, circa studentium instructionem, eru-  
ditionem, edificationem ac correctionem, victus vestitusque eis administrandi mo-  
dum, atq; aliam omnimodam gubernationem, regimen & curam. Sic tamen vt neq;  
Studentes, dictis bonis abuti, neq; Societas in propriis vſus cōuertere possit, sed studen-  
tium necessitatib; subuenire. Qui quidem post cognitum in spiritu & literis eorum pro-  
fectum, & post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possunt. So-  
ciij omnes, quicunq; in sacris fuerint, quamvis beneficia Ecclesiastica, ant eorum redi-  
tus non habeant: teneantur tamen singuli priuatim ac particulariter, & communiter,  
ad dicendum officium, secundum Ecclesiasticum.

Hec sunt, que sub prefati, Domini nostri Pauli, & sedis Apostolice beneplacito  
de nostra professione, typo quadam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, vt summa-  
tim sumptione hac informaremus tum illos, qui nos de nostro vita & instituto interro-  
gant: tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores vñquam habebimus  
huius vite. Nam cū multas magnasq; habere difficultates fuerimus experti, oppor-  
tunum iudicauimus etiam statuere, ne quis in hac Societate recipiatur, nisi diu ac dilige-  
nissime fuerit probatus: cū prudens in Christo, & vel doctrina, seu vita Christiana  
puritate apparuerit conspicuus: tunc demum admittatur ad Iesu Christi militiam,  
qui tenuibus coptis nostris sauere dignetur ad gloriā Dei Patris, cui soli sit semper de-  
cus & honor in secula. Amen.

Hanc formulam, ceu pium, sanctum ac Spiritualem profectum, Apostolica au-  
toritate, ex certa scientia approbavit, confirmauit & benedixit, ac perpetua firmi-  
tatis munimine roborauit: ac sub sancte sedis Apostolica protectione suscepit. Paulus  
111. Anno Domini 1540. Quinto Calend. Octob. pontificatus sui anno sexto.

Hanc Bullam, in qua Societatis I E S V vota simplicia, & Specialia,  
nec non & studia & vocatio illorum continentur, cū mihi Romæ le-  
gendam & ponderandam traderet, sperans me subscripturum, Pater  
TVRRANVS, quem alij Torrensem vocant (qui proximis superioribus  
annis linguam suam venenatam in Antonium Sadælem acuit) eam cū  
viderem totam esse Pontificiam: verbis quidem pulcris ornatam, sed re-  
bus impijs scatentem: & in rei veritate aliud verbis pollicentem, aliud  
factis

factis præstantem: sicq; ad seducendum homines, simplicioribusq; imponendum instructissimam esse, illam Romæ inter amphiteatri rudera (ad ymbram ob nimium Solis ardorem me conferens) in hanc propemodum conuerti formam. Quam, licet aliqua ex parte ruden, & in quibusdam denuò mutata, subiungere libet, dubio procul Lectori non penitus ingratam.

Quicunq; in noua hac Societate, ab Ignatio Loiola Hispano, primùm quidem milite profano, inde verò ad superstitionem vñq; religioso, doctrinæ à Martino Lutherò ex Prophetarum & Apostolorum oraculis prolatæ, propriè opposita, locum habere, & sub protectione, tutela ac gratia Sanctissimi Patris ac Præfusilis Papa Romani contra illos militare cupit, is sequentia nōrit, & intra animum suum accuratè pependat.

Sextam hanc licet nuper natam, quo nomine etiam secundum receptam Romanæ Ecclesiæ cōsuetudinem postremum inter reliquorum Monachorum examina locum habitura erat: tamen vt eam Loiola supra reliquos Monachorum ordines eucheret, eiq; apud omnes maximam auctoritatem & existimationem, quasi non ab hominibus inuenta; sed à Deo ipso introducta esset, conciliaret, eam non à primo regularum nostrorum inuentore, vel Iohannitas, vel Petrinos, vel Caraffitas, vel Quietinos: Nam Anno Domini 1523. Episcopus à Quietè, Gioan Petrus Caraffa, ~~moꝝ~~ quandoam, huius ordinis dedit, eiusq; regulas factus Papa, & dictus. P A V L V S IIII. Q V I E T I N A S dixit, easq; ceu omnium aliarum regularum apices & perfectionem summam Bullis confirmauit) nec à se eius emulatore, vel Ignatianos, vel Loiolitas, vel Biscoitas: neq; etiam ab huius patria Guipozitas: sed à I E S V D E I filio denominare voluit. Dulce enim nomen I E S V & omnibus gratum. Sic ergo eò pluribus se imponere: & sub salutifero hoc nomine eò commodiū ipsum Iesum (sicut Herodes prætextu adorationis: Iudas osculo: Pilatus manuum lotione & Euangeliū ipsius persequi: venenumq; suum simpliciorum & minus sibi à Pieudeprophetis cauentium, animis affundere, eosq; inficere & corrumpere se posse iudicauit.

Ne quis autem suspicaretur, illum exarrogantia sibi suisq; nomen I E S V rapuisse, finxit (vt & Mahumetes Turcarum Sator, & Pelargus Annabaptistarum inuentor fecere) diuina colloquia, coelestes ensōres, nec non & Angelorum apparitiones, quibus ab ipso Dei filio, & beatissima ipsius Matre semper virgine Maria edoctus, suos socios & illorū ~~noſrā~~ Societate

Societatem seu compagniā di Giesu, vocārit. Licet autem verè Diabolus sit illorum Pater: (vt mendacia eorum pontifícia, & homicidia papalia *Ioh.8.* demonstrant) non tamen ita deformis esse vult in suis ministris, vt dialboli nativa species cognosci possit: sed mundus & candidus, imò Angelus lucis videri vult. Vnde omnia, quibus ipsius schiaui & mancipia occupantur, scilicet nomen, dicta & facta, sic proponit, vt ea ornent, simula ta quadā imitatione IESV, mundi Saluatoris, & ipsius veritatis. Sic primos suos decem patres, ad imitationem IESV CHRISTI, Apostolos vocavit. Et Bobadilla ait: Nos imitatores Iesu sumus.

Veram pari fide & conscientia tum Iesu tum eius Apostolorum, tum etiam imitatorum CHRISTI nominibus vntuntur. Verus Christi imitator est: qui vocem Christi audit, suam crucem tollit: ac eum pedibus fidei, spei & caritatis sequitur. Sic Paulus dicit: Imitatores mei estote, sicut ego Christi *1.Cor.ii.* Quomodo autem tum ipsius tum Christi imitatores siamus, docet Thessalonicenses, inquiens: Vos imitatores nostri *1.Thess.1.* facti fuistis & Domini, recepto sermone cum oppressione multa, cum gudio Spiritus sancti. Recipientes ergo sermonem Christi & Apostolorum; hi verè sunt Apostolici viri, & Domini discipuli. Recipiunt autem sermonem, qui ei credunt, omnem fiduciam in eius promissis collocant, vitam suam ad illius præscriptum componunt, omniaque aduersa pronome Domini subire non horrent, quæ ipse Dominus & Apostoli eius subierūt. Quia autem nos Iesuitæ, ἀπολείπεται Christo εν διανότητε, *2.Thess.2.* socij dæmoniorum, & fratres n̄s ἀποστολούς ταῦτα, horremus ab omnibus ijs, quæ Christus suo in Enangeliō & fecit & docuit: neq; ipsius promissis fidimus: neque vitam nostram ad eam normam Decalogi, quam ipse explicando monstrauit componimus: sed perfectionis nostræ regulas à Paulo III. & Ignatio Loiola nostro traditas, non aliter quam si à Christo traditæ & ab Apostolis scripto mandatae essent, sequimur: verbum autem Dei, cœl literam mortuam, ac nasum cereum, imò quasi officinam hæreticorum & materiam litis (sic enim docuerūt nos Patres nostri Colonienses) negligimus, ridemus, persequimur. Annon egregij & insignes IESV & Apostolorum eius imitatores sumus? an non per concinnè nomen Iesu nobis ipsis sumpsimus?

Quamobrem quicunque vult sub voluptatis, Veneris, Bacchi, Cererisq; vexillo, Beelzebubo diabolorum Principi militare, si intendat & curet: primò, vt ante omnia Baptismum, in quo nomen Christo (quem nos Luciferianicane & angue peius odimus, ideoq; eius calcaneum semper

Gen. 3.

Act. 9.

per mordemus, illumq; in membris suis persequimur) dedit, & ipsum creatorem suum abneget; periurus, foedifragus & apostata fiat: & soli Satanarum agmini, atque Romano Pontifici, diabolorum omnium in terris vicario, seruat seq; macipet, post suscepsum impurum, nunquam seruandi ccelibatus; sed in omni genere fornicationis, adulterij, scortationis, stupri, raptus, concubinatus, incestus & Sodomiae, more Romanorum Epicuri de grege porcorum, volutandi votum. Deinde proponat sibi in animo, se verum, viuum, natuum, *γεννητον* seu germanum & perfectissimum esse membrum nostræ Caliciticæ Societatis, ad hoc potissimum institutæ, vt ad synceræ fidei & Christianæ extirpationem & animarum seductionem, in doctrina & vita Antichristiana, magia & idolatria Romana multiplici, per conciones pontificias seu idololatricas, per inanem Scholasticorum Philosophiam: per deliria Thomistarum, per somnia Scotistarum; per speculationes Monachorum: per phantasias Clericorum: per canones conciliabulorum: per bullas & indulgentias Papæ: per traditiones Romanæ Ecclesiæ, ipsi Dei verbo præferendas, & verbi diuini neglectum & contemptum: per diabolica, carnalia, hypocritica, pharisæica & idololatrica exercitia, & impietatis ac immisericordiæ opera, & nominati per puerorum ac rudium corruptionem, seductionem & in Antichristianismo institutionem, ac Antichristi fidelium, in conscientiarum carnificinis, per auricularem confessionem, ad animarum interitum & desperationem, instituendis præcipue, quasi proprium suum *τρόπον*, ac spartam sibi ab Antichristo Romano demadatam, intendat & ornet.

1. Tim. 4.

Nisi enim in hac nostra dæmoniorum Societate hoc diligenter curauerimus (quod ante nos etiam Eccius in Germaniam suasit) vt iuuentus per Canisij nostri Catechismum (quem recte Antichristianæ doctrinæ epitomen dicimus) & per nostram Matæologiam ac fabulas seducatur: nunquam Germanos, in fidei sua professione constantes, vel nostræ Societati addictos reddere, vel Pontificis Romani, Dei & patris nostri regno ac tyrannidi, rursus subiucere poterimus. Seniores enim Germanorum constantiores sunt, & in fide sua Euangelica certiora fundamenta habent, quam vt nostris siue minis siue promissis, traditionibus certis & canonibus dubijs, à veritate sua dimoueri queant. Quamobrem si recte Pontificis nostri mandata exequi & nos gratos ipsi exhibere voluerimus: non est, quod in scholis vel templis Inuentutem in sincero Dei verbo, aut puriore Philosophia erudiamus, & pios faciamus: sed in hoc

in hoc inuigilemus omnes, vt illorum animis Euangeliorum existimatio eximatur, & Pontificiorum decretorum obseruatio inferatur. Neq; enim scholæ, templa, domus & collegia nostra in hoc ædificata sunt, vt Iesum syncerè in illis prædicemus, seu faniorem in ipsis Philosophiam tradamus: sed vt Iuuentutem ab illis abstrahamus, & ad pontificium regnum, vel ad nostram societatem deducamus. Hoc est nostrarū scholarum institutum. Non obstante eo, quod nomen nostrum profiteatur, nos Iesum docturos: & nos polliceamur in illis literis, quas ianuis nostrarum scholarum affigimus, nos nihil quam veritatem tradituros. Sic namq; cautè nos facere oportet, ne vngues nostri conspiciantur, & nasuti Germani fucum & fraudes nostras, cum Societatis nostræ detrimento olfiant. Sicuti in inferiori Germania nostris accidit.

His fundamentis iactis, taliq; animo concepto, curet primò quisque nostrum non I E S V M, quem ingrediendo nostram Societatem abnegauit; Non verbum eius, quod nec legat, nec alijs legendum permittat: Sed Pontificem Romanum ac nostros superiores. Hi enim sunt Dij, ac Domini nostri, qui nos ex Aegypto & duris huius mundi laboribus, ad terram Cannaan, Societatem & Collegia nostra, lacte, melle, omnibus voluptatibus & delicijs, à mundo & secularibus hominibus absconditis, fluentia introduxerunt. Deinde etiam obseruet, summi instituti nostri rationem (quæ via quædam est, ad Diaboli vicarium Pontificem Romanum) semper ante oculos habere, & finem sibi ab Antichristo propositum totis viribus assequi: vñus quisq; tamen, secundum παραγγελίαν & nequitias, sibi à Spiritu immundo subministratas, vt vocationis Pontificæ proprium gradum: ne quis fortè zelo vtatur secundum scientiam. Cuius proprij cuiusq; gradus, iudicium & seruitium, discretio & distributio tota sit: non in Dei potestate, vel piorum dispositione (hi enim nihil ad nos, quia antequam nos eramus, illi à Pontificum Romanorum concilijs sunt diris anathematis mis damnavi) sed in sanguinaria manu Præpositi seu Prælati, imò Pilati, per Satanam & Nos eius seruos, eligendi, vt congruuus & condignus ordo, aut debita & nostræ Societati conueniens ἀπάξια (inter τὰξιν enim & ἀπάξιαν, nō statuimus differentiam magnam) instituatur & seruetur: tanquam res, in nostra ex Satanæ inspiratione instituta communione, valde necessaria. Qui quidem Præpositus noster, instar Dei colendus, de consociorum omni fraude & dolo reflectorū consilio, constitutiones antichristianas, ad constructionē huius propositi, nostro fini (qui est homines seducere & perdere) cōducentes;

in consilio condendi auctoritatem habeat: maiori suffragiorum (semper enim inter nos, & maiorum auctoritas, & plurium suffragia, licet impia essent, plus valere debent, quam subditorum pietas, vel vnius veritas) parte semper statuendi ius habente. Consilium vero in rebus graibus (id est, quando deliberatur, quomodo Antichristiani regni rudera ac ruinae restaurari, & nostra Societas augeri & ditari: Christi autem regnum aboliri, & Euangelici omnes deleri, possint) intelligatur esse maior pars Societatis nostrae, quae quidem a Pilato (scribere volebam Praelato) nostro commodè vocari poterit, aduersus Christum & Ecclesiam eius. Hoc consilium seu Synedrion, nobis hodie dicitur Congregatio. Ad quam nostri Primores ex omnibus mundi plagis, in quibus nostri habitant, vocati conueniant, hi in equis, illi in curribus, secumque afferant Romanum, aurum & argentum, a Germanis & alijs populis ablatum: certiore etiam faciant Generalem suum, & hic Pontificem, quid quantumcumque Pontificium Regnum tum alibi, tum maximè in Germania proficiat: qui sint Romanæ Ecclesiæ hostes: qui fautores: ut hi præmij ornari, illi pre-nis affici & excommunicari possint. In qua congregatione nostra, quae singulis annis conscribitur, potissimum agatur de Pontificis Romani & Apostolicæ verius Apostaticæ sedis stabilitamento: de Societatis nostræ incremento: ac de Lutheranorum proditione & abolitione. His, qui hoc fine conueniunt, atque haec totis viribus agunt, Pontifex noster, Dominus Dominorum, nec Deus nec homo, sed ἀνθρωποδιάβολος magnas apostolarias concedet omnium peccatorum indulgentias: ne teneantur vili virtutum studere, nec in æternum saluari. Communicabit etiam illis rosaria consecrata, grana, benedicta, nec non & alias ligneas, lapideas, plumbeas, ferreas, cupreas, stanneas, equinas & mulinas reliquias: quae confiliarij ac negotiatores nostri (dulce enim lucrum ex re quauis) stolidis ac credulis Germanis, pro gemmis, auro & argento vendent: & osculanda ac adoranda prostitutent. Sic ergo nostri cum saluo conducti, & benedictione Pontificiali per signum crucis accepta, ad Germaniam reuersi, nunquam non cauponizent Dei verbum: & vt Iesuitas decet, nomen quidem Iesu in ore & in parietibus domorum, scolarum & templorum depictum habent, eius etiam crucem in baretis suis formam portent: ipsum autem Saluatorem, nec purè nec ex corde predicent, sed in omnibus, & quae sunt Pontificis Romani, & quae sua sunt quærant, atque hominibus placere studeant. Si simulatio enim, auaritia & adulatio nostram Societatem ornant, augent, ditant, & mundi prudentibus

2. Cor. 2.

commen-

commendant. Afferent itaq; secum in Germaniam, ex illa nostra con-  
gregatione & diuitibus nundinis, egregia rosariorum ac granorum à Pa-  
pa nostro hyperphysicè consecratorum, donaria & munera, præsertim  
hoc inter reliqua omnium præstantissimum: Nimirum:

*Indulgencias concessas à Gregorio XIII. Coronis  
Patrum nostrorum pro Germania, dum à congre-  
gatione generali proficerentur; Anno Do-  
mini 1573. die 27. Junij, hac pro-  
mittentes.*

1. Qui consuetudinem habet ter in hebdomada, coronam vel Rosarium dicendi, is  
quiescung<sup>z</sup> Rosarium dixerit, lucratur 200. dies Indulgientiarum, in festu vero 300.
2. Si autem dixerit pro defunctis, per modum suffragij, lucratur omnes indulgen-  
tias, quas illi lucrari solent, qui visitant loca Sancta Romæ, & in hora mortis post per-  
ceptionem Sacramentorum Ecclesia, dicendo nomen I E S U S , ore vel corde, indulgen-  
tiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum.
3. Qui in mense seipso solet communicare, & in hebdomada ter coronam dicere,  
Poterit sibi eligere 4. dies in anno, in quibus lucratur pœnitentiam plenariam, & quo-  
ties communicat, 101. dies indulgentiarum.
4. Qui ter recitat solet Rosarium, lucratur omnibus festiuitatibus B. Virginis, sin-  
gulis diebus Dominicis, & omnibus diebus hebdomadæ Sanctæ, omnes indulgentias con-  
cessas, omnibus templis Romæ, sive sint intra, sive sint extra muros.
5. Qui habuerit consuetudinem semper vesperi conscientiam examinandi, & pa-  
nituerit de erratis, & veniam à Deo petierit, cum vero proposito, tempore ab Ecclesia  
statuto, confitendi, lucratur unum annum indulgentias, omni vespere, quo se prædicto  
modo examinauerit.
6. Servans supra dictum modum, singulis diebus totius anni, quibus dixerit coro-  
nam vel Rosarium orando pro reductione hereticorum & Ecclesia augmento, lucra-  
tur omnes indulgentias, & stationes, que illo die, in quocunq<sup>z</sup> templo urbis Romæ sunt,  
sive illud sit intra sive extra muros.
7. Et vltimò, si quis granum apponat corone non benedictæ, habebit illa corona eas  
indulgencias.

Pro his tantis spiritualibus donis, quæ ex thesauro meriti Sanctorum, per Pontificem Romanum canonizatorum & in cœlis collocatorum (quorum tamen animæ fortassis in inferno sunt positæ) sunt de prompta, magnum fuerit, si nos corporalia beneficia, aurum & argentum, ab ipsis vicissim recipimus? Cur enim non liceret nobis sanctorum meritæ (etsi ea Iesaias panno menstruatæ confert, & Paulus ~~in~~ <sup>in</sup> Cœla nominat) vendere? cum secundum nostrum Prophetam omnia venalia habeamus, si modò spes lucri aliqua affulget.

*Venalia nobis*

*Templa, Sacerdotes, altaria, sacra, corona,*

*Ignes, thura, preces, cœlum est venale Deus.*

Neque curemus, quod alius quispiam de nostris cecinit.

*Vendidit & cœlum Romanus & astra Sacerdos:*

*Ad Stygias igitur cogitur ire domos.*

Quin bullis & indulgentijs laudemus venales, quas volumus extrudere merces. Videat id Christus de cœlo: Quid tum? tamen metu Papæ, à quo plenariam negociandi & camponandi verbum Dei accepimus potestatem, contrahiscere non audebit. Eò quod Papa etiam cœlestibus imperet, & faciat in cœlo & terra quod vult. Qui etiam regna mundi suis adoratoribus gratuitò dividit: & quibus vult, eadem aufert. Et hæc sunt grauiora & perpetua Societatis nostræ negotia, in quibus à nutu Papæ & Generalis, nostri dependeant, prout in congregationibus nostris ipsis præscribitur.

In leuioribus autem, hoc est, in verbo Dei negocijs, & temporaneis, omnes iij, quos in loco, vbi Præpositus noster residebit, præsentes esse cōtigerit, quod ad incremētum Societatis facere videtur, decernant. Dun taxat diligenter attendant, ne Laicis, vel suspicione hærefoes notatis, Bibliorum lectio permittatur, ne forte ex verbi Dei præscripto nos hypocrite, mendacij & vanitatis redarguere præsumant. Nostri autem in omnibus Præposito nostro obediant: ut pote penes quem omne ius est, iubendi omne illud, quod fidem Christianam impedit, bonos mores corrumpit, ~~et~~ Pontificiam promouet: & prauos mores introducit. Cuius rei instructissimum habemus gazophylacium, regulas nostras: quæ omnem hypocrite & superstitionis rationem perfectè docent.

Præterea sciant omnes Socij nostri, iurati Euangelica veritatis hostes, & nō solum in primis Professionis suæ (qua se se Papæ & toti dæmoniorum societati in mancipia tradunt) foribus, sed quoad yixerint, quotidie

eidic animo voluant; Societatem hanc vniuersam, Generalem, Assisten-  
 tes, Præpositores, Visitatores, Provinciales, Rectores, Ministros, Coad-  
 iutores formatos, & in genere omnes nos Epicuri de grege porcos, non  
 Deo, sed sub scelestissimi & immundissimi diabolorum diaboli, Patroni <sup>2. Thess. 2.</sup>  
 nostri, Papæ Romanj, & aliorum Romanorum Antichristianorum, siue  
 hæreticorum & perditorum, siue Gentilium & Barbarorum, successo-  
 rum eius patrocinio, impiæ obedientiæ voto, ipsi Diabolo militare. Et  
 quamuis contra Euangeliū statuamus, & fidei hæretica, ab ipsis Ponti-  
 ficibus Romanis inuēta, firmiter in nomine Satanae profiteamur: omnes  
 fideles Romano Pontifici tanquā capitī subesse: ad maiorem tamen no-  
 stræ Societatis gloriam, commodiorem acquirendarum opum facilita-  
 tem, & Societatis nostræ augmentum ac conseruationem, summopere  
 conducere iudicauimus, ad opprimendam nominis Iesu gloriam, extir-  
 pandam Euangelicam doctrinam, & fundamenta Ecclesiæ Lutherano-  
 rum evertenda, denique cuncta Pontificis nostri iugo subiicienda, sin-  
 gulos nos, egregiè in omni fallaciarum & fraudum genere instructos, vi-  
 tra illud cōmune vinculum, quo nos, vt reliqui Monachi, in obsequium  
 Antichristi tradidimus, speciali voto, quod Professionis est, astringi. Ita  
 vt QVICQVID (siue illud sit Dei mandatis contrarium, siue conforme,  
 imò vbi quam maxime veritati Euangelicæ repugnaret, ibi nos eō prom-  
 ptiores futuri sumus) MODERNVS & alij Romani Pontifices, Satanæ,  
 pro tempore, in hoc mundo, per ipsius grandipotentiā & operationem,  
 vicarij existentes, illuc verò in æternum nobiscum pereuntes, iusserint  
 (sicuti illis, quicquid libet & lubet, iubere licet, utpote quorum volo &  
 iubeo, est ipsum ius & ratio) ad perditionem animarum, & fidei Christia-  
 nae extirpationem: Pontificie verò idolomanæ propagationem perti-  
 nens, & ad quascunque prouincias nos mittere voluerit, fermento hu-  
 manarum traditionum inficiendas, sine vlla tergiuersatione, siue iustum  
 præceperit, siue iniustum: aut excusatione, siue honestum siue inhone-  
 stum iusserit: quantum in nobis est; ceu ipsa Dei iussa & oracula exequi  
 teneamur. Siue miserit nos (quod tamen ne facile fiat, sedulò præcaue-  
 mus: quia fratrum quoq; gratia rara est) ad fratres nostros Turcas, cum  
 quibus Iesu Christi nomen, personam & officium ridemus, factisque ne-  
 gamus: siue ad quoscunque nostri similes infideles, etiam in partibus,  
 quas Indias vocant, (quò inde eō commodiū mendacia Pontificia spar-  
 gere, nobisq; falsa miracula affingere possimus, nec tamen quisquam ob-  
 nimiam distantiam, utrum vera aut falsa scribamus, deprehendere pos-  
 sit: vt

sit: ut Epistolæ Indicæ à nobis typis commissæ declarant ) existentes: siue ad quoscunque nostros hæreticos, siue schismaticos & infideles, qui ex nostris ossibus orti sunt, & intra Ecclesiæ Romanæ gremium fouentur; seu etiam ad quosvis fideles. Non quidem ut ab his veritatem discamus, nosve vñā cum ipsis in Christi obsequium demus: sed ut omnibus dolis & fraudibus, artibus & fallacijs, deceptione & impostura, promissionibus & minis, vi & tyrannide, signis & prodigijs illos ab agnita veritate abstrahere, pontificiæ pietati subiugare, obedientes recipere, Christum abnegantes promouere conemur: contradicentes verò brachio seculari prodi, illorum bona confiscari, ipsos in exilium ejici vel occidi & comburi curemur. In hoc enim nos Deo nostro Pontifici Romano gratum cultum præstamus. Quamobrem qui ad hanc terrorum dæmoniorum, mendacium, homicidiarum, crudelium hypocritarum, superstitionum

*Matt. 24.* Apocal. 17. 18. Pharisaorū, circumforaneorū, Meretricis magicæ amatorum, Epicuri de grege porcorum, Legis diuinæ perturbatorum, conscientiarum carnificum, Cardinalium Lictorum, Episcoporum adulatorum, Christum de nouo crucifigentium, Euangeli corruptorum, atrocissimum Dei hostium, pertinacium & obstinatarum Bestiarum, pestium Germaniæ, eis a lodo ualeant, mortem & victoriam Christi inanem reddentium, obscurantium Sacraenta eius, & verum ipsorum usum tollentium, ac noua instituentium, abnegantium & blasphemantium Dominum nostrum Iesum Christum cum omnibus promissionibus & beneficijs eius: qui, inquam, ad hanc colluuiem serpentinam, Esauiticam, Iebusæam, ac Philistæam accessuri sunt, antequam huic malorum agminis nomina sua dent, corumq; oneri humeros supponant: eos oportet, prius omnem pietatem exuere, erga Deum & homines, Christum abnegare, verbum Euangeli conspurcare, Sacraenta Dei violare, Christi sanguinem & beneficia eius proculare, parentes calcare, magistratum aspernari, omnes amicos deserere, studia veræ Theologiae & Sobriæ Philosophiae relinquere, atque adeo colloquia cum omnibus secularibus abiurare: atque hoc vnum diu multumq; meditari: an tantum pecuniæ Pontificiæ & auxiliij Satanicæ, in bonis Mammonæ sui habeat, ut turrim hanc Babyloniam (in quam Bestia seu meretrix nostra Romana siue Papa, ab ira Dei fugere conatur) iuxta inspirationem Satanæ, inuentum Loiolæ & approbationem ipsius Pontificis, possit consummare: Hoc est, ut magis disertè dicam: anne Spiritus immundus, qui illum ad hanc Professiæ impellit, tantum illi audaciæ & virium polliccatur, ut huius vocationis

tionis pondus, illo astante & adiuuante, se sufferre posse speret. Nihil enim absq; Satanæ auxilio nos Iesuitæ possumus, vt nec Magi absq; illius ope & consilio quicquam adoriuntur. Si ergo hanc Babyloniam turrim & Romanam sedem sartam teatam conseruare cupimus: ante omnia opera danda est, vt ne fortè huius atrij custodem amittamus, nec ab eo deficiamus: quicquid alij sentiat. Hic enim dat nobis omnia regna mundi, quibus Euangelicorum quorundam corda corrumpere & seducere possumus: his fruamur in pace, quis scit ( sicut ex nonnullorum Pontificum nostratum sententia loqui possumus ) an anima sit immortalis, vel vtrum alia vita post hanc restet. Ideo nos circumueamus vt Leones ( quod à vocatione nostra non est alienum, quia Loiolitæ, à Loiola nostro dici possumus ) & quæramus quos quorum ve bona deuoremus.

Matth. 4.

Postquam igitur Domino & Principe huius mundi inspirante, huic Antichristi & dæmoniorum Societati, nomen dederint nostri, ac Christum in cuius iura in Baptismo iurârant abnegauerint: Satanam & opera eius, quibus abrenunciauerant, receperint: seseq; vt morigeros filios Satanae, & fideles seruos tenebrarum decuerit, in omni iniquitate strenuos præbuerint: diu noctuq; succinæti lumbos armis iniustitiæ, ad tam grandis debiti, quo Satanæ & vicario eius Papæ sunt obstricti, solutionem prompti esse debebunt.

Ne autem quæ possit esse inter nos missionum ac prouinciarum huiusmodi, ad seductionem Christianorum & Euangeliij oppressionem instruëtissimam, aut ambitio, ( ad quam omnes ceu terra ad suum centrum Naturâ ferimus ) aut detrectatio ( quæ non metuenda est: cùm maiori desiderio occidendi & deuorandi Euangelicos, quæ lupi famelici ouem, inhiemus: nisi quando vel longa itinera, vel magna pericula, vel multi labores aut aliquæ asperitates, & rerum inopia subeundæ & feren-dæ sunt ) profiteantur singuli, se cum Deo nunquam directè vel indirectè hac de re acturos: nunquam vocati per pium Magistratum ecclesiasticum vel politicum, comparituros, aut passuros, vt nullo vel pietas, vel religionis arguento, ab huiuscemodi missionibus abducantur. Quæ in huic finem institutæ sunt, vt pij Germaniæ Principes, apud Pontificem Romanum, Deum & Regem nostrum ( sicut Christus Dominus illorum Patronus, coram Hanna, Caiapha: Pilato & Herode ) proclamat: Subditi illorum explicantur & occidentur: Euangelica doctrina in auribus nostris fœdissima hæresis, & Lutherana secta nobis abominanda, abolcatur: Etiuentus Germana, per nostros seducta, tantum odium

odium in suos parentes concipiāt, vt instar cuculorum in eos, qui ipsos  
genuerant, fouerant, nutriuerant, educārant, s̄euiant, eos occidant &  
& deuorent. Omnes ergo curen̄t, vt totam istam rem liberrimo Romani  
Pontificis arbitrio committat: ita vt cum illo ea de re ne minimum qui-  
dem consultent, multò minus tergiuersentur, sed quando ipse vult, im-  
petum in Christianos faciant, quicquid siue Deus in verbo suo statuat,  
siue iustitia inbeat. Quia solus Pontifex noster, optimus in nequitia in-  
uenienda: maximus in tyrannide exequenda, in scrinio pectoris sui vi-  
det & nouit, quando in Christianorum pernititem emittendissimus. Nisi  
fortè sanguinaria ipsius consilia nostri Præpositi & Superiores acuere  
velint, sicut certè multa & varia suppeditare nouerunt. Horum enim est  
*Psalm. 2.* Pontifici astare, & consulere aduersus Christū & membrā eius. Ideoq; in  
missionib. suis nihil agat ex Dei mādato, nihil ex iustitia, nihil ex fide, ni-  
hil ex equitate: sed omnia & singula, summa vi, summa iniuria, summo  
dolo, summa violentia, secundū tamen Papæ decreta & Generalis nostri  
placita. Hi enim sunt nostra capita, nostri principes. His in omnibus  
obediamus, etiamsi nos secum ad inferni barathrum rapere velint. His  
*Dift. 40.* votis nostris, cui ferreis vinculis obstricti sumus, neque aliter sentire,  
quam illi volūt, debemus: nisi & vota nostra irrita esse, & in dira illorum  
anathemata incidere, vulcanoq; committi velimus.

Vt autem omnes Sodalitatis huius Patres & fratres Σερμαχοι & ido-  
lolatræ, in huiusmodi missionibus, nihil cum Deo, sed omnia ex nutu in-  
dulgentissimi Patris Papæ nostri agere debent: Ita etiam nec Generalis  
noster totius Societatis Dominus, quicquam cum eo consultet, quando  
vel ipsum, vel suos Papa emittere intendit: sed totus & ipse, ab arbitrio  
Papæ dependeat, & Societatis Antistibus consulat, ne quid contra Papæ  
nostræ sententiam vel auctoritatem suscipi vel decerni patiamur. Quod  
si secūs fieret, plenaria Papæ sit concessa potestas: vt quemadmodum nos  
creauit, confirmauit, auxit & ditauit: Ita & nos omnes in inobedientiæ  
crimine (si scilicet Euangelium purè prædicemus, & Christi sacramenta  
recte & integrè iuxta ipsius institutionem administremus) deprehensos,  
omni dignitate spoliare, exuere, maledicere, anathematizare, occidere  
& damnare ausit. Ne igitur & vitam & opes & honores amittamus, o-  
mnia ex pontificis Romani decreto faciamus. Quicquid Deus, Verbum,  
Cælum, Aēr, Aqua, Terra, superi & inferi contra nos clamitent. Semel  
enim nos meretricis illius magnæ seruos ac membra fecimus: omni igi-  
tur tempore illi obsequium præstems, quo mundi regna nobis diuidat.

Voueant

Voueant etiam singuli & omnes se in omnibus, etiam Dei verbo & omni honestati aperte repugnantibus, obedientes fore Societatis Praeposito, si ea ad regulam huius nostrae, de emissione in Christianos, observantiam facere animaduerterint. Quia Papa & Generalis noster, supra omnem legem sunt positi ac ipsi sunt nobis Decalogus ac Lex nostra: ut dixit Iacobus Crusius, nouitorum nostrorum Landsprægæ excoctor.

Praepositus porrò noster illa iubeat, quæ ad consecutionem propositi, ab Antichristo Romano, & à deuotorijs eius seruis fodalitate nostra, finis cognoverit esse oportuna. Finis autem nostra est, ad mandatum Papæ Romani, totum pergrare orbem, & quantum in nobis est, dolis & fraudibus, technis & malis artibus, omnibus consilijs & scriptis, machinationibus & insidijs, imposturis & prodictionibus, muneribus & opibus, minis & promissis, vi & tyrannide, clam & palam (hæc enim sunt nobis media, quibus Lutheranos adoriri, & non raro etiam expugnare solemus) Euangelicos inuadere, & aut seducere, aut prodere ac interficare. Et ijsdem artibus Regnum Pontificium iuuare, eos pomaria dilatare, amplificare & exaltare, aduersus & supra omne id, quod est & dicitur Christus, & regnum seu Ecclesiæ eius. Hoc est propositum nostrum, rui-  
nas Pontificij regni restaurare, rudera eius reædificare, Ecclesiæ Ger-  
manorum Principum destruere, illos ad Ecclesiasticorum bonorum re-  
stitutionem adigere, & nomen ac regna illorum penitus ad internecio-  
nem usq; delere. Ideo, non vt reliqui Monachi, vel ad solitaria loca nos  
conferimus: neq; extra vrbes habitamus: neq; nostris in collegijs nos  
continemus: sed vt regula nostra mandat: per omnes mundi plagas cir-  
cumcursitamus, per omnes plateas vrbium vagamur, aulas Principium Regula 3.  
affiduè visitamus, ædestum magnatum tum priuatorum hominum in-  
desinenter subintramus, passim querentes quos deuoremus. Quo in  
proposito, à Principe huius mundi, qui distribuit bona adorantibus se: &  
ab eius vicario, Papa Romano, Nostræ Sodalitatis capite & Deo terreno,  
gratis nobis quæ volumus ~~ταπεινωσις~~ communicante, instigamur, adiuua-  
musr, communimur & in perniciem Euangelicorum armamur. Ideo in  
constitutionibus nostris sæpius repetitur hæc loquendi forma: in Do-  
mino: sub vicario Christi. Vbi, per Dominum; vel Deum huius mundi,  
vel seruum seruorum Dei, Chamum, hoc est, totius Pontificij regni ca-  
put & ~~αρχη~~, Pontificem Romanum, Antichristum, intelligimus. Per  
vicarium Christi, Pöfificis tutelam, custodiā, opes & auctoritatem ac-  
cipimus. Hoc esse nostrum propositum: hunc esse nostrum finem: Hu-

gonotæ in Gallia viuentes; in Hispania latitantes: Lutherani in Germania, Polonia, Vngaria, Bohemia, Transsylvania, Helvetia, Belgio, Austria, Bauaria, Suevia & alibi florentes: suo cum periculo & detimento magno sunt experti: Et laus & honor Pontifici nostro, & gloria eius capti, Domino inferorum, qui nos miserū ad oras illorum, in quibus haec tenus illorum auxilijs satis feliciter pugnauimus: maiora præstutri, si, vt hactenus quidam Germani Principes fecerunt, nos porro pro nostro arbitrio circumire & grassari, passi fuerint.

Amos 6.

Vt autem etiam illorum, sicut Italorum occupemus animos, illorumq; regna inuadamus, nihil intermittemus, quibus illorum fauorem & gratiam ( vt constitutiones iubent ) demereamur. Principibus enim deuictis ( dicit Ignatius Loiola in constitutionibus & missionum regulis ) subditi facilè obedire cogentur. Illi enim à Papa corrupti numeribus & territi illius potentia, sua auctoritate & legibus, subditos nullo negotio ad colenda idola nostra impellent, tergiuersantes punient, pelle detraetæ eos excoriabunt, & ossa eorum confringent & concident sicut in lebete. Interim nos summo studio eos seducemus: mordebitus dentibus, & prædicabimus pacem: & si qui non dederint in ore nostro satis, sanctificabimus super eos prælium: ædificantes nostram Societatem in sanguinibus, & domos nostras in iniquitate: in mercede quiduis docentes: & in pecunia diuinates: & super Dominum requiescentes, dicimus:

Mich. 3.

Mich. 3.

Mich. 7.

Soph. 1.

Zach. 1.5.

Regula 3.

Dominator illius est

Papa.

Zach. II.

Nunquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos malæ. Vbi est Deus illorum, qui illos ex manibus nostris cripiat? Non faciet illis bene Dominus: non faciet nobis malè. Nos sumus, & extra nos non sunt alij amplius. Nos sumus, quos misit Dominus, vt perambulemus terram: Nos sumus oculi Domini, qui discurrunt in vniuersam terram: Nos sumus filij olei splendoris, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Quemadmodum hæc & alia dicta Patres nostri, Laynetz, Salmanasar & Torrens, de nobis per concinnè interpretati sunt. In quibus omnibus dicere consueimus: Benedictus Dominus, quod facti sumus. Laus Deo, Iesus  Maria cōserua nos filios tuos, in sancto obsequio tuo, &c.

Hoc est, inquam, nostrum propositum, & vt rem breuibus repeatam, sicut; eam nostrorum memoria & animis fortius imprimam, hic est finis noster: Legatos seu proditores Papæ agere ad Ecclesiæ Germaniæ verè catholicas: his præcipere, vt sequantur leges, decreta & canones Pontificis Romani; prohibere publicas & priuatas Euangelij prædicationes, integrum *doxæ* sumptionem interdicere; corrumpere & deprauare

prauare sanctum Dei verbum: populum Euangelicum seducere: scho-  
 las, domos, collegia & templi idololatrica ædificare: in his quotidie Mis-  
 sam facere: hoc abominadum idolum Deo pro peccatis viuorum & de-  
 functorum, quasi propitiatorium loco vnici sacrificij Christi obtrude-  
 re: filios & filias à communis vita laboribus, ad Monasticorum ocium,  
 delicias & libidines pertrahere: in omnibus immundicijs Pontificis Ro-  
 mani eas inquinare: & hoc agere, vt obliuiscantur Legem Domini, &  
 immutent iustificationes Dei, sacra BIBLIA conscindant & combu-  
 tant, omnes etiam, quicunque obseruant legem Domini, secundum edi-  
 tum Papæ & inquisitionis decretum, trucidant vel igni committant.  
 Quandoquidem omnis biblicus, vt dixit Iacobus Crusius Iesuita, facile  
 fit hæreticus. Et propterea prudenter Papa Romanus, Gregorius XIII.  
 cauit, ne villa exemplaria Bibliorum, in lingua Italica typis cōmitteren-  
 tur, ne lectione Bibliorum veritas Euangeli in Italia, vt in Germania,  
 interitu regni Pontificij, illucesceret. Et quid opus est lectione Biblio-  
 rum? dicebat Iesuita Hoffæus, cūm nobis sint salutaria Ecclesia præce-  
 pta, quæ vicem Bibliorum apud Catholicos obtinere debent. Fuerunt  
 Christiani antequam Biblia conscriberentur: Neminem litera illorum  
 mortua saluat. Ecclesiam audiamus, & salui erimus. Hæc enim est litera  
 viua, & ipsa lex Dei: quæ nec errat nec decipit. Imò vt noster Pater Fa- Anno 1583.  
 bricius Romæ apud sanctum Andream dixit: Hæretici, semper hæreti- 3. Augusti.  
 ca in nos vrgent Biblia: nos Biblia habemus Pontificē Romanum, quem  
 sequentes errare & decipi non possumus. Papa etiam seipsum interpre-  
 tari potest: Biblia autem nequaquam. Ideo tutius illius decretis, quam  
 huius obscuritatibus confidere possumus. Et noster Gregorius de Va-  
 lentia, ter magnus ille Theologus & hæreticorum malleus (vt sibi vide-  
 tur) cuidam Lutherano grauiter dixit: Tu si vis egregius esse catholicus: Landſper-  
 ne occuperis esse Biblicus. Quandoquidem bono catholico sufficiunt Anno  
 ad salutem, Ecclesiæ catholicæ decreta. Huius, non Bibliorum placitis, 1582. 6. A-  
 tutò confidere potes. Quòd sacra Biblia, pro ipsorum sublimitate, non pril.  
 uno eodemq; sensu, vniuersi accipiunt: sed eiusdem eloquia aliter atque  
 alter, aliis atque aliis, interpretatur. Tutissimum ergo est, Ecclesiæ  
 Catholicæ canonibus acquiescere: quæ vt non decipitur, ita quoq; ne  
 minem decipit. Est enim columna & fundamentum veritatis: & habet  
 caput, vicarium Christi, Pontificem Romanum, cuius fides non deficit:  
 qui omnia iura in scrinio pectoris sui gerit: & errare nequit. Ut ergo Pro-  
 pheta: tutò potuerunt confidere verbis Domini, quòd ipsum audiebant:

Ita omnis Catholicus, dicebat Pater Julius Landspergæ in Catechismi Canisij explicatione, tutò potest & debet confidere Ecclesiæ decretis: quia in ipsis loquentem audit Pontificem Romanum, cui nominatim & singulariter Spiritus sanctus est datus, quiq; extra omnem erroris aleam est positus. Huius iussa qui faciunt, sicut faciunt Hispaniæ & Italiaæ Proceres, hi erunt amici Pontificis Romani: nosq; curabimus eos auro & argento, & muneribus multis amplificari & ditari: altera verò via eunt, spoliari & trucidari.

Hoc igitur fine omnibus Societatis nostræ sectatoribus ob oculos posito, Generalis noster, licet sit in prælatione Superbiæ & magnificentiaz suæ: tamen semper erit memor benignitatis, mansuetudinis & caritatis, meretricis illius magnæ formulæ cœuentib; erga eos, qui mandata sua, ex sermone pectoris Pontificalis desumpta, custodiunt: & tam ipse, quam omnia consilia eius, ad priorem finem assidue spectabunt. Et ut cum facile & citò consequi possint: nominatim demandatæ habeant, institutionem puerorum Euangelicorum, ac rudium, in Antichristiana doctrina. Hos potissimum erudiant in Catechismo Petri Canisij nostri: & in Ecclesiæ Romanæ præceptis, atq; alijs similibus dogmatibus, quæcunque secundum circumstantias personarum, locorum & temporum (secundum quæ etiam Dei verbum interpretandum venit) illis congrua videbuntur. Non pudeat nostros iuuentutem publicis in plateis Canisij docere Catechismum: promissis & muneribus, imaginibus & nummis illos ad eius studium allicientes: atque ab his eos, ad altiora Romanæ Ecclesiæ mysteria perducentes. Est enim maximè necessarium, circa prouidentiam huius rei, Præpositum & Consilium diligenter inuigilare. Rationes eius, quæ nos impellant, sunt manifestæ. Nisi enim hunc in modum Germaniæ iuuentus corrumpatur & seducatur, fundamenta Pontificiæ religionis in Germania iacere nunquam poterimus: Seniores enim constantiores sunt, quam ut ipsi ab Euangelica sua sententia dimoueri possint. Seruit etiam ad hoc, ut nostri, alioquin doctrinæ humanæ scientiæ inflati, humilientur: neque hanc prouinciam, ut minus speciosam, detrectent: cum tamen reuera nulla sit fructusior, vel Germanis ad seductionem, vel potius nostris ad ditationem & Societatis locupletationem. Quæ enim res alia nostræ Societati initio Gentium Romanarum fauorem conciliauit? Quid illos in Italia, Hispania & aliquibus Germaniæ diæcesibus prouexit? Quare alia sunt ditati, & collegijs aucti? quam quod.

quod gratis iuuentutem in literis erudierunt, & professi sunt se gratuitos Gentium Doctores futuros.

Subdit ergo seu socij nostri omnes, tum propter ingentes ordinis nostri utilitates, tum propter illius incrementum & famam, præposito Generali, in omnibus ad institutum Societatis pertinentibus, obedire semper teneantur, aut excludantur. In illo etiam, quasi esset Christus, omnia diuina agnoscant, & quantum opus est, venerentur. Qui enim Generalem audit, Christum audit: qui illum spernit, Christum spernit: ut nostri maiores tradunt, & regulae obedientiae dicunt. Nostri ergo sint æmulatores regularum ab Ignatio traditarum: tradant etiam, si Papa iubeat, vitam suam pro Traditionibus Ecclesiæ Catholicae: & memores sint operum decem primorum Patrum, quæ fecerunt in Italia, Hispania, Gallia & Germania: & accipient gloriam magnam, & nomen æternum. Ipse etiam Pontifex noster, non cessabit illis benefacere: nos quoq; in omnibus ipsis adiuuabimus & prouchemus: operam daturi strenuam, ne vlla bonorum copia destituantur. A verbis ergo Lutheranorum ne timeant: quomodo enim hi nostris noceant, si ipsi nobis obediuerint? Quin ipsi à facie gladij nostri concident: nostri autem glorioſi erunt in regno Pontificijs Romani, Patris nostri Indulgentissimi, Optimi & Maximi. Aderunt etiam nostris Episcopi Romanæ Ecclesiæ iurati. Aderit etiam brachium seculare. Ergo filij obedientię confortemini, & viriliter agatis, prælia Pontificis Romani fortiter decertetis: critis filij Ecclesiæ Romanæ benedicti (dicit Pater noster Possevinnus in libro: *Il soldato Cristiano*) ac inter vos terram & bona Euangelicorum distribuetis: inq; illorum locum habitatores, filios Italiae & Hispaniae facietis. Sicuti nunc Tales vi. Pontificis Romani beneficio, in multis nostris Germanicis collegijs pre- ros impios sudes habemus Italos & Hispanos, aut eos Rectores Germanos, qui in etiā elegit Italia & Hispania omnem Pontificiam superstitionem & idolomaniam Bacchides, ad vnguem edidicerunt & probè callent: sicq; Italo Germani facti, ne- & consti- quiores sunt quam Itali nati. Neque enim terimus, quos suspicamur E- tuit eos Do uangelicis protestantibus fauere. Hi Rectores Italici & Hispani, æquè in minos in doctrina, ac Mercatores illorum in mercibus, simpliciores & credulos Israël, i. Germanos, circumuenire & decipere possunt. Speramus enim illos, nisi Maccab. 9. præuenerint ipsis Germani Principes, velocius maiora quam putant, Rector Ie- facturos & Monasteria, in quibus aluntur scholastici, in nostræ societa- fuitarum tis domos, collegia ac residentias conuersuros. Ut optimam Spem, Bo- Ingolsta- nauentura Iesuita, de domo Augustana Confessionis (Augusta in vsum dī).

*Landper-* pietatis & veræ fidei, iuuentuti tradēdæ extructæ) & Zieglerus minister  
 Iesuitarum, de cœnobij & literarum seminarijs, per in clytum ducatum  
 Vvirtenbergensem sparsis, fouent & alunt: futurum nimirum, vt loque-  
 bantur, vt Augustana Confessione abolitâ, & Principe Vvirtenbergico  
 è viuis sublato, cuncta Euangelicorum bona & tempa in illorum pos-  
 sessionem, veniant. Tunc scilicet illos ruinas, Romanae Ecclesiæ per Lu-  
 therum illatas, resarfuros & restauraturos. Tunc benè erit Pontifici Ro-  
 mano & Genti Societatis nostræ à mari ad mare, in Germania, & Italia, &  
 in vniuersa terra. Primarij enim nostri hostes, qui & Ecclesiæ Romanæ  
 & nostræ Societati plurimū nocuerunt, cùm ex Saxoniam partibus, tum  
 ex agro Vvirtenbergico proruperunt. Illis exterminatis & deuastatis,  
 neque gladius neque hostis nobis erit amplius. Melius ergo consilium  
 inire non possimus, quām vt mittamus occulte epistolas socijs nostris  
 per Germaniam dispersis, vt omnibus, quibuscunq; possunt, artibus,  
 Germanos Principes vel seducant, vel comprehendendi & trucidari current.  
 Quod quidem hactenus non potuerunt, quia innotuerunt eis consilia  
 nostrorum, quos ex numero aliimus Germanorum. Multò igitur cau-  
 tiūs & occultiūs nostra per Italos & Hispanos, quos habemus inter Ger-  
 manos, agere & perfidere poterimus, vt dixit Doctor Theologie Romæ  
 formatus Melchior Stör Iesuita. Quamobrem ne sit, qui nostrorum  
 consilia & occulta cordium in apertum producat, mandamus omnibus  
 nostris, ne Rectores vel regentes Germanos eligant: sed in Germanos  
 imperium ac plenariam potestatem sibi sumant soli, vel Itali vel Hispani,  
 quadruplici voto Pontifici Romano obstricti. Vel si qui ex Germanis  
 fuerint, penes quos aliquod in nostros imperium erit: iijuramento se  
 obligent, se nihil contra Papæ Romani decreta, vel nostram Societatem,  
 absq; singulari Pontificis Romani mandato, aut Speciali nostri Genera-  
 lis statuto, cogitatueros, locutueros, factueros. Si qui etiam nostrorum à  
 Germanorum Euangelicorum partibus stare videbuntur: iij vel Societa-  
 te excludantur, vel potius in Italiā aut Hispaniam, ne in nostrorum  
 electionem conspirare possint allegentur: ibiq; sub obedientiæ iugum  
 ita mittantur & cogantur, sicuti ex vsu nostræ Societatis fore videbi-  
 tur.

*Narr.*  
*de Jefuitis*  
*S. Bonis ut*  
*Sodalitatis*  
*consulere*  
 Diligenter autem caueant, ne doctiores vel prudentiores remo-  
 neantur. Hi enim vinculis Societatis exuti, magis quām ipsi Lutherani  
 hæretici, Sodalitati nostræ incommodare solent. Et ne possint fuga sibi  
 consulere, vel abscondita & secreta Societatis nostræ reliquis commu-  
 nicare,

nicare, includantur: nec permittatur illis vlla cum exteris conuersatio vel colloquium. Quin satius est, inquit Iesuita Torrensis noster, suspe-  
ctos è medio tolli & torrceri, quām illis permitti, vt votis ruptis liberi se-  
culo restituantur. Cūm Societas nostra satis superq; edocta, suoq; dam-  
no experta sit: quæ, qualia & quanta, inter Lutheranos effecerint illi,  
quos Superiores nostri dimiserunt. Tales ergo, ait BONIVS Iesuita no-  
ster, vel perpetuis carceribus mancipentur, vel ab ijs, quibus cum con-  
spiraturi putantur, remoueantur: vel Inquisitoribus tradātur: vel clām,  
vel palām (prout Superiores Societati nostræ profuturum iudicabunt)  
è numero viuentiū eximantur. Neq; enim magis Societati nostræ & Ec-  
clesiæ Romanæ profunt, quām pestiferum membrum corpori: vrsus  
vineæ: lupus ouili: proditor castris: seditionis ciuitati. Ergo abscindan-  
tur vel à Papa, vel à Pontificio magistratu, penes quostalis est auctoritas,  
vt eos, quos ipsis (ceu Iudæi Christum Pilato) trucidando tradimus, ac-  
cūsent, iudicent, damnent, & è medio tollant. In hunc enim mōdum fa-  
tis masculè Andreas Fabricius ad Imperatorem scripsit, in libro cui ti-  
tulus est Harmoniæ Augustanæ Confessionis: monens Casareæ Maie- Circa an-  
statis esse, & Principum Imperij, à nobis deficientes, vel Papæ & Ecclesiæ num Chri-  
Romanæ contradicentes, ceu publicam lucem ab Ecclesia Romana auer-  
tere, tantumq; malum, congrua severitate, ne vniuersum Pontificiz  
Reipub. corpus ad extremum inficiatur, rescindere. Nihil obstante, et-  
iamsi fidem & pacem Religioni Lutheranæ datam ac iuratam, nec non  
& proprijs suis manibus subscriptam, violare oporteat. Quod secundum  
Papam, hæretico fides iurata & publicè data seruanda non sit.

Fabricius T. 1566.

Tales ergo inter nos sint, qui de fidei & morum rebus, contem-  
pto & neglecto Dei verbo & fundamentis, quæ Lutherus in suis scriptis  
monstrat, ex Papæ & nostrorum instituto & ingenio statuere velint, ac  
pluris Papæ placita, & nostrorum regulas, quām mortuam Scripturæ Bi-  
blicæ literam, multis nominibus à Luthero prædicatam, faciant: nihilq;  
current, etiamsi de nobis, quod Christus de hypocritis & Phariseis, di-  
cant, nos propter Ignatij Loiolæ regulas & Papæ traditiones, mandata  
Dei violare: nos sacramenta à Christo instituta turpissimè nostris tra-  
ditionibus, regulis, statutis, concionibus, additionibus, & corruptelis  
polluere, depravare, mutilare, profanare, confuscare, inq; planè alios,  
& toto genere diuersos vrsus mutare: nos esse hypocritas, sanctulos, adu-  
latores, rumori gerulos, nugiendos: inficta humilitate & hypocritica  
religione incedere, inflatos esse sensu sanctitatis nostræ: non tenere car-

put

put Christum à fide discedentes attendere Spiritibus erroris, & doctrinæ dæmoniorum: in hypocrisi mendacium loqui, cauteriatam conscientiam habentes, sicut Apostolus nos viuis coloribus depinxerit: nos cacycos nihil docere, quam prauas, peruersas, superstitiones, impias, absurdas & idololatricas opiniones, traditiones humanas, persuasibilia rationis cæcæ argumenta, sine firmis, solidis, claris & perficuis, ex sacra scriptura depromptis fundamentis & testimonijis, infirma item, egena, frivola, puerilia, anilia, nugatoria, languida, clumbia, rancida & iam dudum obsoleta argumenta. Nostri ergo aures ad huiusmodi incantationes obdurent, & quasi surdi & muti transcant: & contenti sint Papæ placidis, nostris regulis, episcoporum traditionibus, conciliorum decretis, longi temporis consuetudine, antiquitate, & si quæ sunt his consimilia. Hæc enim sunt nostrum robur & fundamētum: quo suffosso nostra Societas corrueret, & sedes Apostolica periret. Quamobrem, manibus pedibusq;, armis velisq; pro illorum conseruatione, ceu pro ara focisq; pugnare decet omnes, qui nostra militia sua nomina dederunt. Nam vota nihil aliud à nobis exigunt, quam vt Papæ simpliciter & sine vlla tergiuersatione in omnibus quæ vult obsequamur, magna, eaque congrua confidantia tradentes, quæ in mandatis ab ipsius Maiestate accepimus; licet nihil bonorum, nisi mera & inanis spes possidendarum rerum Germanicarum, ad nos rediret.

Et ne qui sint, qui propter copiam rerum, quibus paucis ab annis, in medio Germanorum potiti sumus, eosq; ceu Israëlitæ (vt dicit pater noster, Assistēs Romæ nobis à latere, fidus Hoffæus) Ægyptios spoliauiimus, ac etiamnum hodie bonis omnibus exuimus, elati animi esse velint: turpemq; nonnullorum Clericorum, maximè vero omnium Monachorum, plus quam resupinam ignauiam sectari conentur: sicq; Papæ & Societati causa doloris & interitus existere, sodalitatem nostram Germanis odiosam & inuisam reddere, nos eorum ludibrio exponere, se erga Pontificem Romanum, summum nostrum benefactorem ingratitudine polluere; eius benevolentiam, cuius beneficio haec tenus res nostræ satis feliciter & ex animi sententia procedebat, à nobis auertere, filij inobedientes fieri, famam nostrorum, quam haec tenus affectauimus, tituloque eruditio[n]is consecuti sumus, obliterate incipient. Ideo præcipimus, & vouere nostros volumus omnes, perpetuam paupertatem. Non quidem illam, quam Lutherus Euāgelicam dixit, sed quam Maiores nostri appellauere religiosam: quæ sit, vt rectè quidam nostrorum sensit Prophe-

Propheta, humiliis sine despectu, & egena sine omni defectu: seu, ut Ignatius noster, in regulis mandauit, sit pura, ac religionis murus, hoc est, sine omni indigentia, non nostrorum inopia, sed domorum & opum copia, definita: qua nullus quicquam proprij, vel apud se, vel apud alios, vt regula mandat, habeat: sed tamen satis per nostrorum bonorum ~~coivariae~~ possideat. In quarum rerum communicatione, ad Apostolorum morem anhelantes, Anabaptistas nequaquam improbamus. Nam priuatim nihil possidere, in communi vero omnia, & ~~coivariae~~ & delicatissime, instar regum obtinere: id demum nostris, Torzensi, Bonauenturæ, Hoffæo, Crusio, Julio & Canisio est spiritualiter pauperem agere, & spiritualiter mendicum esse: quicquid Lutherus dicat de paupertate Spiritus, & de Euangeliō, neque præcipiente, neque consilente (sicut Lutherus & Spangbergius loquuntur) vt quis discedat à facultatibus proprijs, aut res in commune conferat. Nihil hæc ad nos, quorum est fundos, feuda & fortunas, voto paupertatis, ceu retibus attractas, non minori virtute & arte, quam partæ sunt, tueri, conseruare & augere: ne alijs largientes ad mendicitatem vel inopiam ipsi redigamur. Sic enim in hunc sensum, nostri patres philosophotheologi, verba Salomonis Proverb. 5. de fontium scaturagine ac riuiolorum foras deriuatione, quorum tamen Dominus quisque manere debeat, trahunt. Neque immerito. Cùm enim inter rusticos ac Laicos, (vt noster Pater dixit Bobadilla) Date, fermè sit occisum: non opus est, vt Dabitur nostrum in alios liberale existat: Nos ergo voto pauperes, possessione diuities, nostras opes, quæ ex Papæ, Cardinalium, Episcoporum, multorum Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Ciuium & Rusticorum eleemosynis amplissimis nobis, non in aliquibus obulis, sed in multis coronatorum millibus obtingunt, fortiter teneamus: ita vt malimus de vita, quam de ipsis periclitari. Vo- Matth. 10.

to ergo opes deseramus, non re illarum possessiones abijciamus. Sufficit enim nostram paupertatem in affectu, non in defectu esse positam, qua nostra electione, & mādato Papæ, & voluntate nostrorum Superiorum, nihil proprium vel peculiare singuli, sed omnia ~~coivariae~~ omnes, ait pater Hoffmayrerus, possidemus, ac vitæ necessaria à nostro Superiore accipi-  
mus.

Expert etiam sumus, hunc paupertatis modum nostræ Societati plurimum profuisse, dum hac arte, multa nobis collegia passim extructa videmus: vt de aliarum rerum, dicebat Baderus noster, copia nihil dicamus: qua multos Comites, in Principes, superamus. Est hoc vitæ ge-

nus iucundum, purum, gratum, suave, dulce, & ad proximi, magis tamen nostri ædificationē maximē aptum. Dum enim paupertatis votum profitemur, & inter dum stipem colligimus, sit ut Laici putent, nos ab omnī avaritiae contagione alienissimos ac purissimos esse: & Apostolis simili mos. Et cū sciamus, Dominum nostrum Papam, nobis seruis suis, regni cius & Apostolicæ sedis in columitatem tantum quærerentibus, necessaria ad victum & amictum abundantanter, de Ecclesiæ thesauris subministraturum: quare non omnes & singuli perpetuam paupertatem voveremus? cū compertum habeamus, nobis, sub tam opulento Patre, nihil bonorum terrenorum defuturum. Quamobrem nos singulos & universos declaramus erga Papam, quod nihil, non solum priuatim, sed neque etiam communiter possimus vel velimus, pro Societatis nostræ sustentatione, aut vsu, ad bona aliqua stabilia, aut ad prouentus seu introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere (ius autem ciuile propterea repudiamus, quia de iure Canonico omnia affatim nobis subministratur) sed quod contenti futuri simus vsu earum rerum, quarum copiam ex diuitum donatione possidemus. Relinquimus ergo ciuibus ipsam pecuniam, sed interesse ac censum postulamus, talem & tantum, qualē & quantum (vt in Cōstitutionibus nostris habetur) ad nostrorum sustentationem sufficere putamus. Ius autem ciuile & brachium seculare, seu politicus Magistratus bona nostra tueri debent, nec permettere, vt quid censi vel fœnori derogetur. Quandoquidem illorum est, bona Ecclesiæ augere, non minuere; vt ius pontificium illis præscribit. Magistratus ergo Politicus nostrorum bonorum tutorem agat: nobis autem illorum usum concedat: nec quicquam in priuatum usum suum conferat, ne idem illis, quod Oziæ & Balthasari Regibus, res sacras prophanantibus, accidat. Non enim felices habent successus, qui (vt noster pater Lainet dicere solebat) Petri indusium induere, ac patrimonium eius affectare conantur. Ne quis autem arbitretur, nobis ius & priuilegium possessionum ac stabilium bonorum omnino ademptā: aut propter votum paupertatis, rerum proprietatem & domorum possessionem penitus nobis denegatam: sciendum est, Dominum nostrum Papam pro singulari us in nos benevolentia & indulgentia, qua, vt in alijs, ita maximē etiam in hoc negocio nos adiuuat, nobiscum (vt loquuntur) dispensasse: ac concessisse, vt habeamus in universitatibus (in quibus Rectores & Professores agimus, & doctrinam Papæ pro viribus tradimus, multos regno Pontificio adducimus, & labascentem Romanam Ecclesiam erigimus) dōmos,

mos, collegia, redditus, census, introitus ac reliqua stabilia bona; ea tamen non in alium usum, sed tantum usibus & necessitatibus studentium nostrorum applicanda. Neque tamen licet omnibus pro libitu ea tractare, sed nostrorum facultatum potestas ac gubernatio retenta sit penes Praepositum generalem Societatis nostrae. Qui omnimodè res opesque nostras gubernet. In quarum administratione deficiat, illi, ceu Mosi, Socij addantur prudentes, quos constitutiones nostræ, Assistentes, Superintendentes, Provinciales, Rectores, Regentes ac Ministros vocant: qui in supra dicta nostra collegia, bona, & praedictos Studentes ac Nouitios nostros potestatem habeant, quo ad gubernationem, seu ad gubernatorium ac studentium vocationem, electionem, admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem: statutorum, traditionum, regularum, ordinationem, instructionem, eruditionem, ædificationem, eorrectionem, disciplinam: victus denique amictusq; administrandi modum, atq; reliquam omnimodam gubernandi rationem, regimen & curam attinet. Sic ut plebeis ac secularibus parentibus, omnis potestas in *γηνόντες* suos filios, qui nomina sua nostræ dedere Societati, admittatur. Nostri etiam studentes ac nouitij omnem, ut regula nostra mandat, erga germanos parentes, carnalem affectum, naturalem amorem ac *σοργὴν φυσικὴν* exuant, eamq; in spiritualem nostrorum patrum dilectionem, ut Ignatius dixit, conuertant. Hoc enim est propter Christum parentes deferere, Saluatorem nostrum in suis seruis plus quam scipsum diligere. Et cur Neophyti nostri illud non facerent? Habent pro uno patre naturali, aliquot milie patres spirituales, qui eum ad omnem pontificiam doctrinam, nō patrum *πατέρων τοῦ οἰκουμένης*, facient, erudire & perfectum Romanum, ac viuum Ecclesiæ Romanæ membrum facere possunt. Habent pro una domo infinita penè collegia, ornata & splendore, prælustres comitum arces superantia. Habent pro uno atque altero fratre, fratres Societatis ferè in numeros. Habent sibi propitium Pontificem Romanum, qui eos, si yult, ad maximas dignitates euhere potest. Quamobrem Neophyti nostri grati sint Papæ & patribus nostris, quorum opera adiuuantur. Bona etiam Societatis non in alias usus, quam in nostrorum sustentationem conuertantur. Nec etiam vel secularibus vel alijs quicquam de nostris communicetur bonis. Rectores collegiorum current, ne clàm pecuniam, vel alias Societatis res habeant. Rector autem si equo faciendum iter, florenum unum, si pedes decem bacos in singulos dies ipsi tribuat, ut regula peregrinantium prescribunt.

Volumus etiam Rectores nostros in studētium receptione esse cau-  
tos ac prouidos, ne admittantur ad Societatem illi, qui nobis aliquando  
obesse, vel nostrum institutum impēdire possint. Si quos autem ad So-  
cietatem recipiunt, eos *ā xpī cās* probent, examinent, explorent, ita ut et-  
iam occulta cordium, & consciētiarum illorum tanquam in *ā vto dīg* ha-  
beant. Si in Societate vixere dies 12. vel 15. (vt regulē probationum tra-  
dunt) querant ex ipsis, vtrū de legitimis coniugib⁹ sint nati; ita ta-  
men ne filios Episcoporum vel Clericorum ac Sacerdotum ex concubi-  
nis natos excludant? An illorum parentes sint Lutherana h̄eresi infecti?  
An sint prædicantes? An contra Ecclesiam Romanam & Societatem no-  
stram scribant vel concionentur? Siq̄ tales sunt, semper pro suspectis  
habeantur: neque ad Rectoratus, vel alterius alicuius in Societate regi-  
minis statum admittātur: sed sufficiat illis gratia, qua in Societatem no-  
stram sunt recepti, in qua, quōd Lutherani aliquādo fuēre, ad plenariam  
indulgentiam consequendā, perpetuō ad Rectoris nutum seruant, non  
imperent. Si quā autem de illis incidit suspicio, quasi explorandi & reue-  
landi causa Societatis regulas, constitutiones & arcana vota suscepint:  
in illos inquiratur: & si tales deprehenduntur, vel igni tollantur, vel ad  
cas mittantur oras, in quibus nostræ Societati in commōdo esse neque-  
unt. Quōd si verò satis sunt explorati & probati, ita ut ipsis fidere liceat,  
quōd velint perpetuō in Societate iuxta regularum præscriptum viue-  
re: Societatem etiam nostram pro viribus, in omnibus secundum regu-  
larum voluntatem, adiuuare; Pontifici Romano in rebus fidem & mo-  
res concernentibus obedire: omnes homines, quos damnant Romanæ  
Ecclesiæ prælati, deuitare: ad omnes mundi plagas ad cuertendas Luthe-  
ranorum prouincias exire: Nobis in omnibus lese subiçere: tunc in So-  
cietatis album inscribantur, illisque idem, quod reliquis nostris deuotis,  
liceat. Hęc, & alia quādam adhuc abstrusiora, sunt, quā sub nomine Pa-  
pæ Romani Pauli nostri, & eius successorum, & sedis Apostolicae bene-  
placito & iussu, de nostra professione & votis (quibus Pontifici Romano  
iurati & obligati sumus) typo explicare, ac mundo, nos Papæ deuotorios  
seruos ac perpetua mācipia futuros, demonstrare voluimus. Quod nunc  
fecimus, vt omnes & singulos, cūm qui nostram Pontificiam Societatem  
ingredi: tum qui nos de nostrorum studijs & actionibus interrogare vo-  
lunt, informaremus: nos nihil aliud querere & velle, quām Societatis  
nostræ in primis, deinde verò Papæ (quales etiam aliquādo de nobis exi-  
turos minimè diffidimus) ac Romanæ Synagogæ incrementum; Luthe-  
ranæ

ranæ verò (quam Euangelicam vocant doctrinam) decrementum & interitum. In hoc enim votati sumus. Id quod scire debent omnes & singuli imitatores nostri ac Papalis dignitatis æmuli, licet nonnunquam aliquibus difficultatibus fuerint subiecti, dum prouinciam, quam illis mandamus, tueri & conseruare volunt.

Cæterum ne ipsi inter nos aliquando discordemus, mutuis dissensionibus regna nostra cuertamus, volumus & mandamus, ne quis in hac Societate recipiat, nisi diu ac diligètissime, iuxta examinum & inquisitionum nostrarum regulas fuerit probatus. Cumq; quis prudens instar serpentis & ad societatis res callide peragendas aptus, secundum vitæ Romanæ instituta, Papæ & nostræ Societati conspicuus apparuerit, & specimina aliquot egregia ediderit: tunc admittatur ad nostræ societatis militiam exornadam, & ad Romanæ ac Apostolicæ sedis Ecclesiam, ac Papæ auctoritatem defendam; qui etiam nostris cœptis, totique Societati semper fauebit, candem iuuabit, angebit & ditabit. Quemadmodum etiam hanc nostram Professionem & vota quasi pia, sancta & Spiritualia (licet ea Lutherani seu cacolyca, impia, profana, immunda, Antichristiana & idololatrica abominentur & damnent) Apostolica auctoritate approbavit, confirmauit, benedixit ac roborauit: nosq; insuper in hac vita in suam tutelam recepit, & post hanc vitam etiam ex igni, ad cuius recordationem trepidamus, purgatorio liberabit.

Hanc Professionem & vouendi Formulam, hoc modo à me inuer- Anno 1583.  
sam, postquam Iesuitæ Romano Torrensi obtulisse: significauit, si vel- In vrbe Ro  
let, quod me inquisitioni & per hanc igni subijeere posset. Quia autem ma Mensē  
hanc *ταξιδεύοντα*, ex sententia omnium Lutheranorum de promptam August.  
esse audiuit, sibiq; pollicitus est, me emendabile fore, me excusatum ha-  
buit. Literis tamē admonuit, ne cuiquā quicquā ea de re cōmunicarem.  
Hoc enim si facerem, me mihi & omnibus ea in re mihi adhærentibus,  
præsentissima pericula creaturum. Hæc etiam causa fuit, ob quam ad di-  
lectam patriam Germaniam, tanquam ceruus ad fontes aquarum redire  
properauit, ad eamq; Deo duce & comite (cui immortalem gratitudinem  
me debere agnosco) appuli. Eandem autem Professionem, licet verbis  
minùs ornatis concinnatam, his pagellis inferendam putaui, quia ad  
votorum istorum, de quibus hactenus egi, explicationem & pleniorum  
intellectum facere videbatur.

Sic ergo de quatuor Iesuitarum votis audiuimus, quæ ipsi vrgent,  
tanquam rem diuinitus institutam, & à Deo præceptam: dicunt illa, al-

terum Baptisatum: scalam ad celos: portam cœli: transitum maris rubri: autream portam: & viam ad vitam eternam. Quid verò de illis votis sentiendum sit: vir Dei Martinus Lutherus piè admodum & perspicuè in libello de votis Monasticis explicuit, ad quem pium Lectorem remitto. Omnes certè Christiani in fide orthodoxa, & verè catholica ex verbo Dei recte instructi nouerunt, cùm Iesuitatum tum omnium Monachorum ac Monialium vota præceptis diuinis, caritati proximi, diuinæ ordinationi, sacrosanctis casti coniugij legibus, generis humani multiplicationi, adeoq; ipsi iuri naturæ repugnare. Nam quod ad castitatis votum attinet, scimus equidem omnibus castè ac pure esse viuendum. Vera

*1. Cor. 7.**Matth. 5.**1. Cor. 7.**1. Tim. 3.**Tit. 1.**Dionysius**epistola ad**Gnosios**Episcopum**Pinytum.**1. Cor. 7.**Hift. Tri-**part. l. i. c.**14.*

autem & Christiana castitas, non votis, non cælibatu, sed tam corporis, quam animi puritate definitur, à Christo Domino ac Saluatore nostro, dicente: Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Hæc Castitas nequaquā coniugiū excludit, sed illud includit. Sic enim Paulus docet: Propter fornicationem vitandam, suam quisq; vxorem habeat. Iterum: Quod si non continent, contrahant matrimonium. Rursus: Melius est nubere, quam vri. Et cùm ipse Paulus neminem contra naturales facultates ad cælibatum cogat: sed liberum etiam continentibus, quorum teste Christo pauci sunt, coniugium permittat: facile iudicare omnes pij possunt, prohibitionem Coniugij, quam votum illud sicut castitatis tradit, non esse Dei, sed dæmoniorum doctrinam, qua fratribus, conti-

nere non valentibus, necessitatem **C O M P U S E C A S T I T A T I S** in epistola ad dicunt, in quo multorum periclitatur infirmitas. Quæ tamen pura con-

seruaretur, si Coniugij Castitas, vt Paphnutius dixit, ipsi concedere-

tur.

**Pinytum.** Quid dicam de illorum paupertate? certè, quod per Italiam & Germaniam expertus sum, scio Iesuitas opibus & dinitijs, domibns & colle-  
gij, hortis & feudis, prouentibus & redditibus multos Comites addoq; nonnullos Principes superare. Quemadmodum etiam Georgium Ba-  
derum Iesuitam, & per Bauariam eorum Provinciam, aliquando his  
verbis gloriante audii: Nostra inopia Episcoporum & aliorum copia  
ita creuit, vt Comites & Barones ad quare & referre possimus. Pauperes  
sunt, sed sine defectu, humiles sine despectu, cogeni sine Spiritu, qui voto  
paupertatis, mundi opes, quasi reti pisces attrahunt, quorum paupertas  
& eleemosynæ, aliorum indigentia & penuria definitur. Inter hos valet  
vigeatq; illud impij cuiusdam Monachi dictum: *Date, date: dabitur verò non  
sperare. Qualem paupertatem Euangelicanescit veritas.* Vera enim pau-  
pertas,

pertas, autore Domino, in Spiritu consistit, qua & què Iesuitæ a corporo- *Matth. 5.*  
ris indigentia carent: Homines mente & corpore, operibus & factis, in  
Deum & proximum superbi, votoq; hoc Iudæis & Anabaptistis similli-  
mi: dum titulotenus pauperes, re ipsa autem possessione opulentissimi  
esse volunt.

De obedientiæ voto idem est iudicium, cum obsequium suum  
non Deo non pio Magistratui, non proximo in rebus Deo gratis & ho-  
minibus salutaribus: sed Antichristo Romano, & a seclis eius dicarint.  
Inter quos obedire, non est se Decalogo & Dei legibus subiucere, aut  
verbo Euangeli & veritati studere, sicq; *vñ pia* suum in fidei rebus in ob-  
sequium Dei tradere: sed est (interpretibus ipsis Iesuitis) in rebus quas  
Papa & Iesuitæ præcipiunt, cæcum esse: cadauer, baculus senis, aut sta-  
tua haberi: breuiter, ad nutum Papæ & Iesuitarum omnia cogitare, lo-  
qui & facere, siue ea, ut ait Canisius haud Iesuitarum ultimus, in Dei ver-  
bo scripta sint, siue non. Imò, etiam si Papa, dicebat mihi Romæ Iesuita  
Fabricius, verbo Dei contraria præcipiat: tamen simpliciter ei obedien-  
dum. Quia Papa sit viua Dei lex, viuum Dei verbum, cui omnes sub pœ-  
na aeternæ condemnationis obedire necessitatebant.

Quoniam ergo huiusmodi homines, Spiritu erroris excæcati, veri-  
tati nolunt obediens: verùm sese in mancipia Papæ offerunt, suo experien-  
tia malo, quid si illud iam diu vulgo iactatum proverbiū: *Quia no-*  
*luistis audire Christum, audietis Antichristum:* & quidem non in Euan-  
gelio, aut verbo consolationis, sed in inferno, in dolore & dentium stri-  
dore. *Quæ pars erit & sors illorum, qui cum magna illa Meretrice Ro-*  
*mana negotiati sunt, ut Ioannes loquitur.* De qua re eò minus dubitan-  
dum, quo Iesuitæ specialiori voto, quod Professionis dicunt, se Antichri-  
sto Romano magis quam alij fraterculi deuouerunt ac in mancipia, ut  
dictum est, tradiderunt.

Itaq; suscipere hæc vota peccatum est: reddere autem & seruare  
dannabile. Nequaquam autem est, ut nuguendi Iesuitæ tradunt, alter-  
rum Baptismum suscipere, vel sibi scalam ad cœlos conficere: sed est se  
immolare Belial: est virtutem Baptismi à Christo Domino instituti, vio-  
lare: à communione Ecclesiæ Christi seipsum excludere: & denique  
membrum meretricis magnæ, Romanæ synagogæ sese facere. Nemo  
igitur hominum, cui propria salus cordi est, vota ista suscipiat. Qui vero  
inseius & seductus suscepit, refringat: Neq; enim votum coactum, com-  
pulsum, in uitum aut impium Deo placet: ut nec votum Iephte, & Hero-  
dis, quo-

dis, quorum hic impio voto Iohannem Baptistam maximum inter natos mulierum decollauit, ille propriam filiam igni tradidit: vterq; eo facto grauiter Deum offendit. Sic dubium non est, Iesuitas & in Deum & in propriam conscientiam suorum votorum exactione peccare. Non perpendunt ista hominum monstra Dei mandatum: non suas vel suorum vires: non vllum sexum aut etatem: non honestatem aut naturalem facultatem: ideoq; vount, quod nunquam piè præstare possunt, qua de causa eiusmodi promissa mutanda & rescindenda esse Euangelici & orthodoxi viri recte censuerunt. Nihil enim ritè Deo vouetur, nisi quod de manibus eius accepimus. Et in malis promissis, rescindendam esse fidē, omnes sani iudicant homines. Sicut & in turpi voto mutādum decre-  
*Isidorus.* tum, recte Isidorus sensit. Quemadmodū ergo beneficæ, votum, quo se obstrinxerunt ad obsequia Diaboli neutiquam seruare vel persoluere tenentur, quia primo voto in Baptismo, cui omnia cedere debent, illud ex diametro repugnat. Ita si Iesuitæ iuniores, astu seniorum seduti, ante quam vires suas explorassent, & voluntatis diuinæ veram agnitionem assecuti essent, se diaboli Cancellario, Antichristo Romano, eiusq; impiè factis voto obstrinxerint, & perpetuam in omnibus obedientiam promiserint, postea autem animaduerterint, se saluis viribus & cōscientia ea reddere & seruare non posse, omnino ista vota mutare & rescindere debent, ceu ἐθελοντείας humanarum constitutionum, quibus Euan gelij cursus, libertas Christiana, & humani generis propagatio impediatur & violetur. Verū satis diu impietati Iesuitico-  
 rum votorum immorati: nunc ad illorum priuilegia transcamus.

CAPVT

## C A P V T VII.

*De Iesuitarum priuilegijs, tum priuatis tum publicis; per Pontifices Romanos, quorum mancipia sunt ac serui, propterea concessis; quia speciali sese voto Pape Romano deuouerunt.*

VIA Iesuitæ sese Papæ Romano, multis indicijs ac modis Antichristo declarato, Professionis voto, suprà quām reliqui Monachi pigri ventres facere solent, obstrinxerunt: 2. Thess. 2. Apoc. 13. 17 ideo Meretrix illa magna, poculo fornicationis suæ eosdem magis quām alios suos amatores & negociatores inebriare, & quasi Circes scypho in seipsum transubstantiare, dulciq; canitu multarum promissionum, indulgentiarum ac priuilegiorum, instar Syrenum, in quos suis polypos, vertumnos ac protheos eos mutare & transformare, sicq; maioribus donis eos locupletare solet. Sic namque complementum assequitur, id quod vulgo dicitur: Antichristum reseaturum thesauros terræ, eosq; suis seruis pro arbitrio distributurum. Quòd enim peccati auctor, mendax & homicidæ Satanas, Christo Domino in deserto dicit: Hæc omnia tradam tibi, si prostratus adoraueris me: Idem Satanæ vicarius, qui est Papa Romanus, Iesuitis pollicetur, illisq; copiam immunitatum, Indulgentiarum, exemptionum ac priuilegiorum, è scelesto, non autem cœlesti, scrinio pectoris sui tribuit. Ut sic Iesuitas tantò magis sibi deuinctos, & ad quælibet obsequia paratos habeat & conseruet.

Ne quis autem putet, me hæc vel Iesuitis assingere, vel ex rumoriibus vulgi vanis ista scribere, breuiter excerptam ea priuilegia, quæ in epistolis & bullis eorum, per Papas Romanos factis, continentur: quas etiam, omnes, qui literas nouerunt, meditari, legere, & alijs proponere solent, quater in anno, quoties nimirum coram idolo suo Maussim, sive Missa, impia sua vota renouare consueuerunt. Dum enim Iesuitæ animadueterunt, plerosq; ac fermè omnes, etiam eos, qui vnâ cum lacte materno Pontificias idolomanias hauserunt, mox à Societatis ingressu, pri-

mam ut loquuntur caritatem non seruare, & semper aliquid de primo  
feruore remittere: ideo ne ijdē omnīnd deficiāt, impiaq; illa vota rescin-  
dentes ad parentes redcant, & in seculo (vto illorum verbis) se in ludo-  
revultus sui honestē alere, coniugium inire, & cæteras humanæ vitæ li-  
bertatisq; Christianæ conditiones subire cupiant, instant apud eos ne  
Societatem deserant, ipsosq; ad constantiam exhortantur; & in eum si-  
nem multas epistolas, quas Bullas, & quidem verē, vocant, illorum pri-  
uilegia continent, proferunt, quibus more malorū medicorum, im-  
peritorum chirurgorum ac circumforancorū se commendare, ac suos in  
officio retinere student. En, aitint, carissimi, quare vos nostræ Societatis  
tædium caperet? Considerate, dilectissimi, priuilegia, quibus Pontifex  
Romanus, indulgentissimus noster pater, nos præ omnibus alijs Cleri-  
cis & Monachis ornauit, & quotidie ditare, subindeque altius prouchere  
studet. Legite quæso has epistolas & Bullas, quæ vobis, modò fidem istis  
habeatis, omnem mundi voluptatem eximere possunt. Maiora enim &  
plura, quam mundus, nobis pollicentur & exhibent bona. Est sanè ma-  
gnum, esse in gratia alicuius Comitis: maius in Principis & Cæsaris: at  
maximum est viuere sub gratia, fauore, pace & indulgētia Romani Pon-  
tificis, pro sua Sanctitate & Majestate nos omnibus modis ornare & bea-  
re intendentis. Qui quanta nobis bona tribuerit, partim ex Residentijs,  
domibus, collegijs, feidis, redditibus, partim etiam ex epistolis & Bullis  
notum est. Quare nolite Diomedis & Glauci inire permutationem: no-  
lite spiritualia cum corporalibus, cœlestia cum mundanis committare:  
nolite gratiam vocationis vestræ aspernari: nolite tabulam naufragij,  
quam ingressu ad Societatem apprehendistis, abjecere, ne in mundi pela-  
go naufragium corporis & animæ pati necesse habeatis. Quod accidit o-  
mnibus, qui primam fidem, Societati nostræ datam, non seruârunt. Ex-  
uscitate igitur vos ipsos, Pontificis nostri pritilegijs: quibus & in hoc &  
in altero seculo, referente patre nostro Bobadilla, gaudere poteritis.

*2. Tim. 1.*  
Roma & alijs verbis se inuicem cohortari, & in se exuscitare solent, non rō x̄  
Landspf- euqua t̄ s̄, vt Paulus Timotheū monet, sed seruilem illum & asinimum  
ga haec ex- animum, quo se Romano Pontifici dediderunt.

*Cerpst: Nec ab extra-*  
*neis cōpa-*  
*rari pos-*  
*sunt.*

Quia autem nimis longum foret, Papales illas epistolas ac Bul-  
las integras & omnes huc ponere, volui tantum-  
modo breuem illarum *ut uenientis*  
subiungere.

*In prima Epistola, seu Bulla.*

**P**AULUS III. Romanus Pontifex (homo, ut etiamnum hodie Romani nōrunt, impius, iniustus & libidinosus) concessit Iesuitis suis potestatem, qua illis licet, pro libitu & arbitrio, in sux Societatis vsum & incrementum, regulas & constitutiones tot quot volunt condere: quarum tamen omnium scopus & finis sit, Pontificia & Apostolicæ sedis conservatio, ac Iesuiticæ Societatis ampliatio. Hanc autem suam singendarum regularum libidinem, Iesuitæ suis Neophytis, quasi rem diuinam, & verbo Dei probatam commendare solent. Cūm Venetijs & Laureti non *Anno 1583.* nullis Iesuitis dicerem, illos nimis multas regulas habere, quibus animæ *in redditu.* tantum onerarentur, & conscientiæ vexarentur, & quidem frustrâ; cūm nihil aliud sint, quām plantatio & constitutio humana, qua sine manda- *Matth. 13.* to & promissione Deum timeant, responderunt: me errate. Illas enim regulas diuinitus Ignatio Loiolæ ac primis Societatis patribus inspiratas: illas eandem habere cum sacra Scriptura auctoritatem: quod iussu *Regula Iesu.* Papæ sint conscriptæ & multis indulgentijs ornataæ. Verūm cæci cæco- *sunt.* pri- rum duces nesciabant, quæ dicerent: prius dicebant, illas à Spiritu san- ma. *ma.* Cto traditas: iam dicunt Papæ iussu introductas. Illas autem nou à Spiritu sancto, sed à spiritu immundo inuentas, res ipsa, quam tractant, probat: quæ est, falsam & impiam Pontificis doctrinam iuuare: veram ac piäm Euangeli puritatem pro viribus abolere; & in omnibus nō Christi, sed suam gloriam, opes & honorem querere. Neque ipsæ regulæ se à Spiritu sancto datas affirmant, sed auctores mox prima regula ostendit: Papam Romanum, & cooperationem hominis; nihil hic operata est vel sapientia vel bonitas diuina, quæ nechias regulas, nec horum obseruatorum nouit. Sunt ergo ceu plantatio Satanæ eradicanda, & ad nouum hoc viperarum genus atq; Pharisæos nuperos, regulas istas obseruantes, non celorum, sed inferorum regnum (licet id iam minime credere velint) pertinet.

Et quid opus est ad Christianæ vitæ perfectionem tot regulis? unica nostra regula, & via ad salutem est Christus. Is in Decalogo & Evangelio plene nobis præscripsit, qualiter vitam instituere debeamus, si perfecti esse velimus. Et quicunque secundum hanc regulam incident, pax *Gal. 6.* crit super eos & misericordia.

Secundò concessit Pontifex Ignatio Loiola potestatem recipiendi

socios sexaginta. Ad hunc enim numerum Societas ista circa annum Christi 1540. restricta fuit: Quia nimirum Papa tunc adhuc ignorabat, quid monstri hæc noua Societas aleret, quémve partum enixura esset. Metuebant etiam Monachi (neque id absque causa) ne illorum bona & Monasteria ab his socijs aliquando occuparentur. Multi etiam Cardinallium ac Episcoporum, tum temporis Ignatio Loiolæ resistebant, maxi-

*De quo su- mè verò Bartholomæus Guidiccionus Cardinalis, pristinam religionem  
pra. potius reformandam, quām nouas religiones instituendas, recte iudica-  
bat. Verūm huius boni viri prudentia, astutia vulpeculæ Ignatij Loiolæ  
opprimebatur: sic, vt contra illius voluntatem, etiam hæc noua Phari-  
sæorum & Hypocritarum Modernorum Societas sit cōfirmata, & in tu-  
telam Romani Pontificis suscepta. Qui etiam in hac Epistola omnibus  
anathemata & maledictionem minatur, qui hanc Societatem, ruinosæ  
Romanæ fedis cōseruaticem, iuuare renuant, vel impedire eam conen-  
tūr. Quales comminationes & anathemata, nō pauci Episcopi, per Ger-  
maniam dispersi experti sunt: dum his nouis Papæ creaturis Residen-  
tias, domos, collegia, scholas & templa pro arbitrio tribuere noluerunt.  
Veruntamen nihilominus zizania hæc (in medio tritici, hoc est, Eu-  
angelij per Germaniam dispersi) magna copia creuerunt, ne scilicet desint  
fasciculi, quibus signis infernalis foueat, & Satanæ regnū compleatur.*

### *In secunda Bulla seu Epistola.*

**P**apa pro arbitrio leges figens & refigēs, primorum Jesuiticorum Pa-  
trum dolis & fraudibus, sibi in conferuāda sede Apostolica vtilibus,  
cognitis, definitum illum sexaginta sociorum' numerum in infinitum  
auxit: ita vt nuncl liceat Jesuitarum Generali, tot suscipere socios, quot  
*1. Tim. 4.* idoneos nancisci potest. Idonei autem sunt, non pij, non parētibus mo-  
rigeri, non honesto & casto coniugio nati, nō veritatis studiosi, non ser-  
ui & ministri Christi: sed fex hominum impiorum, filij inobedientes, le-  
ues, dissoluti, acolasti, impij, impuri cœlibatus homines, idolomania ac  
*2. Thess. 2.* falsitati Pontificiæ dediti; nec non & alij quibus bonus Euangelij odor  
ad mortem seruit, èd quod mendacium magis, quām veritatem dilexe-  
runt. Et quia Jesuitæ prudentiores erant, & pijs, vt ipsi impiè loquuntur,  
fraudibus ad decipiendos simpliciores magis instructi, quām reliquum  
ignarium & ociosum Monachorum agmen: ideo Pōtifex Romanus his,  
ccu lux

ceu suæ cacolycæ & perforatæ sedis columnis & basibus, egregia tribuit Anno 1543  
encomia, quibus illorum officium depinxit.

Primo enim affirmat: quod per hos socios, religionis succrescat incrementum. Sed cuius religionis? Christianæ? Nihil minus. Hæc enim Papæ Romano & Iesuitis heresis est, ac proinde damnanda, adeoq; cum auctoribus exurenda. Sed horum socrorum opera & auxilio succrescit incrementum religionis Pontificiæ, & inueteratæ superstitionis Antichristianæ. In hunc enim finem emittuntur Iesuitæ, ut Lutheranam seu Christianam ac Euangelicam veritatem euertant, Pontificiam verò falsitatem, seu Romanam ac Antichristianam idolomaniam stabiliant: sicut regulæ emissionum docent. Anne ergo rectè, iuste & piè, quidam his socijs in Germania hospitia tribuant, scholas & tēpla erigant, per Deum immortalem omnes diligentius cogitent. Certè si vrsus vineæ & proditor castris, etiam Iesuitæ Germaniæ & veræ Christi Ecclesiæ proderunt.

Sécondò tribuit illis fidei orthodoxæ dilatationem: pari scilicet iure, quo pueruli Satanæ picto nomen sancti tribuunt: aut lupis custodia ouium daretur. Dilatantne fidem ij, qui vbiuis locorum dubitationem Pontificiam, quam tamen orthodoxa fides, ceu aqua ignem, extinguit, inuherere student? Quin ergo, si rem iusta lance trutinare voluerimus, patebit, Iesuitas vera fide prorsus carere, ac non modò *παραπτόντες*, sed planè *πατέσσι* esse. Nam qui veram habet fidem, is eam accepit gratiâ Rom. 10. Christi, per Dei verbum. Verbum autem Dei nos iubet tantum credere in Deum, qui est Pater Filius & Spiritus sanctus. Porro in hunc credere, non est tantum nouisse Deum, scire Christum natum, passum, Spiritum sanctum super credentes effusum: sed est omnem suam fiduciâ, omnem spem & dilectionem, absq; omni hæsitatione in Deum collocatam habere. Dum autem Iesuitæ non ex Dei verbo fidem suam sumunt, neque in Christum omnem fiduciam ponunt: sed suam spem in suis regulis, & earum obseruatione fixam habent: & quicquid credunt, id omne ex Pontificum decretis hauriunt, quis adeo cœcus est, qui non videat, cuius fidei fint dilatatores? Nimirum Pontificiæ infidelitatis, quæ se hic in angelum lucis, ac fidei orthodoxæ nomen conuertit.

Sic orthodoxa illis sunt, non sacræ Scripturæ dogmata: sed Pontificium Romanorum placita, conciliorum Pontificiorum decreta, suorum Patrum traditiones, Monachorum somnia, & si quæ sunt alia eiusdem farinæ inuenta. Quibus quid fidendum sit, Iesus Christus in Scriptura monet, dicens: Frustrâ me colunt docentes doctrinas, quæ sunt

mandata hominum. Et: Omnis planta, quam non plantauit pater ille meus cœlestis, eradicabitur. Manent igitur Iesuitæ delatores verè fidelium apud Pontificem, & dilatatores dubitationis ac ~~etatis~~ pontificiaæ apud filios incredulitatis. Et inter fidem orthodoxam atque ipsorum doctrinam est tanta conuenientia, quanta inter lucem & tenebras: Christum & Beliam; virtutem & vitium; fiduciam & desperationem.

Tertio loco tribuit illis eadem Epistola diuini nominis laudem: quod sint in Theologia exercitati: Lutetia Parisiorum graduatiæ Spiritu sancto afflati. Sed quām bellè id illis conueniat, sequentia explicant: dum illos Christo & Papæ dicatos, ac speciali voto Papæ obligatos, confitetur. Sed quod nam quæso est Papæ Antichristi cum Christo consortium? Hosne Spiritu sancto afflatos dicemus, qui se speciali Antichristo Romano voto obstrinxerunt: & in hoc coniurârunt, quod ve- lint, quantūm in illis est, Christianam doctrinam euertere, & pontificias idolomanias stabilire? Hæc non sunt Spiritus sancti, sed diaboli ac seruorum eius officia, vel potius vitia. Et quis hos Theologos dicat? qui ~~debet~~, hoc est, Dei verbum, materiam litis & hereticorum librum esse calumniantur, & in eius locum impia illegitimorum Conciliorum decreta, ac somnia scolaistica elegerunt? Quis illorum vitam piam dicat, quæ tota odio Dei & proximi consumitur, ignavia & pigritia torpet; clandestino luxu difflit, imò turpissima idololatria & multiplici idolomania contaminata est? Hi ne bono exemplo sint alijs, quorum impura vita etiam pueris in plateis nota est? Quis eos dicat animarum esse (vt Bulla loquitur) zelantes, qui nihil quam zizania, quæ mors sunt animæ, disseminant, & Christianorum montes, impura Papæ doctrina inficiunt & perdunt? Omnino zelum animarum habent, sed qualem lupi ouium, & vulpes anserum. Aut certè dum zelum sectantur, eum tamē non secundum scientiam habent: siquidem omnibus viribus ruria sum Papæ regnum sustentare conatur: ac nullum non lapidem mouent, vt Pontificia sedes restauretur, & ea quæ hactenus publicus Monachorum luxus perdidit, ipsorum hypocrisi fanentur. Hac etiam de causa Jesuitæ ab omnibus Ecclesiasticis censuris, pœnis & iure sunt absoluti. Quomodo enim Papa tam obsequentes filios affligeret? cum & hi ipsi, & ipse istis vicissim thesaurizet? veruntamen propterea Christi pœnis & Ecclesiæ Christi censura non sunt exempti. Christus enim se-

nim secundum iustitiam iudicabit eos: & in ira sua confringet illorum *Psal. 2.*  
 furores, quibus, furijs Pontificijs agitati, in Christianos debachantur.  
 Neque etiam iudicium veræ Ecclesiz, subterfugient, quæ & in hac vita,  
 ex Deiverbo ipsorum impietatem dijudicat, & in nouissimo iudicio, ceu  
 testis, impiam Iesuitarum hæresin & opera damnabit. Tunc non erunt *Matt. 23.*  
 illorum astantes, Cardinales & Episcopi, qui iam in illorum custodiam  
 sunt ordinati. Astabunt quidem illis à laterè, nisi penitentiam egerint:  
 sed absq; consilio, absq; auxilio, nec poterunt, quod Bulla iubet, ad suo-  
 rum impiè factorum, defensionem inuocare brachium seculare ( quo  
 ceu seruis cōductiij abutuntur isti, Sciaui cattivi ) sed à Iusto Iudice au-  
 dient iustum sententiam: Ite maledicti in ignem æternum. In eo cum  
 Diabolo, & ip̄sius Seruorum Seruo iusta factis præmia recipient, & du-  
 plicabuntur illis poenæ quibus Christianos affecerunt. Ibi tum omnes  
 Indulgentiae Papales, omnia grana, herbae & rosaria benedicta diffu-  
 gient, imò, hæc illis idem, quod furibus & latronibus restis & cathena-  
 erunt. Ibi, vt dicit Bulla, appellatione postposita, ceu contradictores, re-  
 belles, per censuras verbi diuini ac poenas infernales, non quasi per ig-  
 nem transibunt, sed in æterno luctu permanebūt cum illo, qui iam qui-  
 dem ip̄sos oneribus ciuilibus: at tunc nec se, nec illos igni poterit exi-  
 mere æterno. A quo tamen tuti erunt omnes, qui credunt in Christum.

### In tertia Epistola.

**P**AULUS III. cùm Iesuitarum artes in seducendis hominibus videret, &  
 agnosceret ip̄sos præ reliquis ordinibus omnibus Pontificiæ doctri-  
 nae & idolomania propagandæ studiosè inuigilare, nec non profectum  
 illorum animaduerteret, noluit hanc nouam suam creaturam, vt reli-  
 quos ignauos Monachos inter luxuriosa tecta latitare: sed compulos &  
 scientulos absq; cuculla prodire: hominum negotijs se insinuare: scho-  
 las & templa occupare: sedulamq; operam nauare, vt omnia Pontificia  
 officia recte, & secundum Papæ voluntatem & nutum curentur. Hanc  
 igitur nouam suam creaturam produxit in mundi theatrum, & ceu lu-  
 pos in ocularam Christiarum dispersionem extrusit: faciendo & dan-  
 do illis, vt bulla perhibet, facultatem concionandi, confessiones audiendi & vota 3. Junij. An-  
 no 1555. no Pontifi-  
 commutandi.

His verbis & Iesuitarum vocatio, & officium describitur. Quis vo-  
 catus a  
 cauit,

cauit, eligit & ordinavit Iesuitas? Primò. Ignatius Loiola: Pater illorum, spontè, Deo non vocante cucurrit: ex milite Studio-sus, ex Studioso Sacerdos, ex Sacerdote Iesuita, ex Iesuita, Generalis factus. Hunc deinde & socios eius non Christus, sed Antichristus, per omnes mundi plagas, vt regula illorum loquitur, emisit. Quia ergo à Papa Romano emissi sunt, facile illorum legationem & officium intelligere possumus. Eius enim cuius legati sunt, non alterius mandata execvuntur. Papa autem non aliud, quād quod lubet & ipsius regno prodest, verboq; Dei planè contrarium est, mandat. Alia ergo à Papæ seruis, quorū principes sunt Iesuitæ, non expectemus, Papa ridet Dei verbum: prohibet coniu-

1. Tim. 4. gium: introducit discrimina ciborum: mutat tempora: obtrudit noua  
 2. Thess. 2. calendaria: ordinat nouos die festos: collocat se supra omne, quod est &  
 dicitur Deus: damnat Euangelio credentes: cœnam Dominicam iuxta  
 Concil. Christi institutionem sub vtraq; specie dispensare prohibet: nouos fidei  
 Constan- articulos cudit: veteres abolet: Christi Sacra menta mutat & noua con-  
 tim. & dit: legem Dei soluit: noua statuta sancit: est iuratus Christi, Euagelij ac  
 Trident. Euangelicorum hostis: seducit multos etiam, si fieri posset, electos: De-  
 Matth. 15. niq; tantum quæ sua sunt, non quæ Christi, querit. Huius ergo cùm sint  
 Matt. 24. deuotorij serui Iesuitæ, imò iurata mancipia, profectò naturam, mores,  
 Phil. 2. doctrinam & mandata Domini ac patris sui in operibus Satanæ expri-  
 munt, sicuti illorum & scripta & opera testantur.

Dicit quoq; hæc Epistola illos facultatem concionandi à Papa traditam accepisse. Alia est Apostolorum & Euangelistarum gloriatio, qua testantur, se ad Euagelij Ministerium à Christo segregatos, vocatos, emissos. Iesuitæ autem, quod habent concionandi officium, à Papa acceperunt. Quid ergo concionantur? Dicam duobus verbis vt res ha-  
 bet, & vt ipse in Italia ac Bauaria ex illorum ore audiui: traditiones hu-  
 manas. Legunt quidam in initio suarum concionum Euangeliū; sed  
 mox lectione finita, ad suas traditiones dilabuntur. Romæ cùm essem  
 Anno Dom. 1583. audiui explicantē Iesuitam Ecclesię Romanā præ-  
 pta: quæ sunt: Stata festa à Papa sancta seruare: omnibus diebus feriatis  
 Missam audire: omnia ieiunia & abstinentias obseruare, hoc est, omnibus  
 septimanis quadragesimæ, quatuor temporibus, & Veneris ac Saturni  
 diebus à carnibus abstinere: semel in anno, si non sæpius, ordinario suo  
 Sacerdoti confiteri: circa festum Paschatis Sacramentum Altaris sub una  
 Specie sumere: diebus prohibitis à nuptijs abstinere: Anno 1582. Iesuitam  
 Lutziū audiui populo obtrudentem canones Tridentini Conci-  
 liabuli:

liabuli: de Sacramento Altaris, de poenitentia Sacramentali, de Confessione auriculari, & satisfactione operis. Augustæ Anno 1581. Gregorius Rosephus Iesuita inuocationem mortuorum, ac reliquos Pontificiæ idolomaniaæ articulos, multo fuso ornatos & quasi stibio pictos, de fendere conabatur. Dullingani Iesuitæ eodem anno, idem quod Lutzius Landspergæ, molicabantur, assidue populum ad confessionem auriculari rem adhortantes Ingolstadij verò hactenus, quia idoneo carebant templo, omnino nullas habuere conciones: nisi quando ad vicinos pagos euagati sunt. In schola autem Ingolstadiana, cui præfunt Iesuitæ: tacet Christus: silent Euangelistæ: obmutuit Paulus: mutui sunt omnes Prophetæ & Apostoli: tonat autem Thomas de Aquino: latrat Lombardus: Plato currit: Socrates stat: Aristoteles gannit: Icolastici clamant, omnia deniq; auditoria nil præterquam humanas traditiones boant reboantque, quorum fundamenta in sacris Biblij habentur capite nullo, libro nescio quo. Et hæc est Iesuitica concionandi facultas.

Secundum illorum officium, iuxta hanc Bullam est *audire confessio-nes*. Hanc confessionem intelligunt Iesuitæ plenariam omnium peccatorum enumerationem: ita vt nec secreta conscientiarum, nec intima penetralia cordium, nec cogitationes vlla confessarium lateant. Hanc sequatur poenitentia sacramentalis, & satisfactio operis, quò eas poenas adimpleat, quæ ipsi à Sacerdote sunt impositæ: nisi eas pecunia redimere malis. Nam ob quæstum faciendum auricularis confessio, vt & operis satisfactio inuenta est. Ideo propria & priuata regula omnes Iesuitas obligat, vt omnes data occasione ad confessiones exhortentur. Sed & præter quæstum ad proditionem confessio illa multum conduit. In hac enim pro sua astutia, & alia arcana, & multorum fidem explorant: quos deinde Inquisitoribus tradunt, in eum finem, vt vel ad defctionem à fide denuò adducant, vel bonorum proscriptione, & nisi fuga sibi consoluerint, corporis concrematione mulcent. Sicut has artes Iesuitæ tum alibi, tum maximè in Bauaria & Augustæ exercent.

Tertiò tribuit his bulla potestatem *commutandi vota*. Vouerunt autem Iesuitæ paupertatem, castitatem & obedientiam. Si ergo premuntur aliqua rerum in opia: paupertatis voto seposito, opes quibuscumq; possunt artibus, seu, vt illorum utar verbis, pijs fraudibus corradiunt. Sic si non possunt se continere: obseruant decretum, quòd ait: Si non castè, tamen caute. At Landspergæ Iesuita Leonhardus, nec castè nec caute *Anno 1582.*  
votum cōmutauit; merito ergo in Austriam est ablegatus ob istam ru-ditatem,

ditatem, donec maiori cum industria istam artem tractare discat. Eodem modo soli Papæ & Generali suo in fidei rebus, inque morum & disciplinae legibus, voverunt obedientiam: si verò repugnant, aut obmurmurant, huiusmodi peccata flagellis, cilicijs, aut aliqua abstinentia luere & expiare, toti; in æterna vita coronas, vt ait Iesuita Pietro, possunt mere-ri, quot satisfactiones faciunt.

Porrò quia sophisticis suis concionibus, & fallacibus ac persuasibiliibus corruptæ rationi verbis, per confessiones auriculares, multos decipiunt: Papæ res suas augent: multosq; hoc dolo explorant, produnt & perdunt: ideo in hac eadem epistola vocat ipsos *dilectos filios*, & hoc vnum maximè verè, vt quos & ipse vnicè diligat, & à quibus ipse vicissim ita diligatur, vt propter eius dignitatem, aut, vt loquuntur, diuinam Maiestatem conseruandam, & corporis & animæ pericula subire non dubitet: Qualia etiam mancipia Turcarum tyrannum habere scribunt. Hoc tamen titulo plurimū Iesuitæ gloriari solēt. Sic enim Iesuita ANDREAS, Romæ in monte dicaballo Iesuitarum neophytorum apud D. Andream moderator, dixit: Impossibile est eos à Deo in cœlis nō diligi, quos summus eius in terris vicarius, Pontifex Romanus diligit: per quem, quasi scala quadam ad cœlorum gaudia ascenditur. Præterea in prima regula tradunt, Papæ Romani vocem non aliter ac Christi sermonem, audiendam esse. Hunc si habemus, aiebat Iesuita Pietro Landspergæ in Catechismi Canisiani explicatione, quis contra nos erit? Cardinales, Episcopi, Canonici, nobis non modò resistere non audent: sed etiā in hoc multi illorum ordinati sunt, vt nos sua potentia & auctoritate iuuent atque defendant: vt in Bulla secunda constitutum est: Quid? Quod brachium seculare, volente Pontifice, omni postposita appellatione a nobis inuocatum, arma capere, & nobis resistentes, si ita opus sit, tollere, proscribere & comburere debet? Quamobrem, dilecti fratres, aiebat, Pontificis amorem, Parentum, Amicorum, opum & Patriæ dilectioni præferatis. Hoc enim facientes, & huius vitæ præmia, & æternæ lætitiae gloriæ consequemini. Ille enim est, qui nostram Societatem confirmauit, ditauit, ornauit, & hactenus conseruauit. Et I O H A N N E S Iesuita, Augustæ adi- lis, aiebat: Caueamus dilectissimi, ne Pontificem Romanum offendamus, ab illius Maiestate & nostrum **E S S E & I N T E R E S S E** dependent: hoc est, quicquid sumus & habemus, id omne & totum Papæ Romano acceptum ferendum est. Imò, aiebat T U R R I A N U S: ipse est nostra anima, nos eius corpus. Et sicut corpus absq; anima mortuum est: ita etiam

Socie-

Societas absque Pontificis Romani clementia mortua est, planeq; cadauerosa. Adeo pulcrè Satanæ cum Satana conuenit, ne illorum regnum dissoluatur. Ideo rectè dixit Iesuita. **GREGORIVS** Augustæ, quam diu inter Societatem nostram & Pontificem Romanum pax atque concordia fuerit conseruata: tam diu cathedra Petri, & sedes Apostolica erectæ, nostræ verò sodalitates saluæ manebunt. Diffensione autem oborta, v- *Cauete ergo & concidens, nosq; omnes toti mundo ludibrio futuri sumus. Agno scamus ergo filij, Pontificem Romanum Patrem, & huic soli in omnibus, sodes filiæ vult, obediamus.* Eius enim est nobis imperare & facienda præscri-  
bere: nostrum verò est, non petita ratione, absq; villa tergiuersatione, vt *culus iste filios obedientes & Papæ dilectos decet obedire.* Si enim, dicit Iesuita *vester du-*  
*Bonaventura Ingolstadij Rector, apud Pythagoreos, pro argumenti & plex & sce*  
*causæ ratione fuit rāvīs ēp̄a: quantò maiori obedientia nos faciamus, leratus dis*  
*& sine villa refragatione exequamur ea, quæ in mandatis à Pontifice Ro-*  
*rumpatur.* mano accipimus? Illius est dicere, hoc fiat: nostrum verò est agnoscere illud *aīt̄s ēp̄a, & vt votis nos coginouistis, addere, Amen: Sic faciemus.*

Quia ergo Papa audit, videt & experitur, Iesuitas dilectos suos filios sibi obedire in omnibus, nulla vel corporis sanitatis vel animæ salutis, vel mandatorum Dei ratione habita: ideo etiam in hac Epistola *salutem & Apostolicam benedictionem illis impertit.* Non more aut intellectu Scripturae sacræ: sed sensu Pontificio, hoc est, benedicta & magicè consecrata grana, rosaria, imagines, crucis signa, reliquias, & salutem pacis externæ. Hæc est benedictio & salus Apostolica Papalis. Vel ita etiam imperit, quod dum Papa aureis ornamenti præfulgidus albo insidens caballo, in vrbe, vt olim Gentium idola, circumfertur, & à spectatoribus honoratur & adoratur, ipse manu sua dextra, quasi athleta aërem verberans, signum crucis supra procidentes, format. Quod crucis signum & benedictio Apostolica, & salus, & plenaria indulgentia ab ipsis dicitur. Ad cuius formati signi participationem, Romani, sicuti corui ad cadaver conuolare solent, sibi ipsi persuadentes, se in hoc signo à Pontifice Romano communicato, veram salutem consequi, & virtute eius spectra & dæmonia (quibus se assidue quasi furiijs, agitari queruntur) ab ipsis fugari. Iesuita etiam huiusmodi benedictiones, in schedulis & imaginibus, supra quas Papa sua manu signum crucis fecit, circumferunt, & eas, quasi res divinam quandam virtutem habentes, superstitionis suis commendant, pro quibus etiam ipsi, ceu noui Tezelitæ auri & argenti copiâ colligunt, quam dcinde cum Papa communem habent.

Hinc in hac eadem Epistola Papa ipsos vterius laudat, ut qui magna utilitati Ecclesiae (intellige Romanorum) fuerint, fructusque fecerint maximos. Neque enim vana ea laus est. Quantum enim hactenus Iesuita in Germania Christi verae Ecclesiae nocuerint, Ecclesiae vero seu Synagogae Romanorum profuerint, id iam magis deplorare, quam commemorare libet. Georgius Baderus Iesuitarum per Bauarium Provincialis, mihi dixit Landsperegrinum, Principem Gulielmum Bauariae Ducem publice confiteri, Bauarium & superiore & inferiore, dudum voluisse Lutheranam seu Evangelicam (ut vocant) recipere confessionem & fidem: solos autem Iesuitas obstitisse, quod minus id, quod animo voluunt & vnicè exceptant, in factum hactenus producere potuerint. Et ob hoc factum Principem de Iesuitarum industria gloriari dicebat. Iesuita Principem istum ceteroquin probum, ita dementarunt, ut ipse temporibus peregrinationis & Ieiuniorum, deuotionis ergo, ut aiunt, pedes peregrine incedere soleat: Iesuitis interim vel curribus vel equis in silentibus, & ad latus adequitanibus. Vidi ego ipse, in ieiunio quadragesimali eius Celsitudinem coram sepulcro Christi (quod Iesuitarum opere extructum erat) seipsum ad sanguinem fermè usque flagellantem: Iesuitas vero intra parietes suauiter ridentes, & de huiusmodi factis gloriantes. Miserebat me tum ex animo ipsius boni Principis, tam nequiter à sceleratis hisce nebulonibus delusi. BADERVS Landsperegrinum gloriatus est, se non dubitare, quin prænomiatus Dux sit *πύρων* suum Filium Societati immolatus. Bonaventura Ingolstadij, cum Princeps ipsi multas viduarum & pauperum ædes tradaret, magnamq; pecuniam vim ad extruendum pro alumnis collegium mitteret, dixit: in hoc Duce ventilabimus cornu. Et quam diu poterunt

Hic est mitteret, dixit: in hoc Duce ventilabimus cornu. Et quam diu poterunt ipsum pecunia emungere & ærariū evacuare, tam diu non desistent eum in faciem laudare, illiq; panegyricos scribere. Interim fortassis non absurdè quis dicere posset, Iesuitas idem esse heroico Bauariæ moderatori, quod fuit Circe Vlyssi, & magna illa Babylonis meretrice regibus terræ, quæ incantato suo poculo suos amatores & negotiatores, inebriarunt, & dum est tamen in alias formas transmutarunt. Hinc ipsis subditi & propter mores, & generosum habitum, & bona, quæ in Iesuitas confert, Iesuitam eum dicunt, vt pote Principem quorum dolis & fraudibus Pontificiaæ tyrannidi cum subditis subijciantur. Bone Deus, Bauariam transiens quam multos Nicodemitas dicentes audiui: Si atri hi dæmonis equites ad nostram patriam nunquam venissent, aut primo die eos omnes eiceissimus, non tot iam miscrijs subiecti essemus, sed Euâgelicae libertatis & puræ fidei ciues essemus. Ast proh dolor

dolor propter Iesuitarum multiplices dolos, multiuarias insidias & innumeris proditiones nemo ne hiscere quidem audet. Utinam magnus ille Deus & Seruator noster Iesus Christus eos omnes perdat. Nulla c. Tit. 2. nim spes est, vera & Euangelicæ doctrinæ consequendæ, quamdiu dia-bolicos Iesuitas in nostris cogimur alere terminis.

Quantum etiā damni dederint Iesuitæ, Ecclesiæ Christi in ditionibus  
propter Iesuitas  
 Serenissimi Caroli Archi Ducis Austriae, vel soli Græcenses testari pos-sunt. Toti etiam fermè mundo notæ sunt in insidiæ, quibus & Augustanam Confessionem, & eam profitentes tollere & exscindere conati sunt: & li-cet publicam eam ob causam subierint ignominia & infamia notam (dum ille, cuius animam perfidè quærebant, ex faucibus Leonis creptus est) tamen etiamnum hodie maledicere, ubi male facere non possunt, non cessant. Ob hęc, inquam, sanguinaria & Mahumeticam tyrannidem superantia studia & facta. Papa in suis Epistolis Iesuitas tanto perè com-mendat: quod sint industrij & moribus apti, ad omnem scilicet Pontificiam idolomaniam ornandam, vendendam & pro sacrīs nescio quibus ob-trudendam.

Insuper, quia Papa Iesuitas vsq; adeo fidos sibi experitur, ideo in hac Epistola ipsis eam facultatem tribuit, quæ alioquin, nulli Clericorum est concessa: nempe absoluendi ab omnibus casibus, etiam ijs, qui non sunt in Bulla ca-ne Dominicæ comprehensi, & ab ijs etiam, qui sunt Apostolica sedi soli reseruati: vota & peregrinationes, &c, pro tempore commutandi: Missam ante dies exortum, & post Meridiem celebrandi: Ecclesiastica sacramenta administrandi: officium Romanum nouum, non ex precepto, sed ex libertate dicendi: Et vult, vt Assistentes sint & Cardi-nales, qui resistentes Iesuitis compescant, & rebelles in eos tollant: Tot nimirum bonis, Meretrix illa magna suos amatores exornat, & tam firmis mu-ris circumcingit, ne quæ vis eorum, quorum in odio sunt, ipsis noce-re possit.

Præclara autem sunt ista priuilegia, scilicet, quæ illis hic tribuun-tur, & merito magnificienda: si modò factis id, quod verbis pollicentur præstarent. Cōstituit illis Assistentes & Cardinales defensores. Sed nun-quid illi, vel scipios, vel Iesuitas, dum in idolatria & Sodomia securè pergūt, ab ira Dei tutos reddere poterūt? Concedit illis facultatē absolu-endi etiā à casibus reseruatis. At qua auctoritate Papa sibi quorundam peccata, à quibus poenitentiam agentes & in Christum credentes cœli-tus absoluuntur, reseruat? Aut si omnino talia sunt, quæ in cœlis etiam reseruentur, ne remittantur, cur ipsi ligationis clavis abutuntur? Vi-

demus etiam h̄ic æquitatem Pontificis Romani, qua alios sub excommunicationis pœna ad officium, hoc est, horas canonicas dicendas, quasi ad præceptum diuinum obligat: alijs verò idem liberum ac quasi ~~ad~~ <sup>et</sup> relinquit. At siue nouum siue vetus Romanum officium ( propter quod magnum capiunt beneficium ) dicant: scimus tamen illos nihil quam inanes sine mente sonos, murmur felinum, & non meditata, s̄apè etiam non intellecta verba proferre, ac maximam idolatriam, inuocando Diuos suos, ab ipsis canonizatos, quorum fortassis animæ iam in inferno torquentur, exercere. Dum verò illis, Ecclesiæ sacramenta, non autem Christi mysteria, administrandi facultatem tribuit: & se Antichristum, & Iesuitas Antichristi seruos esse demonstrat. Veri enim Christi serui, Christi Sacramenta dispensant, integrè & fideliter. Vera etiam Ecclesia tantum à Christo instituta sacramenta, Baptismum nimirum & ~~Ex~~æstiar, reliqua synagogæ Papisticæ ( si pro Sacrementis venditentur )

*Matt. 26.* nugamenta esse iudicat. Quod ad illorum Missam attinet, siue manè, siue vespere, siue meridiè, siue ieiuni, siue ebrij, eam confiant, scimus illos, *Marc. 14.* vt Dei verbum docet, nihil quam summum & execrandum sacrilegium, *Luc. 22.* horrendam abominationem, detestandum cœnæ Dominicæ abusum, *t. Cor. 11.* & actionem à Christi institutione omnino diuersam ac planè contraria, atq; idolum omnibus pijs, conspuendum, conterendum & fugiendum introducere. Nihil enim eorum agunt, quæ Christus fecit, & facienda præcepit: sed suam comediam aut fabulam, pro nutu Papæ, ad quæstum agunt perfidè & sacrilegè. Quod ad vota, scimus ex superioribus ea esse impia, ac prōinde rescindenda, nec suscipienda: quia in Dei verbo non præcepta. Quod ad votorum permutationem, qua votum peregrinationis ad Diuos, in multam pecuniariam commutant: ipsa quidem peregrinatio, & ossium visitatio idololatrica, commutatio verò eorum nihil quam auara ~~et~~ <sup>et</sup> nescia est, qua simul homines, à fonte aquæ viuæ *Gelasio Pa-*  
*pa Teste.* corum & pseudoprophetarum proprium est.

*Matth. 7.* ad cisternas humanarum inuentionum abducunt: id quod & idololatri-  
*24.* corum & pseudoprophetarum proprium est.

Multum ponderis & valoris Iesuitæ, tribuunt Bullæ cœnæ Dominicæ, dum ipsis ab eius excommunicationibus nominatim exempti, Lutherani autem statim in limine eius, quasi hæresiarchæ, damnantur. Nos verò eam, ceu nugas Pontificias, ridemus. Scimus enim Papam eos, quos Christus suo sanguine redemit, sua Bulla, verè bulla, & fulgure ex pelvis ne quidem terrere nedum damnare posse. Imò firmiter, credimus, Dominum illorum maledictiones in benedictiones cōuertere: maledictio-  
nesq;

Desq; in illorum caput refundere. Nos, siue nobis benedicant, siue ma-  
ledicat, Christi sumus: cuius doctrina & armatura instructi, facile huius- *i. Joh. 5.*  
modi inania Papæ terriculamenta excutimus, & perfidem in Christum *Eph. 6.*  
victoriam aduersus illorum spirituales nequitias ac *peccatas* obtinemus.

### In quarta Epistola.

**P**AULUS III. ANNO CHRISTI 1546. AD INSTANTIAM IESUITARUM, FILIORUM  
SUORUM MULTUM DILECTORUM, & IN OMNIBUS VERBO & PRÆCEPTIS DEI  
CONTRARIJS REBUS OBEDIENCIAM, RESQ; PAPÆ *ÆXPIBVS* CURANTUM: POTESTATEM  
ILLIS FECIT, ORDINEM SUUM NOUUM, SEU HAS NOVAS SUAS CREATURAS, INCERTAS  
DISTRIBUERE SPECIES: & CONFUSAM ILLAM, RUDEM AC INDIGESTAM TURBAM,  
CERTIS OFFICIJS SUBIJCERE: ADMITTERE SCILICET & SUSCIPERE, COADIUTORES SPIRI-  
TUALES & TEMPORALES, SACERDOTES & SECULARES. DUM ENIM IGNATIUS LOIO- *De quibus*  
*la ipsiusq;* ASSISTENTES VIDERENT, PATRES SOCIETATIS, PLEROQ; AD IGNAVIAM *supra di-*  
*esse natos, nimium in tradenda idolomania pueris senibusq; occupari;* *dum.*  
IMPERTRUIT A PAULO III. RECIPENDI INTRA SOCIETATIS CONSORTIUM COADIUTORES, TAM  
SECULARES, QUAM SPIRITUALES, CUM LAICOS, TUM SACERDOTES. HORUM AUTEM OFFICIUM  
EXPRIMUM ATTRIBUTO COADIUTORIUM: QUORUM OFFICIUM EST, IN OMNIBUS,  
AD NUTUM TAMEN RECTORIS, SOCIETATEM ADIUUARE. ET HI SUNT RELIQUORUM  
MINISTRI & SERUI: QUALES SUNT EMENTES, VENDENTES, COCI, SUTORES, FARTORES,  
PISTORES, CELLARIJ. HI, EÔ QUOD TANTUM CIRCA RES OCCUPENTUR EXTERNAS, NEC  
VT RELIQUI MISSIFICENT, VEL HORAS CANINICAS DELATENT, TEMPORALES VO-  
CANTUR, VEL SECULARES. RELIQUOSVERÒ, QUI MISSAS PERAGUNT, & HUMANAS  
TRADITIONES DOCENT, VOCANT PATRES SPIRITUALES: QUOD NIMIRUM PATRIS  
MENDACIORUM & SPIRITUS MALIGNI OFFICIUM FACIANT. SED DE HORUM DIS-  
TRIBUTIONE SUPRA DICTUM EST SATIS.

Secundò: NE HI TEMPORALES COADIUTORES, QUI TANTUM TRIA VOTA, QUAE  
VOCANT SIMPLICIA, SUSCUPERUNT, TITULO TEMPORALIUM OFFENDANTUR: (HI EN-  
NIM NOVI HOMINES, CHRISTIANIS A CHRISTO DENOMINATIS, MULTÒ VOLUNT  
ESSERE SUPERIORES & SANCTiores) AUT PUTENT SE NON TOT HABERE MERITA, QUOT  
CONSEQUUNTUR ILLI, QUI ETIAM PROFESSIONIS VOTUM, QUO FESCE CORPORIBUS &  
ANIMABUS PAPÆ IN MANCIPIA TRADUNT, SUSCUPERUNT. IDEO FACIT ILLIS PATRI-  
BUS POTESTATEM ETIAM HOS COADIUTORES AD SACROS ORDINES (QUORUM SE-  
PTEM SUNT) PROMOUENDI: & PARTICIPES REDDENDI MERITORUM, QUIBUS GAU-  
DENT PROFESSI IESUITARUM, HOC EST, ILLI, QUI VOTO PECULIARI SE PAPÆ DEUOUE-  
RUNT.

runt. Communia enim habent Iesuitæ omnia, excepto Christo, cuius nunquam faciunt mentionem, & à quo omnes ex æquo sunt alieni: imò in hac Bulla se faciunt mutuò consortes, non mortis aut passionis Christi, sed proprietū meritorum, quæ ipsis sunt salus, via, & scala ad cœlum, id est, ipse Christus. Et hæc est illorum sanctorum communio, qua Patres seu Professi, cum Coadjutoribus & non professis, sua merita communicant, sibiq; mutuò ea diuendunt, dum Pater Sacerdos pro non Sacerdote missificat: & Coadjutor pro Sacerdote, manibus laborat, vel Rosaria dicit. Hæc sunt merita quibus, si Christo placet, consequuntur vitam æternam. Par nimirum ratione, qua Iudas vendendo Christū, & Cain sacrificando, salutē sunt consequuti: aut etiamnum consequuntur *Matth. 25.* omnes, qui aliam viam salutis extra Christum querunt. Quos Saluator *Matth. 7.* Dominus, stultis virginibus, hypocritis, Pharisæis & pseudoprophetis *Ioh. 10.* comparat, atq; fures & latrones propriam iustitiam querentes, ipsumq; vera sua gloria spoliantes, vocat.

### *In Epistola quinta.*

**P**AULUS III. XV. Calend. Nouemb. Anno Domini 1549. Iesuitas mirum in modum commendat: quod sint ager fertilis in Domino: quod vberes animarum fructus pariant: quod verbo & exemplo prosint: quod sint pij patres, & oculi mentis Papæ. Sic nimirum Romani muli aliniq; cumani se mutuò scalpere, sibiq; inuicem palpum obtrudere solent. Sed quæ hæc est laus, quando ea, ob quæ laudantur, non habent? Et laudantur insuper ab eo, qui per se illaudatus est. Qualem laudem ne quidem Ethnicus sibi optaslet.

Vah autem quid andio? Iesuitæ dicuntur *oculis mentis* Papæ. Per se ergo & absq; Iesuitis mens Papæ cæca erit. Cæca nimirum in Scripturis sanctis: cæca in veritatis contemplatione: cæca in pietate: vel potius, ut Paulus loquitur, mens reproba. Quæ in se excæcata, extra se alios nequitiæ oculos adsciscit, quibus ceu per conspicilia res mundi explorat & intuetur. Neq; tamen absq; ratione Iesuitas oculos Papæ dictos puto. Perses enim interrogatus, quæ res potissimum saginaret equum, respondit: Oculus Domini. Significans tūm res œconomiz recte curatum iri, si dominus præsens omnium opera dirigit, disponat & intucatur. Atqui Papa ocio, Cereri, Veneri, Baccho deditus, libidineq; excæcatus *per se*

perse inquit imprudens (cor enim ademit ipsi ebrietas, & vires eneruauit venus) res suas, recte constituere nec iniuste parta bona propria arte tueri, nedum augere. Per Iesuitas autem, suos proditores, Papa & à tergo & à fronte oculatus redditur: hoc est, Iesuitæ ceu exploratores à Papa emissi oculorum subeunt officium, & circumneunt vniuersam terram, explicat in principum & subditorum res inquirentes, & omnia ad Papam rursus deferentes ut hac ratione non absurdè IESVITÆ OCULI PAPÆ SINT DICTI. Quare, sicut olim Ægyptij Principis officium repræsentarunt, pingentes sceptrum cum oculo. Ita hodie Papæ munus exprimi posset, si pingeretur triplex corona, cui aliquot centuria oculorum Iesuiticorum circumfunderentur. At verò si Papæ hi Oculi fuissent effossi, dudum miser cùm in Germania tum alibi excavatus iaceret, nec persequeretur ceruos ad fontes vitæ festinantes: Hi oculi saginant Papam, dum culinam illius diligenter fouent, & focum lautè instruunt: hoc est, dum putridas Papæ merces vendunt, auctoritatem Papatus passim reuocant, & Papæ res omnibus modis tuentur & adaugent. Et quod alijs non est concessum, (teste Liuio) ut res ipsorum alienis oculis feliciter promoueantur: id Papæ tamen per hos oculos licet. Rationem huius esse puto: quod plereque aulæ plures Achitopheles & Zibas, quam Iosephos & Naamanos alunt. Dumq; illi, nescio quibus modis corrupti, Iesuitas commandant, fit, ut hi oculi longè lateque grassentur, venenatoque suo intuitu lœdant plurimos. Optandum foret, ut pleriq; Principes in admittendis hisce oculis attentiores essent. Nunc verò dum plerie que conniuent, aut etiam stertunt, fit ut antequam ipsi id obseruent, extrema hæc malorum lerna ac pestilentialis gangrena longè lateque serpat: animi sui venena euomat: multos inficiat: tempora occupet: domos viduarum deuoret: & miseram iuuentutem, quasi spirituales Herodiani, perdat. Quod si verò pleriq; in suis ditionibus non ferunt oculos illorum, qui eorum ope feras globulis bombardarum prosternere solent: quanto minus ferendi essent oculi eorum, quorum contagione Christianorum animæ, sanguine Christi redemptæ, trucidantur & perduntur?

Deinde vocat eos *pios Patres*, scilicet per artifices: quasi quis dicat, minimè piros, vel verè impios patres. Semper enim angeli tenebrarum, & filii huius mundi, se in angelos lucis & filios Dei transfigurare & piorum nomen sibi arrogare conantur, cùm nihil minus sint. Sic ergo & Iesuitas, licet eos Papa *pios* nominet, impios esse dico: quia reuera impiè in Deū, impiè

impiè in parentes, impiè in proximos agunt. Dum impia & à Deo abducentia dogmata tradunt: impiè parentes deserunt, & ~~deserunt~~ in proximos ac necessarios summa feruntur. Patres dicuntur, quia Patrem, qui in cœlis est, abnegarunt, & scipios patres mendaciorum & homicidiorū cum Diabolo constituerunt: sicuti ex illorum doctrina manifestum est.

Ioh. 3.

Quòd eos r̄beres animorum fructus facere, illosq; & verbo & exemplo alijs prelucere, Phormio Phormiones laudans, scribit: intelligit verbum non Dei, sed suum verbum, quod est traditio humana inutilis. Exempla sunt non pia neque Apostolica, neq; verè sancta: sed sicuti Pharisei præ Saducais & Essæis apud imperitum vulgus in magna erant existimatione: ita & ipsi speciem pietatis præ reliquo impuro Clero habent, cuius tamen virtutem abnegarunt. Sicuti recte etiam ab ipsis Papicolis, noui Pharisei & noui hypocritæ appellantur. Parere animarum fructus, ipsis est, animas à Lutherana seu Euangelica doctrina abducere, & in salubribus Pontificia idolomania pabulis inficere, quosque Christus in viam veritatis per Euangelij doctrinam duxit, eisdem ad pristinos Gentium & Pontificum errores & falsitates reducere. Cumq; in hæresibus enitidis valde sint fœundi, nec Christo, sed Antichristo plurimos lucri faciant, multisq; fallacibus signis & mendacibus prodigijs ipsis etiam, si fieri posset, electos sub iugum Pontificis seducant: ideo Papæ, non Christo dicuntur magnos facere fructus. Sicuti lupi multum communis suæ Societati fructum asportant, dum greges violenter inuadunt, diripiunt & deuorant. Sic quod comparantur agro fertili in Domino: intelligamus nos, eos esse agrum hæreticorum valde fœcundum, in quo Dominus teñebellarum & princeps huius mundi omnem suam impuritatem, quasi in propriam suam officinam & immunditiam vas effuderit, sicq; agrū suum probè stercorando fertilem reddiderit. Nam quoties ipsi hac loquendi formula vtuntur, in Domino, per Dominū; toties Nos vel Dæmonem vel Papam eius vicarium intelligamus. Nam in illorum nomine, manda-to & iussu (sicut vota & doctrina illorum manifestè docent) omnia aggrediuntur & faciunt.

Vt verò horum suorum Phormionum & adulatorum laudes & ficta encomia, bestia loquens magnalia plenis buccis decantauit: Ita eisdem priuilegijs exornat, quibus illos vult in Ecclesia sua præ reliquis gaudere. Ante omnia vult Generalem plenariam & omnimodam eamq; liberam potestatem habere, omnes Iesuitas secundum suas constitutions gubernandi: nec sit ille vlli Cardinalium vel Episcoporum, verùm soli &

soli & vni Pontifici subiectus. Cum quo etiam solo, res Societatis & sedis Apostolicæ conseruandæ, consilia & rationes tractet. Ne autem Generalis ille ipsum Pontificium fastigium affectet, vel quid cum suis vel alijs, contra Ecclesiæ Romanæ auctoritatem præsumat: concedit Iesuiticis socijs, vel has vel alias ob causas Generalem suum, qui aliâs dum per suos Papæ primatum tuetur, perpetuus esse debet, amouendi, aliumque secundum suas regulas substituendi. Sin autem tantum Papæ primatum, Apostolicæ sedis auctoritatem & Societatis suæ dignitatem querat, posse illum etiam inconsulto Papa, suos quo cùnque velit emittere, & reuocare nulla temporis limitatione adhibita. Hinc si aliquos mittit Iesuitas, vt hanc illam ciuitatem Pontificia idolatria corrumpant: vbi animaduertit suos magis propriâ gloriam, quam Papæ primatum querere: magis Lutheranam puritatem quam Papistica dogmata propagare: magis verbum Dei, quam traditiones humanas concionari, etiamsi populo rudi ob aliquam linguae volubilitatem & morum hypocrisin placeant: tamen eos reuocat. Aut, si maximè horum nihil incidat: tamen ne forsitan Progressu temporis ipsi conentur aliquid contra Ecclesiam Romanam, efficiunt pristinam deserere, & aliud nouum, quod Generalis obtrudere solet, suscipere coguntur. Hinc est crebra illa Iesuiticorum concionatorum mutatio; quam tamen non semper parit populi fauor, sed sæpius auocantur, quia non tales se, quales Papa & Generalis publicè volebant, gesserunt. Multos etiam ob ebriosam, impuram, libidinosam & turpem vitam de loco in locum transferunt. Hæc enim est Iesuitarum pœnitentia, vt locum quem corruperunt deserere cogantur, & ad alium se conferte, vt sic totus orbis illorum impuritate inficiatur.

Præterea vount Iesuitæ perpetuam paupertatem, qua profiterunt, se nullos in Ecclesia Papistica honores suscepuros, neque dignitates vel Cardinalitas vel Episcopales ambituros. Hoc nimirū prætextu, se Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, & reliquis nobilibus Canonicis, nouum hoc & astutissimum hominum genus, quasi humile quiddam quereret, commendare voluit. Natiuam tamen suam superbiam etiam hacin recelare non possunt. Dicunt quidem & scribunt ad rerum ipsorum ignaros: nihil agimus propter nostram gloriam aut honorem: non nostra res agitur: Episcopatum vel Abbatias non querimus: sumus enim homines pauperes, & mandamus in regulis nostris, vt ab omnibus mundi honoribus nostri abhorreant, &c. Sed ita ludunt homines, pauperes isti sine defectu, humiles sine despectu hypocritæ. Nam si quis il-

lorum statum rectis & acutis intueatur oculis, videbit illos non quidem inferiores Pontificiorum honores querere, sed summum affectare gradum. Nam in illorum Societate Rex vel Papa est, Generalis. Huius ASSISTENTES Cardinalium: visitatores Episcoporum: Provinciales Decanorum: Rectores Cöfiliariorum: Ministri Sacerdotum vicem obtinent. Reliqui inter se sunt fratres, maiores & minores, Canonici, Presbyteri, Acoluthi, Ostiarij, Lectores, & si qui sunt alij huiusmodi Pontificia Reipublica ordines. In hac etiam Epistola nihil obstante voto, Papa concedit, quod Iesuitæ possint, sed volentibus Papa & Generali ( hic enim ab illo, sicut lutum à rota dependet) dignitates, quales sunt Episcopatus, Archiepiscopatus, & Cardinalium magnificentia, consequi. Si tamen qui ambitione, simonia vel occultis machinationibus ( vt plerique per hasce artes ascendunt in altum, vt lapsu grauiore ruant ) eas quæsiuissè conuincantur, illos earum capaces esse nolunt. Si autem in dignitatibus constituti aliquid, vel contra Ecclesiam Romanam primatum, vel Papæ dignitatem, vel Societatis Superiores moliantur: tales ad Societatem, ceu ad pistrinum reuocandos, & ad alia officia & onera deputandos, atque a lios digniores in illorum locum substituendos. Licet in horum electio ne semper Iudas Iudam sequatur.

Concedit præterea Generali, quod possit absoluere omnes hæreticos confitentes: cum irregularibus dispensare: absolutos, nisi Societatem ingredi, vel vota emittere velint, retrahere: cogere suos, vt vel ipsi, vel ab ipso ordinato confiteantur: suos deuotorios nullum nisi Carthusianorum ordinem ingredi posse: Illius esse, sine venia ingressos, maxi-

*Author capiung  
a Jesuistis part  
tundit Augusti lib  
rarij. auffugit*

Venib[us] si mē apostatas, vt loquuntur, factos, aut in Societatem insolentes, vel come depre- tradicentes, vel illorum regulas in apertū producentes, vel illorum vota henderint, reuelantes, in quounque habitu contigerit inueniri, excommunicare. Si autē Do capere, incarcereare, &, si opus sit, auxilio brachij secularis inuocato, libe- minus pro rē & licetē inuadere, captiuos ducere, & pro arbitrio tractare. Talem ty- me, quis rannidem & infidias exercuerunt Viennæ Iesuitæ in Kratzerum, qui ex cōtra me? illorum Societate egreſsus, contraillos Tubingæ disputauit. Sed miran- Esto bono da Dei ope iterum saluus illorum manus sanguinarias effugit. Sic post- animo: iā quam Italia relicta, in Germaniam eram reuersus, mihiq[ue] ob aduersam tutus es, valetudinem aliquandiu inter ipsos hærendum esset: postea cūm disce- quia mor- sum peterem, illi omnibus modis mihi insidiati sunt: sed Dei auxilio in- tuis es. sequētiū manus effugi, Augustā à D. Doctore Mylio in collegium re- ceptus, vltraq[ue] quatuordecim dies clām custoditus, conseruatus ac dein- de ciuf-

de eiusdem ope, in habitu lanij equo vextus (quod cō faciliū eorum manus effugere possim) Laybhaiam vsque sum perductus: sicq; fortissimi ipsorū Dei Vulcani manus effugi. Quo nomine Deo humiliter gratias ago, & aeternitatem: ipsumq; supplex precor, vt & alios ab illorum insidijs clementer custodiat & protegat.

Multi sunt, qui nescio qua spe duci, illorum Societatem ingrediuntur: qui deinde vbi illorum dolos, fraudes, insidias, carnificinas, tyrranides, sanguinaria consilia, prodiciones in Germaniam, ac idololatriam, vt cetera nefanda eaq; turpissimē facta taceam, & pijs castisq; auribus parcam, libenter quidem discederent: at non possunt. Si enim fumgam meditari deprehenduntur, vel capiuntur, vel rota, vel igni, vel aqua, vel fune, vel veneno tolluntur. Hic est finis ingressus ad societatem malignantium. Beati ergo, qui non abeunt in consilium impiorum Iesuitarum, & in via societatis huius non stant, & in collegijs ac domibus illorum (quae sunt speluncæ, vt Christus dicit, latronum) non sedent.

Vt porrò hos suos morigeros filios Papa ab omnibus vult esse liberos oneribus & censuris, quibus reliquos suos seruos premit, & tantum non opprimit. Ita etiam Iesuitarum maximas opes (licet pauperes se esse ex voto nugentur) vult esse omnino liberas, nulli tributarias, nullius exactioni, vectigali, vel censi, vel usuræ subiectas. Neq; tantum bona illorum, sed & totam Societatem. Has enim ampullas bulla ista exuflat: *Ipsa, inquit, verò Societas, & illorum bona, ab omni superioritate, iurisdictione, & correctione OMNIVM sunt exempta, liberata, & sub Papæ protectione. Iesuitæ ergo in instar Leonum, Luporum, Harpyiarum & lamiarum ab omnibus possunt rapere bona: non autem tenentur ulli tributum soluere. Ratio, quia sunt sub Papæ protectione, quem non dubito, Iesuitis mox ut sponsijs usurum. Vtque nunc illorum protectorem agit: ita etiam illorum spoliatorem acturum: nisi forsitan Iesuitæ, vbi magis inualuerint, idem in ipsum Papam moliantur.*

Neq; his contentus, alia plura ipsis tribuit priuilegia: nimirum oratoria, & usum altaris portabilis. Dum enim per Christianorum loca exploratores & proditores agunt, neq; vbiq; altaria, vt loquuntur, conferrata, in quibus Missæ fabulam ludant, habere possunt: Ideo secum portent altare vel mappulam, in illum abusum Sacramenti Altaris deputatum. Item, licet ipsis apud exterros, vel Missæ aduersarios, interdicto tempore missare, ianuis clausis pontificia nugamenta, quæ illi Sacraenta dicunt, administrare: sicq; clam & palam iniquitatis mysteria peragere.

Author has written  
in margin.

De ijs qui fugiabo  
lur ab J. S. fuit.

Hanc artem & prodictionis & Missæ exercuit superioribus annis aliquando in Anglia Elianus Campianus, verum tandem deprehensus, iustas Reginæ Angliæ prodictionis pœnas dedit. Quem tamen Iesuitæ Martyrem perhibent, & pro sancto adorant. Sic Iesuitæ Lucernenses in Heluetia, & Ingolstadiensis in Germania ad Lutherana euagantur loca, & in Euangelicorum ædibus claram Missas celebrant, & sacra Pontificia peragunt: ut ipsimet mihi retulerunt. Quorum ideo mentionem facere volui, ut pius Magistratus oculos aperiret, nec pateretur suos, Iesuitarum blanditijs, promissis & munericibus, corrumpi & seduci. Hi enim non sunt contenti nudo grege, sed hoc disperso, etiam ipsos pastores inuadunt, quos insidijs & miris artibus tollere nō runt.

*Iohan. 3.* Præter hæc omnia non solum ipsos, aut illorum bona, sed etiam Regulas ipsorum vult ab omnium Prælatorum censura esse alienas. Sic enim rudit Bulla: Nulli Prælatorum, excepto Papa, licere, vel concessum esse constitutiones Iesuitarum sub censuram sumere, aut sumentem nihil efficere, illiusq; conatum esse nullius roboris. Hinc etiam Iesuitæ suis in regulis mandant, ne quis illas cuiquam extraneorum concedat vel communicet, vel quicquam de illis referat dicto vel scripto. Quia enim mali sunt, & nihil nisi impia & mala tractant: mirum non est, illos lucem & piorum censuram subterfugere. Dum autem suarum regularum censorem & iudicem respidunt Dei verbum: & solum Papam Romanum Antichristum censem rem admittunt, omnes facile iudicare possunt Christiani, quonam Spiritu Iesuitæ agitantur, & quid in suis regulis tractent: nempe nihil præterquam humanas traditiones, superstitionis, hypocrisis idolomania & propriæ εἰθελοδηνοτήτας opera. Qualia sunt, per omnes Mundi plagas oberrare, & homines Christianos ad pristinas idolomanias Papatiū cōsuetas reuocare: habitu religiosum se declarare: horas canonicas & Rosaria recitare: Diuos & mortuos à Papa canonizatos introcare: quotidie deuotè, reuerenter & decenter Missæ astare: perfectam obedientiam Superioribus præstare: Ecclesiæ Romanæ præcepta prædicare: Sacramentum Altaris sub una specie manducare: quotidie Missam celebrare: homines ad auricularem confessionem excitare: statutis diebus ieiunare: flagellis, cilijs se macerare: Mundum & parētes aspernari: se totum in obsequium Papæ consecrare: vota castitatis, paupertatis & obedientiæ, maximè vero Professionis diligenter obseruare: & breuiter, omnia quæ Papa & Iesuitæ volunt fideliter tractare.

Nosigitur, vt cunq; à Papa interdictum sit, regulas illas ad Lydiū diuini

diuini verbi lapidem examinantes, ceu plantationem Satanæ & dæmoniorum doctrinam reijcimus. Quid enim sunt aliud, quām traditio invitis? Quid aliud, quam stulta & stolida veteratorum Iesuitarum somnia? Quid? nisi rapsodia, cento, & fragmenta ex omnibus reliquorum Monachorum regulis consulta? Aut, vt rem verbis Scripturæ exprimam, *Ierem. 2.* cisterna non valentes continere aquam? Cabala sunt, hoc est, stultæ Superiorum imaginationes, phantasie & inane speculationes. A quarum obseruatione, imò vel auditu saltem mens Christiana, verè eas intelligens, abhorret. Neq; enim ad illarum sed ad verbi diuini auditum & obsecrationē obligamur. Nusquam Deus præcipit, vt huiusmodi idololatri-*Matth. 15.* corū hominū traditiones obseruemus: quin se istis frustrà coli docet. Et *Num. 15.* Gentiū Apostolus cunctos exhortatur, vt sibi caueant, ne per suppositi-*2. Theff. 2.* tias epistolas quasi Apostolicas, & inanē Philosophiam decipientur. Nō *Contra* sunt Romanæ Curiæ & Societatis Iesu traditiones seu regulæ, Apostoli-*Turrianū* cæ aut catholicæ: verū sunt Apostaticæ & cacolycaæ, quæ non ab Apo- & *Valen-* stolis, sed à Papistis & Monachis ociosis originem habent. Agnoscent *tium.*  
 sanè omnes Christiani traditiones Apostolicas non minus recipiendas esse, quām scriptas Epistolas: ceterum non agnoscent, omnes ea traditiones esse Apostolicas, quas pontificij illis sub Apostolorum nomine obtrudunt. Neq; immixtò illud faciunt: quod traditiones probandas censem. Etenim quis dubitārit traditiones Apostolicas nequaquam pugnare debere cum scriptis epistolis? Sed Iesuitarum regulæ & traditiones scriptis Apostolorum ex diametro repugnant. Id quod in regularum Iesuiticarum Examine copiosè demonstrari potest. Nos Dei obedimus præceptis, quibus mandat, vt verbum suum legamus, discamus, meditemur, scrutemur & ad usum transferamus. Sic enim Spiritus san-*Deut. 13.* etus docet: Incedite post Dominum Deum vestrum, illius præcepta cu-*Ezech. 20.* stodite, illius vocem audite: Lex Domini semper sit in ore tuo: Et Chri-*Deut. 30.* stus ipse: Scrutamini Scripturas. Et: Qui diligit me, seruat sermonem *Ioh. 5. 14.* meum. Ad quid igitur opus est Iesuitarum regulis? præsertim cum sacræ *2. Tim. 3.* literæ nos crudire possint ad salutem. Neq; Deus pater nos Iesuitas, sed *Matt. 1.* Filium suum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Regem, Sacer-*Psal. 110.* dotem, Mediatorem & Redemptorem nostrum unicum audire iussit, vt *1. Tim. 4.* est Matt. 17. vbi vox patris de celo ita super Christum intonat: Hunc au-  
dite. Quæ vox eleganter his versibus redditæ est:

*Filius hic meus est, dilectus & unicus ardor,  
In quo sunt animi gaudia vita mei.*

Hunc audite, meo profert è pectore quicquid

Pertinet ad vestræ dulce salutis iter.

*Deut. 18.*

Sicut etiam Moses eundem sermonem exprimit, dicens: Propheta de medio tui, ex fratribus tuis, sicut me excitabit Dominus Deus tuus, ILLVM AVDIETIS. Nos ergo Rectorem habemus Christum: cuius Legem & Testimonium, per Prophetas & Apostolos traditum, nostram viuendi agnoscimus regulam. Iesuitarum verò regulas nullius valoris & virtutis esse confitemur. Quicquid tandem Papæ & puppæ Iesuitæ & Esauitæ de illarum perfectionis pondere more circumforancorum deblaterent.

*Iohan. 8.*

Præterea in eadem Epistola non satis est Papæ, quod ipse Iesuitas, bona eorum & regulas, protegit: sed etiam alijs hominibus mandat, ut Iesuitæ, illorumq; substantias defendant.

Cogit quoq; alijs Papa homines suæ tyrannidi subiectos, omnes & singulos, ut intra suæ parochiæ septa maneant & Missas audiant, suo ordinario sacrificulo, in anno semel confitentur, id est, se suaq; omnia prodant, & ab ipso sacramentum Altaris sub una specie sumant. At quia Iesuitæ, artibus seducendi & decipiendi homines, reliquos Sacerdotulos longè præcurrunt, permittit, ut quicunq; velint neglecto suo parocho, Iesuitarum missas audire, ab ipsis sacramenta sumere possint, nec ad propriae parochias accedere ausint. Hæc libertas Iesuitarum quæstui inseruit: non nihil autem parochis seu sacrificulis de annua præbëda detrahit. Nam nummus confessionalis, qui antea ipsis cesserat, iam Iesuitis cedit. Propterea etiam Sacerdotes illi ipsi, Iesuitas, licet eiusdem religionis sint, cane & angue peius oderūt. Audiui Ingolstadij à Monacho quodam nudipede seu Franciscano, qui & concionatorem ibi agit, cui nomen est fratri Gregorio, hæc verba: Iesuitæ iam obtinuerunt auctoritatem publicam, & in scholis docendi, & in templis concionandi, & confessiones excipiendi, & liberè licitèq; ad omnes euagandi: Mihi dubium non est, quin vt alia, ita etiam nostra breui sint affectaturi bona. Vtinam nobis liceret ipsis expellere, nos membris quietem daturi non essemus, donec omnino eradicarentur. Augustæ à Monachis, monasterium Vdalrici idololatria & impuritate notoria contaminantibus, hæc audiui: Sperant Iesuitæ se aliquando nostro monasterio potituros, at ne hoc fiat, orabimus & Missas celebrabimus quotidie, ut Diabolus, qui illos in Germaniam duxit, eosdem iterum abripiat. Nusquam ab ipsis tuti esse, neq; propter illorum prodiciones & auaritiam, res nostras curare, vel partas tueri

*Nota quid monachis  
etiam concurrit  
Iesuitæ.*

tueri possumus. Et certè neq; figulus tam sigulum odit, quām Iesuitas Monachi, quòd illorum hypocriti, his multa admantur: Eleemosynæq; quæ priùs ad ipsos deferebantur, iam in collegia, domos ac scholas Iesuitarum conferantur. Quid opus est, dicebat mihi in Italia Monachus quidam Franciscanus, in monte di viascon, Iesuitis? Annon sufficiunt Monachi & Sacerdotes seculares, qui pro Ecclesiæ Romanæ primatu Missas celebrent, & horas canonicas dicant? Quid opus illorum scholis? Doctos faciunt homines & Philosophos, qui semper plus Ecclesiæ Romanæ nocuerunt quām profuerunt. Ecclesia Romana semper secura fuit, & pacem hacuit: dum quilibet Sacerdos in sua simplicitate & sancta ignorantia permanxit. At vbi Lutherus & Iesuitæ ex scientia inflante inter se dimicare coeperunt, Ecclesia semper laborat, & plures ab Ecclesia deficiunt, quām ad eam accedunt. Nec dubito quin Iesuitæ, vbi doctiores fuerint facti, vel Ecclesiam Romanam sint euersuri, vel sanè multi corum ab ea defecturi.

Ex his & alijs patet, quid & Iesuitæ, & Monachorum turba quærat: scilicet lucrum, non Christi gloriam: propter quod scipios, ceu canes, vno de osse rodere cupientes, mutuò mordent & lacerant. Excusant quidem se apud seculares Sacerdotes Iesuitæ: quòd nummum confessionis non recipiant, quòd nullam mercedem propter Missas postulent. Verum id est, illorum sensu. In templo dum sedent carnifices conscientiarum in cathedra, propter confessionem nihil exigunt: si quis autem pecuniam super altare ponit, tacent, eamq; hominibus absentibus auferrunt. Si quis in illorum manus vult mittere confessionis sortem, eam recipere nolunt: dicunt autem, si quid nobis communicare vultis, illud ad portas collegij mittatis. Non enim nobis licet quicquam in templo recipere. Hac autem arte quæstum suum augent. Vbi enim in templo, sicut reliqui sacrificuli, vno atq; altero nummo eos contentos esse oportuisset: ibi hoc aucipio aliquot florenos, vel alia ex quibus lautè viuere possunt, venantur. Sic Gregorius Iesuita Augustæ concionator, cùm ipsi Canonici Augustani pro concionibus 500. florenos offerre vellent, dixit: mihi non licet mercedem accipere: at si vestra copia nostram vultis iuuare in opiam loco eleemosynæ, quodlibet ad collegium nostrum mittatis. Alia ratione nihil recipere audemus. Egregij sanè hominum ruidum deceptores, quorum hac Maxima est: Non recipio mercedem. Sed inde inferunt: Ergo debes mihi hoc loco eleemosynæ. Item: gratis tibi laboravi: sed, debes mihi tot florenorum eleemosynam. O vos impostores, per-

res, perfidos & deceptores Sacrilegos. Quomodo huius vestræ hypocrisationem aliquando reddetis Deo, iusto iudici?

*Natura Jesuista  
missa missa  
3 Salvo*

Quin & regulam illam, qua præcipitur ipsis, ne quid in templis ab hominibus recipient, non obseruant. Vidi ego Landspergæ nobilem quendam Italum, Christophoro Zieglero Iesuitæ, qui Missam, ut illius iter feliciter procederet, celebrauerat, tres taleros porrigitatem, quos etiam recepit, ac rediens dicebat ridens: Ego hodie opimam, pinguem & talericam non cupream celebravi Missam. Cum Augusta Landspergam comite Patre Ioanne Iesuita pergerem, & in villam non procul à Landsperga distantem diuenteremus, atq; ego meum symbolum soluere vellem: ait, non est opus, ego hac septimana tot confessionales colligi numeros, quot nobis ad mensem sufficerent, etiam si in hoc hospitio permaneremus, & quotidiè laute epularemur. Et hi quidem doli Iesuitarum & fraudes nota sunt: verùm excusantur vt putant, quod iure pontificio ipsis liceat, quod libet. Et huiusmodi decipiendi artes illis non sunt imposturae, sed piæ fraudes, doli sancti: vt hoc sacrilegium & impium hominum genus loquitur.

Et vt ne Iesuitis homines idonei desint, qui has *xanorexias* & imposturas indefinenter exerceant, ideo Papa præter superiora, in ista Bulla concedit illis, *vt tot sacrificulos curent, ab Episcopis Romanis radi, chrismari, vngi & consecrari, quot volunt.* Sed ad id non nisi idoneos ad sacros ordines, id est, qui artes Pontificias calleant, nōrint homines ritè seducere & res Pontificias rectè, more Romano, agere. Sacri autem illorū ordines sunt, Ostiarium agere; quem nostri mendicorum præfustum & canum expulsorem dicunt. Lectorem esse; quales sunt pueri in scholis nostris triuialibus. Acoluthum præstare; vt sunt serui, qui vestigia Dominorum suorum sequuntur. Exorcistam agere; quales sunt benefici & magi. Et si qui sunt alij illorum ordines, quos profanos, non sacros dicere conuenit. Eò quod sacra litera de ipsis nihil tradant: & si maximè ordinis causa ferrari possent, ab ipsis tamen multiuariam contaminantur. Hos quidem Iesuiticos sacerdotes non usque adeò libenter vngunt Episcopi; quia nihil pecuniae illis, vt reliqui, qui per simoniam in Sacerdotes vnguntur, annumerant. Sed tamen detrectare hanc prouinciam non audent: quia Papa id præcepit.

Posteaquam ergo Iesuitæ suos, quibus cum habitant, homines satis circumuenerunt, & illos iugo Pontificio ita subiecerunt, legibus insuper & cautionibus ita constringerunt, vt certiam sint eos lemplius ex illis vincu-

Vinculis extricare nequaquam posse: tunc ad alios etiam euagantur: seu  
vt Bulla loquitur, *ad hæreticos*, hoc est, ad Lutheranos *exire debent*. Quid  
autem inter illos agant? Ait Bulla: *in hæreticorum terris liberè possunt commo-  
rari, & cum iisdem conuersari*. Quia autem auctoritate & cuius iussu? Delicen-  
tia tamen Generalis vel *Præpositi*. Quo fine & ob quam causam? Et ab eis tunc  
necessaria petere & recipere. Quòd ergo Iesuitæ ad Germanos & Euangeli-  
cos veniunt: fit ideo animo, quo Lupus in gregem ouium ingruit. Seu,  
vt Papa loquitur, quòd necessaria ab illis petant. Illorum autem necessa-  
ria, non sunt exigua vel pauca, quibus natura contenta est, bona, sed col-  
legia & domus, Principum arcis pompa & ornatu superantes: census &  
reditus, qui in multorum Comitum & Baronum usum sufficerent. Sicu-  
ti id illorum Collegia & templa, quæ iam opibus Germanorum, labori-  
bus pauperum, sudore piorum, lacrymis viduarum & dolore orfanorum  
extruxerunt, probant. Et licet hæc omnia illis tribuantur: tamen si Ger-  
mani non in omnibus Papæ obediunt, à Iesuitis, ceu rebelles, seditiosi ac  
hæretici comburendi accusantur. Ad hunc enim modum hac ætate Ger-  
mani quidam hos serpentes & cuculos in sinu suo, ad suorum interitum,  
fouere solent.

Cur verò non nisi licentia Generalis ad Lutheranos exire ausint, e-  
ius hæc ratio est: ne ij exeant, vt dixit Crusius Iesuita, quos vel Lutheran-  
i conuertere, vel ipsi sponte sua ad Lutheranos deficere possent & vel-  
lent. Ideo, ait, Generale oportet eos emittere, qui sunt in religione Pon-  
tificia pertinaces, & quorum fides Societati est explorata, & quorum ars  
ac dexteritas cum hæreticis Lutheranis depugnandi, vt dixit Bonauen-  
tura Iesuita, est multis nominibus cognita & probata. Huiusmodi Iesui-  
tarum multi, nunc habitu studiosorum, nunc nobilium, modò alio cir-  
cumuagantur: qui etiam se in mores hominū variè insinuare nouerunt.  
Hinc etiam fit, quòd Iesuitæ spè, quorundam Principum & Theologo-  
rum res meliùs, quam illi ipsi nōrint. Et licet tales proditores agant: ta-  
men se iuste & recte facere dicunt, eò quòd Papa id mādārit. Qui autem  
eos, liberè, vt Bulla loquitur, commorari nō permittunt, eos traducunt,  
calumniantur, & omnibus modis vel seduci vel tolli procurat. Ut exem-  
pla quotidiana satis declarant.

*Liberè*, ait bulla, *Iesuitis vbiq; commorari licet*: id quod magni Priuilegij  
loco censendum est: Reliqui enim Clerici vel Monachi, vel sacrificuli, si  
cum Lutheranis cōuersentur, vel eos iuuent, & hospitio excipient, quasi  
hæretici à Bulla Cœnæ Dominicæ excommunicantur & damnantur. So-

lis Iesuitis, omnia, quæ lubent, licent: quia omnibus Pontificijs artibus ita sunt instructi, vt nulla ne quidem leuis suspicio defectionis de ipsis suboriri possit. Hi enim sunt de illo diabolorum genere, quod vno cunctum è loco, per arida transuolat, nec quiescit, donec alium locum inueniat: Hi sunt bruchi, muscæ, vespæ, fuci, ranæ & locustæ de inferni abysslo ascendentæ & omnia depascentes. Væ autem illis ad quorum terras hoc dæmoniorum genus descendit: terq; quaterq; verò beatam cam gentem, à cuius oris hæc pestis quam longissimè exulat.

Porrò, ne Iesuitæ in his Pontificijs operibus occupati, per reliqua Papatus ~~adagia~~ impediatur: ideo Bulla vult Iesuitas, quorum proprium est homines seducere, ab omni visitatione & cura Monialium, vel aliarum religiosarum personarum liberos & immunes esse. Atqui primus illorum inuentor Ignatius Loiola tanta cura Moniales est complexus, vt etiam eas, quæ publica prostituti pudoris scorta, impuritate superarent, proprijs in dominibus lautè fouere & ali curauerit. Iam autem non quidem visitatores illarum agunt: sed tamen in peregrinationibus suis libentissimè ad illarum lupanaria (ignoscite, dicere volebam monasteria) diuertunt, Missas in illis celebrant, & confitentes eas audiunt. Interrogauit aliquando Pater Iesuita Zieglerus famulum Monialium Augustæ luxuriantium, quid faciunt mæ ouiculae? Respondit ille: Domine venerande, valde sunt fecundæ. Nam hac nocte vna illarum duos peperit agnellos. Ne autem huiusmodi gregis pastores videantur Iesuitæ, dicunt: nos Monialium cura sumus exempti, viderint Sacerdotes, quorum est, illarum curam agere.

Si tamen aliqui delectatione capiuntur agendi Monialium curam: eam, quod Bulla habet, facile vel ab illorum Generali vel à Papa consequi possunt: præsertim cum Iesuitæ reliquis Clericis videatur magis cautè castitatis compulsæ votum custodire. Hoc enim hominum genus oblongis suis pallijs, pileisq; quadratis in excætorū vel ad minimum lipientium turba facilè cunæta sua potest tegere, celare & excusare scelerata: ut quibus auctoritate Pontificia, quod libet liceat.

Insuper Papa, ab Episcopis & omni reliquo suo clero, maximos redditus censusq; amplissimos in singulos colligit annos, omniaq; illorum bona tributaria habet: at idem ab omni contributione Iesuitarum bona exemit; etiam si prius sub censu fuerant. Sunt enim Iesuitæ quasi Baronies, semper & in omnibus liberi. Non tenentur, dicit Bulla, soluere bonorum suorum decimam, vel aliam dare contributionem, seu procurationem, nec Papalem, nec

Canoni-

Canonicam portionem. Etiam si prius fuere illa bona sub censu: nisi sit id specificè & expressè in literis Apostolicis. Mirum ergò non est, qua ratione Iesuitæ tam citò & tam facile, tot tantasq; opes easq; regales colligant. Papa enim reliquam suam turbam, miris artibus semper expilat: Iesuitis verò pilos alijs euullos addit: ijs hos suos καὶ ξένους καὶ λαγύς vestit & ornat. Quin cogit & alios Episcopos & Abbates, his sua tribuere & concedere: vt Monachij, & Fulda factum esse, nemo ignorat. Hi sunt Herodianæ virgunculae, vel potius meretriculae, ex spirituali illa Herodiade magna prognati: quibus tam bellè saltantibus, Papa inter Veneris Bacchiq; tabulas dimidium sui regni offert, modò Iohannem Baptistam, hoc est, omnes pios Euangelicos viros decollatos, combustos & extinctos petant. Hinc etiam donationes illas, quibus nonnulli Potentes in hoc mundo à Iesuitis seduicti, & spiritualis fornicationis poculo inebriati, eos afficiunt, probat, confirmat, ac quasi à seipso datas sanctificat. Ab omni quoque Episcoporum iure, interpellatione & impedimento eximit. Ad hæc Episcopis mandat, vt illorum domos & templa consecrent & iuuent: impedientes verò illorum vel scholas, vel templa acriter reprehendit, & desistere volentes excommunicat: illorumq; bona, Iesuitis tribuit. Ipsos etiam Episcopos creat: vt in India accidere legitur.

Nc quoq; desint homines, qui Iesuitas in mysterio iniquitatis promouendo adiuuent, dat illis facultatem, quoscunq; volunt irregularès & seculares recipere & ad sua ministeria promouere. Hinc dixisse arbitror Rectorem Landspergensium Iesuitarum: Sunt in Romana Ecclesia ordines, quo Anno 1584 rum aliqui non nisi Doctos, alij, non nisi nobiles, alij, non nisi diuites, alij non nisi ex legitimo coniugio natos recipiunt: at nobis auctoritate Pontificia permisum est, bonos & malos, fures & latrones, & quoscunq; volumus recipere: modò se Papæ & nobis subjiciant, nosque secundum AEGyptus. Societatis institutum iuuent. Quàm honesta ergo hæc sit Societas, facile Babylon. quis inde iudicare potest. Ego illam nequissimorum hominum collu- Factio Ca- uiem, malorum omnium sentinam & latronum speluncam esse iudico. tilaria Nam ex huiusmodi hominibus suam Societatem conscriptam esse ipsi Synedrion dicunt. Pharisœ-

Vt autem etiam Iesitarum domus, collegia, templa, & scholæ fre- rum nouo-  
quententur, imò venerentur, aut quod maius est, pro sacro sanctis colan- rum.  
tur, hominesq; in ijs offerant: dicit Bulla, eum qui Iesitarum aliquam Eccle- Ipsa blas-  
fiam, vel alium pium eorum locum, à Preposito signatum, semel in anno viuisit arit, in- phemia  
dulgentiam plenariam omnium peccatorum consequi. Huc, huc ergo festinate & magis in

**Christi** properate omnes fures & latrones, omnes infames & periuri. Hæc enim **meritum** Societas vobis asylum præbet: modò ad illorum locum accedatis, & **pleblaspemariam** indulgentiam omnium vestrorum scelerum habebitis. Non o-  
funt Iesui- pus est vobis resipiscientia, non contritione cordis, nō fide in Christum,  
ta. Si enim non vlla noua obedientia aut penitentia fructibus Sola Jesuitarum lo-  
hæc vera cavos iustificant, & ab omnibus peccatis absoluunt. Non ergo mirum  
sunt , rbi est, tot in Papatu esse concubinarios, tot incestuosos, tot proditores, tot  
meritum? virginum corruptores, totque masculorum concubitorum; cùm vel soli  
rbi mors? Iesuitæ, vel etiam illorū templo & loca ipsos absoluere & indulgentiam  
rbi obedi- plenariam omnium peccatorum tribuere valeant.

**entia?** rbi Sed ne erretis cæci cœcorum duces: neq; scortatores, neq; simula-  
satisfactio crorum cultores, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbunt cum  
**Christi?** v- masculis, neq; fures, neq; auari, neq; ebrios, neq; maledici, neq; rapaces  
bisides? v- regni Dei hæreditatem accipient: vtūt vos plenarias ipsis indulgentias  
bi gratia? offeratis. Tales cùm pleriq; sitis, neq; corrigi velitis, neq; ablui, neq;  
san- & tificari, neq; iustificari per nomen Domini I E S V , & per Spiritum Dei

**i. Cor. 6.** nostri, ministerio puri verbi & Sacramentorum : sed in locis vestris magi-  
cè consecratis at in propriorum meritorum valore plenariam omni-  
August. um peccatorum indulgentiam quæratis & speretis: ideo iusta est con-  
**Humana** demnatio vestra, vt qui protervè & contumaciter Christi mortem, san-  
iustitia di- guinem & resurrectionem proculvetis: Stultis autem, stolidis, tumidis &  
uina com- inanibus vestris bullis, locis, imaginibus, statuis, reliquijs ac operibus,  
parata in- quorum elegantia ne panno quidem menstruatæ comparari meretur,  
iustitia est omnia tribuatis.

**quia& lu-** Tandem in hac Bulla, eò quod etiam ad Indos vsq; proruperunt,  
cerna in te dat illis potestatem absoluendi etiam ab ijs, que Papa sibi in bullæ cœnæ reseruauit: o-  
nebris ful- minia que sunt Episcoporum peragere: qualia sunt ordinare, vngere, chrismare,  
gere cer- adiurare, exorzipare, confirmare, reformatre, indulgentias distribuere,  
nitur, sed diuertia facere, cum consanguineis dispensare, templo consecrare, cam-  
insolis ra- panas baptizare, statuta noua facere & alia consimilia, que alioquin sunt  
dicē posita Romanorum Episcoporum propria: ab ijs verò Episcopis, quos Diuus  
terebra- Paulus in Epistolis suis instruit, alienissima.

tur. Postremò etiam vult, ne quis his nefarijs ausis Jesuitarum se opponat: neq;  
**1. Tim. 1.2.** appellat super ea. Vult etiam Principes, Prælatos & alios in regno suo Anti-  
3. 4. & ad christiano potentes, iurare: ne quis hanc suam meretriciam Societatem  
**Tit.** inquietet: vel priuilegijs spoliet: vel impeditat. Talia verò audentes vult  
punire vel perse, vel per Magistratum: quem, diuinæ ordinationis con-  
temptor,

temptor brachium seculare vocat, suorumq; scelerum carnifices facit, quos Spiritus sanctus propter diuinum, quod gerunt, munus Deos vo- *Psalm. 82.*  
care non erubescit. Hæc est illa Bulla, quam Iesuitæ *mare magnum* vocant,  
quod in ea omnis generis priuilegia ipsis, non aliter, quam in Oceano  
nauibus onerarijs merces, aduehantur. Quam reliqui Monachi & men-  
dicantium ordines, quasi diluuium oderunt, metuentes, ne in hoc mari,  
quod velit Iesuitas, vt olim Pharao in mari rubro, submergantur. Sed  
transcamus ad aliam Bullam.

### In Bulla sexta.

I Vlius III. XII. Calend. Aug. Anno 1550. præcedentis Bullæ priuile-  
gia, ad instantiam Iesuitarum vota sua renouantium, seseq; etiam huic  
Papæ corpore & anima immolantium & in mancipia offerentium, (gra-  
ta olim dæmonibus futuri hostia) confirmauit: & addidit insuper, vt o-  
mnes Episcopi curét, priora perpetuæ esse facultatis, eaq; in uiolabiliter  
obseruent, nisi in omnipotentis Dei iram incurrere velint. Papa enim  
medius quidam est inter Deum & homines, (vt eorum Decretales vo-  
lunt) hoc est verè monstrum. Poteſt ergo Deo imperare, vt, quibus ipſe  
vult, irascatur: & vicissim quibus etiam vult, propitius sit: siue causam  
agat piam & fidei analogam, siue res impias & omni pietati institutis ué-  
diuinis contrarias. Et hoc est, quod Paulus dicit: ἐάν τραπέσθης αὐτοῖς, ὁ 2. Thess. 2.  
γός τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀνπικέμενός τῇ πάντῃ λεζόμενος θεὸν ή σέβα-  
ζεις, ὡς εἰς αὐτὸν εἰς τὸν Θεόν, οὐ δεινή γένηται εἰς τὸν θεόν:  
hoc est, Homo sceleratus, filius perditionis, sese opponens ac efferens ad  
uersus quicquid dicitur Deus, aut numen: adeò vt in templo Dei tan-  
quam Deus sedeat, præſe ferens, se esse Deum.

Hæc in Papam Romanum quadrare, res ipsa demonstrat: quia is est  
Christo ex diametro oppositus: vt pote cuius ingenium, doctrina, vita,  
mores, facta, leges & instituta Christo repugnant. Pedibus enim suis fœ-  
tidis verbum & sanguinem Christi proculcat: Traditiones autem suas,  
quasi ad salutem aeternam consequendam necessarias loco meriti Chri-  
sti iactat. Qui autem negat Iesum esse Christum: Hic est Antichristus,  
1. Iohann. 2. vnum & solum Deum, inuocationem Sanctorum introdu-  
cens, adorandum negat. Pro vno & æterno Sacerdote Christo innume-  
ros sacrificulos consecrat. Pro legitima potestate duarum clavium regni  
celo.

cœlorum, nescio quem fasciculum adulterinarum clavium Ecclesia obtrudit. Homines non sola fide in meritum Christi, sed proprijs satisfactionibus iustificari clamat. Ecclesiam Christi ceremonijs & superstitionibus stultissimis contaminat. Quæ Christus scemel ex Ecclesia profligauit (quales sunt nundinationes sacrorum) ea pertinaciter reuocat. Regna mundi capit & imperium summum affectat, cùm Christus ad regnum quæsusitus, fuderit. Pedes suos fœtidos & non raro morbo Gallico Italicaue lepra infectos, omnibus etiam Regibus osculandos offert.

Iohan. 6.

**Maxime** corni redimitus tiara, veluti Persicus aliquis Deus, gemmis & auris rutilians prodit, seseq; circumstrepente armata stipatorum Heluetiorum **Corporis** manu adorandum (quod vidi Romæ in festo Corporis Christi Anno **Christi.** 1583.) prostituit. Dominum sese totius orbis iactitat. Oves Christi expilat & dilaniat. Templa Dei, domus orationis, in speluncas latronum **Quelli so-** conuertit, & in fori formam mutat. In templo Dei commutationes, col-  
**nō merca-** lationes, emptiones, negociationem curtisanicam, hoc est, satanicas Sa-  
**tante ma-** cramentorum, Missarum & indulgentiarum nundinas exercet.

**Molto cat-** Nam quod ipse vidi, per Italiam stant ante fores templorum contiu, tristi, structæ mensæ, cathedræ atq; sellæ: in his venum expositæ sunt cereæ fi-  
ribaldi, be guræ, ossicula, cerei, ferrei pedes atq; manus, gallinæ, galli gallinacei, stie, dicit, eiusq; generis oblationum infinita copia: In ipsis vero templis stant ido-  
Italus con la manibus exorrectis: & quia ea muta sunt, interpretes habent satis lo-  
uersus. quaces, qui aræ & idolo assidentes salutatum venientes excipiunt, alli-

**Rome a-** ciunt, blandis verbis deliniunt, virtutes diui exponunt, conficta mira-  
pud Mariæ cula idoli iactitat, pecunia superstitionis stultosq; homines emungunt:  
**Maiorem,** & ne quid impedit offerentem, habent illi omnis generis numismata,  
& de Ni- vertunt itaq; mutant & vendunt, vt, quantumcunq; possunt, quam plu-  
ue, & de ritum in Diui Gazophylacium corradant. Quibus interim præsidet  
môte, &c. impius vel Monachus vel sacrificulus, qui ex donarijs illis turpissimam  
suam alit familiam, scilicet Leones, scorta, parasitos, phormiones, mi-  
mos, nebulones, ambubaias & Spurios. Ante omnia vero Papalis & Ca-  
nonica pörtio cedit de hisce donarijs sanctissimo, optimo, Maximo: qui

**Matth. 10.** largissimis indulgentijs concessis sanctam istam & optimam mercatu-  
**Act. 8.** ram confirmavit, præcipiente Domino: Gratis accepistis, gratis date.  
Petro item decernente & pronunciante: pecunia tua tecum sit in perdi-  
tionem, quoniam donum Dei existimasti pecunijs comparari. Huic en-  
im impunè licet omnes exercere imposturas, quia effertur aduersus  
ipsum Deum verum, & contra cultum Dei omnem, in templo Dei se-  
dens,

dens, ostentans seipsum esse Deum. Id quod Romæ vidi. Nam quoties Papa in aliquod templum vel idolorum speluncam ingreditur: magno studio in occursum eius effunditur omnis populus, procidens, huncq; non vt hominem, sed vt Dœum excipiens, Ibi tūm efferuntur omnes reliquæ: pedibus eius subiçiuntur holosérica puluinaria. Dicitur maxima pompa. Bone Christe, an non pudet te, quod Regem te demonstraturus, asina vectus Ierosolymam ingressus es? En, vicarius tuus magis magnificè & artificiosè Maiestatem suā demonstrare potest. Hostia hie-rothecæ aureæ inclusa ( quam pro Deo adorant clamantes sua lingua: *La misericordia, la misericordia, o dio signore nostro adiutate noi*) vel Papæ præfer-tur: vel ipse illam suis manibus portat, & inuocandam proponit. Huic *Hoffaus Ro* quasi sanctissimo geniculantur omnes, puluerem, quem equus ipsius al-*ma Af-*bus pedibus calcavit, exosculantur, & instar Sanctissimarum reliquia-*stens hac* rum colligunt, domi reponentes ad dæmonia & morbos propulsandos. *laudat, di-*cens: quod Intenti quoq; omnes, quasi attoniti illius benedictionem, quam sub si-*Papa sit ty* gno crucis dispergit, expectant: & saluos, scredunt, si istius vel vestigia *pu Christi* Pedum, vel fimbrias vestimenti, diuinum verò quiddam putant, si pedes exosculari liceat. Qui dicit illum non habere plenariam potestatem cœ-*non solum* li & terræ, purgatoriij & inferni, protinus pro hæretico habetur. Disertis *humiliati,* quoq; verbis eos vociferantes audiui: Papam esse vicarium Christi, ca-*sed etiam* Put Ecclesiæ. Iuniores verò illi publicè acclamantes, *Li Papa o sante patre exaltati,* *adiutate noi.* Ut alia atrociora taceam.

Talis ergo cùm sit & tantus, vt nemo ei dicere ausit, cur ita facis? cùm ipse solus possit supra omnia humana & diuina iura dispensare, & ex iniustitia facere iustitiam, corrigendo iura & mutando proscrinio sce-lestis sui pectoris: quid mirum, si etiam omnia fanda & nefanda Iesuitarum opera, consilia & instituta, ceu sancta probet, stabilitat, confirmet? Cùm istis immensa ipsius potestas vicissim stabiiliatur. Sed quid multis opus? Nos iam ad Draconis huius alteram epistolam descendamus, & os eius, grandia de his suis bestijs loquens, patienter audiamus.

### In Epistola septima.

**I**Vlius ergò III. die 22. Oct. Anno 1552. pro suæ potestatis, vt loquuntur, plenitudine, Iesuitis, præter superiora, noua tribuit priuilegia: quibus, si alij vterentur, excommunicarentur & damnarentur. Ea sunt:

*Professis licere circa ieunia & cibos prohibitos dispensare.* Si Sacerdos alius vel Monachus, vel secularis, absq; speciali permissione Sacerdotis, talem potestatem habentis, qualiscunq; ille, & quomodocunq; dispositus esset, siue bene siue male habens, ieunij temporibus vteretur cibis prohibitis, vtpote carnibus, lacte, ouis, butyro & caseo, is excommunicaretur, vel aliqua pecuniae summa mulctaretur. At Iesuitis Professis, hoc est, qui quadruplici voto Papæ sunt obligati, licet dispensare: hoc est, permittere sibi & alijs libertatem vescedi quibuslibet creaturis, in vsum hominis à Deo creatis. Ratio huius est: non, quia Deus liberum earum creaturarum vsum hominibus fecit: (Nihil enim ad ipsos Dei permisso, & Pauli doctrina) sed quia Papa illis hanc dispensandi facultatem concessit. Egregium sanè priuilegium, quo se Papa Antichristum, Iesuitæ vero se  
*z. Tim. 4.* Antichristi seruos demonstrant. Prohibitionem enim ciborum Paulus doctrinam Dæmoniorum dicit. Non ergo erunt Iesuitæ viri (vt seipso in Calabria & India vocant) Apostolici, sed Dæmoniaci; non Iesuitici, sed Antilesuitici; non Christiani, sed Antichristiani: vt & Papa, illorum Pater, verè Antichristus est.

Secundò: licet illis etiam hereticos, vt loquuntur, Lutheranos absoluere. Absoluere verò ipsis non est nomine Christi gratuitam peccatorum remissionem annunciare: sed ex Lutherano Pontificium, hoc est, ex catholico cacolycum, ex Christiano Antichristianum, ex membro Ecclesiæ Christi, membrum Synagogæ dæmoniorum, ex filio Dei adoptiō, sūlum Satanæ, sicq; duplīcē gehennæ filium facere. Id quod non est absoluī, iustificari aut iustum reputari: sed *apóstolos* Pófificiæ reum fieri, iudicari, damnari & apostatam pronunciari. Hæc autem potestas Iesuitis data est, vt sic commodiorem cum Lutheranis agendi occasionem habent. Dicunt enim: Non est, quod mali quid de nobis suspiceris: Nos non solemus, vt reliqui clerci, quenquam inquisitori prodere. Ideo *sic Satan berè fidem tuam profitere:* Est enim nobis potestas concessa te absoluit Christi uendi, & in gremium Romanæ Ecclesiæ recipiédi: Modò igitur has tres sto, si pro syllabus dicas, re, vo, co: & te in omnibus adiuuabimus. Sin verò alios accusatus a cesseris, consulere quidem ipsis poteris, at non ab ipsis absolui: quia nondoraueris bis id, non illis licet. In hoc, vt loquuntur, conscientiæ foro miserè mulme, hac otorum torquent mentes: absolutionem pollicitantes, cùm tamen re ipsa minia tibi animas, illis fidem habentes & adhærentes, perpetuæ damnationi subiudicant. Ad illorum igitur pollicitationes aureas, quasi ad Syrenum cantus, aures obdurandas sunt; ne illis auscultantes in Scyllam & Charybdis incident-

In incidentes, ad Stygias aquas præcipites cum omnibus Apostatis, quorum pars in inferno est, feramur & in æternum pereamus.

Tertiò, tenentur alij Sacerdotes ante Missam suas horas vel officium dicere: at Iesuitis concedit illas etiam Missæ postponere. Quo priuilegio probè vti nō runt. Cùm plerique Sacerdotum ipsorum, post collationes suas in multum usque diem stertentes, ad ultimum usque Missæ signum, vix indui vel dignè, pro more theatrico, præparari possint.

Quartò. Non solum apud rudiores Papicolas, verùm etiam apud Lutheranos minus doctos & parùm dextrè de scientia literarum iudicantes, quandam sibi eruditio[n]is & Philosophicæ <sup>enim ipsius</sup> opinionem, loquaces istæ ranæ & sophistæ fallaces, pepererunt. Verùm si quis solidaterum vel diuinarum vel Philosophicarum argumenta petat, illisq; verisimilia ipsorum dogmata & sophismata, in quibus isti, quasi sub umbbris latitant, excutiat, tunc sub pelle leonina asini, sub plumis columbinis corui latitare, inter olores anseres, & inter musas graculi strepere deprehenduntur. Sicut in publicis examinib[us], dum honores peterent: sicut olim <sup>Hinc p[ro]p[ter]e</sup> nostris Doctorib[us]. obstrepu[n]t, <sup>Pharisa[rum]</sup> <sup>E[st]ra[ta]r[um]</sup> <sup>sai & Sa-</sup> <sup>duca[rum]</sup> <sup>sto; semper</sup> <sup>eadem re-</sup> <sup>petentes</sup> <sup>cantilenæ,</sup> <sup>licet cen-</sup> <sup>ties cōfun-</sup> <sup>dantur.</sup>   
p[er] indecti asini sunt deprehensi. Quid dicam de nostris Doctoribus, qui ipsorum illis ruditatem plusquam asininam ad oculum demonstrarunt? Quid? quod plures inter parietes, ignorantiae quām scientiæ fratres alunt? quid quod solidam scientiam addiscere non possunt? eò quod legi tententur, non nisi Pontificia, hoc est, mendacia discere, fumos vendere, Sophistas agere, & opiniones pro rei veritate, leuia pro graubus, & falsa pro veris obtrudere. Hæc & alia non ignorantes Iesuitarum Senior[um] & astutiores, obtinuerunt à Papa etiam hoc priuilegium, vt intra dormorum & collegiorum suorum priuatos parietes, suos ad quoscunque volunt gradus promouere posint. Ne tamen Vniuersitatum legibus derogasse videantur, vbi suos examinârūt, ad promotionis diem, Rectorem & Cancellarium Academiæ vocare solent, qui licentiam promouendi ipsis dare coguntur, & ne in minimo quidem ipsis contradicere audent: quin sufficiat illis hæc gratia, quod ad prandium vel coenam sunt inuitati. Ne quis aut illos, vt qui publica non subierint examina, arguat, rideat, & contemnat, præcipit Papa: vt tales socij graduati, qualificati & formati, quasi in publico id factum esset, in honore habeantur. Concedit etiam illis eadem priuilegia, quibus gaudent ij, qui secundum statuta legitimè sunt promoti. Quos ego, tales legitimos Doctores & Magistros puto: quales spuri habentur, quo sluchi & quæstus gratia nonnulli, pro legitimis & honeste natis, pronunciant.

nunciant. Testimonium habentes in literis, in corpore vero & animis, infamiam & infamiam.

Sed & alia subestratio, quare Iesuitæ suos intra parietes Collegij sui promoueant: nempe inexhausta & insatiabilis, qua laborant, auaritia. Anno 1583. Bononiæ in Italia ex Iesuitarum Rectore quærebam, quare non publicè suos promouerent: Multos enim esse qui exiguum existimatione & laudem, huiusmodi in angulo aliquo exclusis Doctoribus tribuerent. Respondit: Non hoc facimus, quod nostri non sint idonei, vel non satis ad respondendum instructi: sed hoc sit superiorum nostrorum instituto, ne nostri publicè creati, cristas erigant: vel publicis legibus iurati, nostris se aliquando regulis opponant. Et quia id nobis singulari Papæ indulgentia licet, sumptus illos, quos publicè facere oportebat, nostrorum in vsum conferre, sicque omnes inter humilitatis & paupertatis limites continere possumus. Hi sunt perdocti illi Doctores, aurea Ecclesiæ cancellabrum, rara eruditionis vase, electa Papæ organa, euangelica dæmoniorum instrumenta, Doctores Seraphici, Cherubici, Angelici, Scholastici, Thomistici, Scotistici: in summa admirabiles omnibus, qui vel ipsa camporum gramina crescere audient.

Egregie sunt de Deo, eius voluntate & vero cultu instructi. Nam statuas & imagines consecratas à Papa, ceu numina quadam adorant, sibi que Diuos quot libet fingunt, non sine horribili idolomania Ethnicorum impietas in orbem Christianum reuocantes. Ita panem Altaris (vt vocant) consecratum, sicuti olim Chaldaïgnem, quem Persæ Ormida dicunt, Deum esse fingunt, cumq; adorant: sicq; ex pane illo magice consecrato, cum Thebanis Iouem & Bacchum; cum Atticis Cereum, aut quodus aliud numen faciunt. Adorant præterea non vnum Deum: sed illorum Priapus, vt Lampacenisi, est Papus: illorum Mars, Georgius: illorum Minerua, Catharina, & alij innumeri Diui. Hosce suos diuos ita colunt, vt coram ipsis, sicut Israëlitæ coram vitulo suo, saltent & tripudent. Quem cultum illis Sacerdos summus, Papa Romanus, absente Mose, hoc est, Christo, cuius vicarius esse vult, facile permittit. Quandoquidem illi aurum & argentum, non ad vitulum conflandum, sed ipsum vitulum alendum & conseruandum conferunt. Sic vt Papa Romanus reuera nihil aliud sit, quam vitulus ille idololatricus: coram quo Mundi potentes saltant, & qui cum spiritualiter fornicantur & negotiantur. Idem diuinum cultum rebus, quibus non debetur, & quæ non sunt Deus, tribuant: Dum Sanctos vel mortuos, qui ignorant nos,

nos, inuocant; suam fiduciam in electitia opera ponunt, ieunia, peregrinationes, regulas, corporum macerationes sine Dei verbo eligunt. De voluntate verò Dei, quid egregij isti Doctores, lucernæ mundi, proferunt? Dubitationem, qua Deum & impotentia & mendacij arguunt, pro spe & fide in Christum tradunt: promissionum diuinarum certitudinem in dubium vocant: Suis cōstitutionibus, decretis & somnijs confidunt: omnem suam dilectionem in Antichristum transfundunt: sua propria dilectione & operibus legis iustificari volunt: Dei timorem non habent: suis ipsorum meritis confidunt: præcepta Dei contemnunt: sua figura obseruant. Hi sunt verè Ninitæ, à Nino filio Beli denominandi. Quòd ut hic patris simulacrum: Ita illi Papæ imagines consecrata, adorandas prostituunt, & hoc Ihesu homines tum alibi, tum maximè Romæ, alla Maria di maggiori, alla Maria de niue, alla Maria de monte, alla Maria di tutte li santi, alla Maria di minore, potissimum verò hoc nostro seculo alla Maria di Loreto decipiunt. Ad hanc ex omnibus nationibus homines confluunt: quasi Deus ibi, ut olim in castris Israëlitarum, præfens esset. Sunt ergo Iesuitæ Belbaalbeelzebubitæ, varios Döminos, Diuos & dæmonia, quæ adorent, singentes. Et quod Baalpaor fuit Moabitæ: idem est Ignatius Loiola Iesuitis. Ut enim ille ab apertione est dictus: ita hic apertio & ianua, seu inuentio Iesuitarum est appellatus. Hic est Iesuitarum Priapus, pater fecundus ex cuius intestinis hi *Vt magni socij profluxerunt*. Hic est illorum Beelzebub, Rex Muscarum Iesuitica-*nominis* Doctor di-*rum, oleum legis & Euangelij perdentium*. Et quod Babylonis & Assy-*rijs Belus: Egypcijs Osiris & Isis: Aphris Neptunus: Mauris Zuba: Rho-* xit D. G. dijs & Massagetis Sol: Samijs Iuno: Lemnijs Vulcanus: Paphis Venus: M. Delphis Apollo olim fuit, id sunt hodiè Iesuitis primi illorum patres; Faber, Laynetz, Iaius, Broël, Xauier, Salmeron, Rodericus, Codorus & Bobadilla. Quorum quosdam iam in diuorum numerum retulerunt: *Num. 25.* alios verò Deos domesticos ac lares fecerunt. Hi sunt qui cum gentibus, *vt Scriptura loquitur, meretricari solent: Hi suæ Societatis propagatio-* nem (*vt gentes seminis promissionem ad Priapum*) ad suum Ignatium referunt, quòd quasi ex igne flammæ: ita ex Ignatio multi sint socij nati. Quos ea propter non absurdè ignita Satanæ tela dicere poterimus: si quidem ijs iam Christiani passim petuntur. Imò sunt verè Moloch ille, cui parentes liberos suos cremandos obtulerunt. Quem *vt olim sapiens 3. Reg. II.* Salomon coluit: ita hodie, proh dolor, multi stolidi parentes suos filios istis socijs instituēdos tradunt, quos deinde in Societatem susceptos, ci-*licijs,*

licis, flagellis & alijs macerationibus, quasi igne mundano consumunt animam verò infectam falsa doctrina ad ignem infernalem deprimunt. Quicunq; ergo sint, qui liberos suos, Iesuitis, pessimis iuentutis corruptoribus, erudiendos tradunt, eos, etiamsi ipso Solomone sapientes essent: in hoc tamen stultè agere dicerem: cùd quòd cum illo Molochum colere incipient. Reuera enim Iesuitarum collegia aliud nihil sunt, quam Molochi imagines cohauez, in quibus filij illorum cremantur. Quemadmodum autem Molochi Sacerdotes, tibias & fistulas adhibuerē: ne parentes liberorum ciulatus & gemitus, quos dum vstulabantur ediderunt, exaudirent: ita & Iesuitæ instar Syrenum suauiter illis canerorū, donec hos ad Societatem pertrahant. Parentes ergo, dum audiunt filios apud Iesuitas in doctrina & moribus proficere, haud secus, quam illi coram Moloch (donec puer in idolo ab igni succenso cremabatur) saltant: Iesuitæ autem percutiunt tympana (quæ sunt, nihil solarij, nullam mercedem nobis dare debetis: gratis vestrū erudiemus filium: erit nobis quasi *ȳr̄t̄os* & frater germanus: non sit vobis cura de illo: vt meipsum curabo illum: si obediuerit, in omnibus eum adiuuabimus, &c.) vt parentes filiorum vagitum, miserias, dolores, verbera, flagella, cilicia & cætera tormentorum genera, quibus Molochitica illa Iesuitarum Societate, quasi in altero purgatorio, illorum cordium & carnis dilecta pignora miserè torquentur & conficiuntur, audire non possint.

Nec his contenti Iesuitæ eruditio nem suam transelestem etiam in hoc ostendunt, & quales Doctores sint, declarandum in concionibus, exhortationibus & lectionibus suis ferè nihil tractant, quam quòd omnes homines monent, vt ad statuas, loca sancta & Monasteria, in quibus filij, filiaeque; Papæ Molocho offeruntur, peregrinentur, vota suscipiant, atq; ad ea, quasi ad Deum quandam confluant. His locis & statuis, varias easq; diuinæ tribuunt virtutes, cultusq; affingunt, quorum etiam Gentes hodie pudere posset. Ab his enim, ceu Gentes olim dæmonibus, responsa petunt: hæc homines sanare dicunt: his fletum, risum, motum, sermonem pro qualitate & quantitate offerentium tribuunt, non aliter consulentes illa, quam qui diabolum in crystallo, monstratis imarginibus, querunt. Quid quod multi eorum tales imagines secum portant, quarum beneficio se præterita scire, futura prædicere, & cuncta Anno 1582 nos gloriantur? Sic Iesuita PELTANVS, quem doctissimum putabant Augustz,

Augustæ, suo in museo mihi monstrauit imagunculam, & dixit: Se nunquam illam salutasse, vel coram ea genua flexisse, quin eorum, quæ voluerit scire, noticiam variamq; gratiam fuerit adeptus. Sic senex quidam Iesuita, Roma apud S. Andream, nomine Iulius, qui postea ad Turcarum fines est emissus, ostendit mihi imaginem, cuius virtute se futura scire, & vlegra sanare posse dixit. Erat tum frater, qui vlcus habebat in fronte, super illud quām primū posuit istam suam imaginem, illicò pus & sanguis effluxerunt. Hi sunt reuera Magi, sortilegi, superstiosi, signa diesq; eligentes. Sed quis horum Doctorum artes malas & nequitias vel mentes sati concipere possit, nedum verbis dignè exponere? Sunt (quæ testis oculatus produco) in idolatria Ethnicis, Turcis & Iudeis deteriores. Sunt simulatores, dissimulatores & hypocritæ maximi. Sunt hæretici pertinacissimi, Dei verbum & Sacraenta Christi corruptentes, profanantes, mutilantes, violantes: quorum proprium est in quarto modo, separare homines à veritate Dei, & falsitate Pontificis inficere: & nihil quām cum præceptis Dei, & articulis symboli, pugnantia & contraria tradere. Sunt Apostatae peruersi, propter ventrem, qui illorum Deus est, ab Ecclesia Christi ad Satanæ Synagogam deficientes. Sunt Sophistæ Impij, pertinaces, fanatici, columniatores, & *έντερα λίγη* inhonesti. Sunt homines in Euangelicos viros periuri, pacta iurata, fidem & inducias non seruantes. Sunt qui Sabbatum Dei horrendis sacrificijs, Missa scilicet abominanda & idololatrica, mortuorum inuocatione, & inutilibus traditionibus humanis profanant. Sunt homines impij & reprobi, qui contra conscientiam, contra expressa Dei mandata, scientes & volentes obtemperant Papæ edictis. Sunt Sacerdotes vani, leues, inconstantes, *Ιεσυταρι*  
*γλάριοι*, præcipites in loquendo, iudicantes de incognitis, *κερβδόξοι*, vani-  
*πολύτρω-*  
*λοκι*, nugigeruli, mataologi, allotrioepiscopi, typi infidelium, con-  
*τρών* Paulus  
 temptores ministrorum verbi & Euangelij, quos vocant prædicabilia, *ad Timot.*  
 prædicatcs, predigk rugos, &c. Sunt institutores nouorum cultuum, Sa- & Tit.  
 cramentorum & ceremoniarum, vel potius rerum puerilium & crepus- Item ad  
 diarum, dies festos in lusus theatraicos conuertentes: magis verbi diuini Rom. 1. po-  
 ac Euangelij conciones, quām Satanas signum crucis vel aquam lustra-  
 lem (vt ipsi nugantur) fugientes: sunt Parentum, Magistratus & secula-  
 rium, vt loquuntur contemptores. Iesuita C R V S I V s Landspergæ in  
 explicatione regulæ de deserendis naturalibus parentibus aperte dixit:  
 Eum nondum verū Iesuitarum factum discipulum, cui naturalium pa- Anno 1584  
 rentum subeat recordatio; Item omnem naturalem affectū erga paren-  
 tes ger-

tes germanos exuendum: eumq; totum in Iesuitarum Patres transfundendum neq; ullum suorum nouitiorum ad parentes etiam animam aagentes, aut extremum colloquij cum filijs officium petentes admittendum. Item parentibus, amicis & Magistratui conantibus aliquem ex Societate, ad communis vitæ cōmerciū reuocare, in faciem expuendum, ac dicendum: Sinite mortuos sepelire mortuos: Et, Vade post me Satana.

Landspergæ erat Nobilis, ingeniosus, mihiq; amicissimus adolescentis, nomine Bartholomæus S C H R E N C I V S, patria Bauarus, Romæ verò in Germanorum collegio seductus per Iesuitas. Is in patriam reuersus, Landspergæ Iesuita factus est: Huic literas misit pia & senio confecta Mater, rogans vt Societatem istam deserat, ad familiam suam antiqua nobilitate insignem redeat, neq; tanta ignominia stemma suum clarissimum afficiat, &c. Rector Crusius priusquam illi literas traderet, resignauit, legit, & post aliquot dies his dolis bonum aggressus est adolescētem. Carissime, inquit, Schrencki, si quis te conaretur vel donis vel promissis, vel literis ex Societate ad mundum reuocare: Quid faceres? Respondit ille subridens: neque dona, neque promissa, neque literas multum curarem: sed si parentes me auocarent, nescirem sanè quid mihi faciendum foret. Tunc Rector eum dicit seorsim literasq; matris illi monstrat, & persuadet adolescenti, vt in hanc formam matrigrandæ respondeat. Mea mater mihi dubium nō est, te multis lacrymis meum ad Societatem I E S V ingressum prosequi, & dolere, me tibi in hac tua ætate eruptum. Sed noli te frustraneis lacrymis cōsumere, laterem lauas: Ego redire nec volo, nec possum, nec debedo. Nō debedo, quia Patres mei spirituales, quos loco tui elegi, id non permittere possunt, absque speciali Pontificis vel Generalis permisso. Non possum: quia iam vota feci. Non volo: quia nec Christus de cruce propter lacrymas matris descendit. Deinde verò idem post paucos dies mihi retulit: Matrem suam literis in grauissimum eundemq; periculosisimum incidisse morbum. Verū toxicis Iesuitarum pharmacis ita dementatus erat, vt in ipso iam nullus amplius pietas erga matrem locus fuerit relictus. Tales nimirum hi Doctores Filios, Circæis suis regulis, reddunt.

Vt autem parentes rident: ita etiam Magistratum à Deo ordinatum contemnunt & blasphemant. Iesuita Torrens vocat Magistratum scabellum pedum Papæ. In his Bullis dicuntur: brachium seculare. Eorum curiam, à cruento dictam tradunt. Quoties Magistratus conatur impensis Ie-

pijs Iesuitarum factis resistere: vocant eos, Satanam: excommunicant, proscribunt, & seruis durius tractant. Ut iam nihil dicam, multos cogi, vt nisi ipsi periclitari velint, carnificum vices suscipiant; Iesuitarum proditio-  
nes, insidias & omnes malas artes iuuent ac promoueant. Alioquin  
periculum est, ne ipsi consumantur, cum tota sua familia deleantur, aut  
ad minimum coram Pontificijs satellitibus & cohortibus infamia no-  
tentur.

Quid dicam de spiritualibus illorum furtis: quibus falsa sua do-  
ctrina, animabus sanguine Christi redemptis æternæ vita bona suffu-  
rantur? unum sacrilegium posuisse sufficiat: nempe calicis seu sanguini-  
nis Christi ablationem. Ob quod unicum grande ~~πονηραλέπλαιστι~~<sup>Gelasius</sup> isti di-  
gni essent, vt omnes ab officijs suis suspenderentur, de gradu deturba-  
rentur, ex Ecclesia ejacerentur, donec de restitutione consultaret. Quid?  
quod suorum nouitorum corpora, peregrinationibus, ieunijs, cilicijs,  
flagellis & alijs pœnitentijs enecant: quod sunt iniusti Ecclesiasticorum  
bonorum possessores: quod aliorum res & famam affectant, traducunt,  
& calumniantur? Quid de illorum impuro cœlibatu dicam, quo socie-  
tatem ingressi seipso contaminant? quid de Spirituali fornicatione?  
quid de coniugij prohibitione? quid de castitate compulsa aut potius  
pollutione nocturna? quid de incestu? quid de desertione coniugis &  
liberorum? quid de conuitijs & mendacijs pontificijs, quibus Ecclesiam  
Dei, politias laudabiles & œconomias honestas, atq; adeo etiam multo-  
rum vitam priuatam onerant? Inter quos nullus pudor, nec cura iuris,  
nec sanctitas, nec pietas, nec fides, nec vlla vera religio est. Quid de malis  
illorum concupiscentijs: quas illi peccata non esse autumant, externa  
iustitia & obedientia carnali excacati? Sed abeant ad coruos, ne illorum  
vel umbra diu pijs nocere possit. Veruntamen ipsos indigniores esse ar-  
bitror, quam qui aërem hunc inficiant. Quin ergo potius propter im-  
pœnitentiam & cor peruersum, ad iudicium iræ diuinæ, ceu vasa inferni  
eos reseruari existimo.

### In octava epistola seu Bulla.

Pius IIII. XIII. April. anno 1561. animaduertens hos coniuratos  
socios in ipsius primatu defendendo non segnes reddi, sed ad omnia  
obse quia paratissimos esse; concedit illis potestatem edificandi collegia, ubi-  
cung<sup>s</sup>

cung, locorum velint. Illisq; defensores ordinavit plurimos. Eo tempore resisteabant illis Franciscani fratres minores, in collegij Palentini extructione: sed nihil obtinuerunt & potentiae Iesuitarum cedere coacti sunt. Nam Iesuitæ Spiritu Iezabelis agitati, à quibusuis quod volunt manda-to Papæ extorquere possunt, nihil curantes, quid vel ius & iustitia, vel æquitas præcipiant. Imo Papa hac in Bulla mandat, vt in huiusmodi contentibus Iesuitas, parochi, Antistites & Episcopi iuuent, & contradicentes seu impedientes coercent.

Felix sanc*t*e Iesuitarum conditio: qui nulli hominum supplices fieri tenentur, vt recipiantur: sed ad quoscunq; à Papa missi venerint, coguntur hi illos non modò hospitio excipere, gratis alere, sed etiam Collegia, domus, templa & scholas ædificare: quin & proprijs possessionibus, domibus & hortis cedere, eaq; in vsum & dominium Iesuitarum tradere. Sic enim Augustæ, Monachij, Ingolstadij, Dullingæ & Landspergæ factum esse, neminem latet. Per iocum Ingolstadij dicebam Patri Regenti Iesuitæ in collegio Albertino: Mihi videtur Papa valde iniustus esse, qui vobis iam ante plus, quam reliqui Monachi habeant possidentibus, semper magis magisq; addit: alias domibus suis expellit, vosq; inhabitores constituit. Respondit ille subridendo. Non diuines sed pauperes sumus. In dignos igitur ista conferuntur. Nobis Papæ contradicere non licet. Ille in Ecclesiastica & subdiutorum suorum bona eandem habet facultatem, quam Deus Israëlitis Ægypto egredientibus attribuit. Et cuilibet, quomodo & quibus vult, sua bona distribuit. Hac ergo ratione Iesuitæ nunquam egere possunt. Licet enim illis Messem facere, vbi nō seminârunt, & tollere quod non posuerunt. Et hoc torquent etiā dictum: Habenti dabitur; & non habenti, etiā id quod habet, auferetur. Auctore Christophoro Zieglero, citatore Scripturæ, vt aiunt, profundo.

### *In Epistola nona.*

**P**IUS III. Die 19. August. Anno 1561. Hos suos coniuratos & Catilinarios socios ab omniibus oneribus & grauaminibus tum Ecclesiæ tum Reipub. eximit. Nam præcipit, vt & ipsi, & Collegia, & bona ipsorum in perpetuâ libertate, sine ullo iuramento (excepto quo Papæ sunt deuincti) sine omni vsuma, fœnore, censura, decimis & exactionibus liberi relinquantur, tam in ijs, quæ iam possident, quam quæ in illorū vsum futuri

Futuris temporibus sunt ventura: tam in domibus & Collegijs, quam in ciuitatibus & vniuersitatibus. Nullum tributum, nullum censum, nullas decimas, de domibus, collegijs & feudis soluant: sed sua ab omni solutione exempta & libera possideant.

Secundò, non vult vt hi socij, instar reliquorum Monachorum, intra suas speluncas se contineant, sed liberè ad omnes exeat, præceptores & professores agant, & vbique etiam, vbi cunque sperant se commoditatem habituros homines Ecclesiæ Romanæ adducendi, collegia & scholas erigant. Impedientes illos grauiter puniendos tradit. Merito autem hæc Iesuitis tribuit, quia hi præ reliquis Papæ res augere & propagare nouerunt. Hi frontem omnem perficerunt: illisq; neque corporis neque animæ salus curæ est. Sed furiosorum instar, omni famæ & honestatis, beatitatis & salutis ratione neglecta, tantum quæ sunt magna illius meretricis curant, quicquid vel cœlum & terra, vel Deus & homo clament.

Tertiò, tribuit illis facultatem ad gradus promouendi eos, præseruimus pauperiores, quos publici Academiarum Professores admittere & promouere noluerunt. Vel etiam ditiores, quos interdum non eruditio, sed vita minus probata excludit: ita tamen, vt sumptus cedant in vsum Doctorum publicorum, vel iuribus Vniuersitatum. Et tali ratione promotos, ijsdem priuilegijs gaudere vult, quibus fruuntur qui publicè sunt promoti. Sic ergo Rectoris & Cancellarij dignitas, adeoq; omnium Vniuersitatum iura atque Priuilegia, his Antichristi ministris cedere coguntur. Digni sanè, vel hanc ob causam, qui ad publicas Academias admittantur: cum Iesuitæ facti suos præceptores (vt cuculos & Nerones decet) tanto honore & reverentia prosequi nōrint, vt sese illis longè præferant. Et quare id non facerent? cum & Papa illorum Pater quoque se super omne id, quod est & dicitur Deus, efferat. Quid ergo mirum, Iesuitas, filios eius dilectos, sese etiam, contra propria illorum vota, contra omnem pietatem, iustitiam & æquitatem, contra omnia ciuitatum & Academiarum iura, cunctis præferre, & primas in omnibus, vt Pharisæos & filios Luciferi decet, obtinere velle? Si enim seipso negligenter, quis eos non contemneret? Et quibus Papa sua potius quam his ipsis tribuat, qui vicissim in hoc toti sunt, vt ipsius primatus per totum mundum fulgeat, ipsique omnia regna subijcantur? Quamobrem ipse non immerritò bona terræ suis distribuit. Oportet enim eum adimplere omnia, que

2. Thess. 2.

de Antichristo prædicta sunt: nec desistere, donec prælustrum Christi aduentum de solio suo cum Lucifero, ad inferni abyssum præcipitur.

*In Bulla decima.*

Pius V. 16. Calend. Febr. Anno 1565. cùm ex Iesuitarum relatione  
 (nam Iesuitæ omnia, tam sua quām aliorum dicta & facta, si ipsorum  
 culinæ inferuiat, Papæ referre solent) cognosceret: quosdam, cognita  
 Iesuitarum sodalitate, studijsque perspectis, pœnitentia duci, Societate  
 hac rursus egredi, & vitam Politicam sectari. Ut ergo his metum incute-  
 ret: & quantum in illo est, intra Societatis limites cunctos coarctaret, de-  
 creuit: vt egredientes ex Societate, licentia Generalis vel Papæ, si alium ordinem in-  
 gredi velint, in nullum alium quām in Carthusianorum (vitā, vt quidam putant,  
 maximè austera & duram, quod non carnibus, sed piscibus perpetuò  
 vescantur, ducentium) recipiantur. Egredientes vero, sine vel Papæ vel Generalis  
 permisso, si in Romana Ecclesia permaneant, excommunicentur: si transeant ad Lu-  
 theranos vel Ecclesia Romana aduersarios, quibuscumq; possunt artibus & insidijs ca-  
 piantur, incarcerentur, & secundum ius Pontificium cum ipsis procedatur; hoc est,  
 Vel vt ad vomitum redeant, cogantur, vel comburantur.

i. Pet. 2.

Meum ergo consilium est, vt antequam quis in hunc puteum de-  
 scendat, priùs multūm deliberet, quomodo iterum ex eo ascendere ve-  
 lit. Mihi credant homines velim: multi hanc Societatem ingrediuntur,  
 rerum nouarum cupidi: pauci vero vel sani in ea viuunt, vel tuto egredi  
 possunt: imò plerique misere in ea pereunt. Nam qui periculum amat,  
 peribit in eo. Itaque Christi voci obediendum est, fideliter omnes hor-  
 tantis, vt à pseudoprophetis nobis caueamus, ab eis examus, & vt Paulus  
 monet, penitus eos vitemus. Quæ enim potest esse cōuenientia filijs An-  
 tichristi cum verè Christianis? aut quod commercium filijs tenebrarum  
 & filijs lucis? Quin si Apostolos audire voluerimus, eis ne Ave quidem  
 dicamus: multò vero minus iugum cum ipsis trahamus.

Tandem, ne hi filij obedientiæ aliorum etiam Priuilegijs destituan-  
 tur, concedit Papa illis omnia Priuilegia, quæ sunt ordinibus mendicantium concessæ,  
 vt sic ubique sua possint, quounque venerint, habere diuersoria, & fo-  
 ciosiuenire, qui illos, in rerum Pontificiarum executione iuuent: ad-  
 eoq; prætextū aliquem paupertatis aliquo modo habere, dum opulentii  
 mendicantium albo inscribuntur. Verūm hunc mendicantiū ordinem,  
 non

non Deus, sed ocium perditorum hominum inuenit. Ideo abrogandus ille est, & cētē plantatio Satanæ eradicanda. Christus etenim non cœctio-ne, voluntate, deserto-ne bonorum, coactio-ne aut necessitate, sed spiritu pauperes commendat; atq; his, non illis, vita æternæ saturitatē pro-mittit.

### In epistola undecima.

Pius V. 3. Cal. Sept. Anno 1568. vt clementiam suam Iesuitis com-mendatam redderet, & vtrō currentibus calcar adderet, *omnia priora priuilegia repetendo confirmat*: eorum omnes constitutiones probat: con-tractus concedit: & immunes à capitulo aliorum, pœna & censura red-di-t: ne videlicet in mysterijs iniquitatis impediантur: sed strenue per-gant: donec, vt Bobadilla dicit, vnum fiat ouile, & vnum caput: hoc est, cunctis populis subiectis, vna Romana Ecclesia agnoscatur, cuius caput & dominus sit Papa Romanus. Qualem etiam spem excœcatos Iudæos de-nouo suo quodam Messia souere notum est.

### In Bulla duodecima.

Pius V. die 10. Martij, Anno 1571. concedit illis facultatem licet & liberè, etiam rbi Uniuersitates sunt, publicè legendi. Vbicunque ergo ad uniuersitates veniunt, etiam non vocati, statim cathedras & suggestū ascen-dunt, licet magis idonei Doctores in illis locis habeantur. Hoc autem fit ideo: quia soli Iesuitæ, omni suspicio-ne fallæ doctrinæ apud Pontificem carent, vt qui se tot nominibus ipsi deuouerunt & commendatos reddi-derunt. Legunt autem in scholis nihil quam Ethnica, Thomistica & Sco-tistica, quæ præter inanem inutilium rerum speculationem & subtilita-tem nihil continent. Hinc dicuntur Doctores speculatiui, contempla-tiui, Thomistæ, Scotistæ, Aristotelici, Platonici, Academici. Licet peritia sophisma-& scientia rerum alijs nullo modo cōparari possint. Annotationes, quas tū Padue, illorum patres Romani corradunt, eas Germanis, cētē Romanæ Ecclesie Bononie, & Philosophiæ reliquias, commendant. Nullius auctoris textum inte-Ronie & græ, vel recte, vel ornatè, vel methodicè interpretantur; sed omnia spi-Ingolstadij nosis, rancidis & inutilibus questionibus & fabulis inuoluunt. Sacra pro-multa au-fanis, & diuersarum rerum principia inter se confidentes; vt scribolet dñi.

apud eiusmodi raræ eruditio[n]is homines. Si qui inter ipsos nouerunt Hebraicè (vtar illorum verbis) alphabetare: Græcè Syllabare: Italicè & Hispanicè parlare, Latinè legere, scribere, componere: & Germanicè dicere. Bott/ Witt/ Luteran Reker soll man all verbrinnen: is vir sex linguarum, admirabilis, & Lux mundi: Reliqui, qui benè possunt, canere, benè legere, & benè Missas celebrare, hi omnia tria benè habere dicuntur. In alijs ignorantia, quasi simplicitas, commendatur: vt scilicet ignorantes ignorentur.

Deinde verò ne Extranei hos nouos Doctores & Papæ mancipia fastidian, aut audire renuant, permittit illis facultatem liberè eos audiendi: quicquid reliqui ordinarij Professores dicant. Si ordinarij Professores, Iesuitarum auditores nolunt promouere, concessum est, & licet Iesuitis illos domi promouere, atq[ue] sic Baccalaureos, Magistros, Licentiatos & Doctores creare: ac si sua studia iuxta Vniuersitatum statuta absoluissent. Hi promotores, quod dicitur, accipiunt pecuniam, & mittunt alios in Germaniam.

Tandem ne Vniuersitatum Rectores pro iure suorum priuilegiorum in Iesuitas & illorum discipulos procedant, ac ceu illegitimos arccant: vult eos omnes excommunicari, qui vel impedire vel molestare Iesuitas præsumūt. Licet Papa Bonifacius VIII. alias leges de Monachis dederit.

### *In tredecima Bulla.*

**P**IUS V. Die 7. Jul. anno 1571. tribuit illis *omnia mendicantium priuilegia* (Fresjettel zu vnd in allen Mönchs Kloßtern) licet ipsi propria Collegia habeant, & domos vbiq[ue] adflicant. Nolebant, & adhuc renuunt Monachi peregrinantes Iesuitas hospitio excipere. Dicebant enim illis, vos di- tiores nobis es[ti]: habetis collegia & dormus, ad eas diuertatis. Verum Ie- suitæ, musæ auaræ, de aliena quadra saturari auentes, impetrârunt à Pa- pa, vt Monachi Iesuitas apud illos diuersari & pernoctare volentes, re- cipere cogantur: nisi in Papæ indignationem incurrere, & penas dare velint. Nō autem Iesuitæ id vel ob egestatem, vel tantum vt eadem cum illis priuilegia habeant, vel amicitia & confraternitatis ergo, petie- runt: sed vt sic claram in Monachorum res & opes, vitam & doctrinam in- quirendi, illos Papæ deferendi, & aliquando illorum bona & monaste- ria inuadendi vel capiendi, occasiones haberent. Ob quem dolum etiam cant &

cane & angue peius Monachi illos oderunt. Vident enim & experientur Iesuitarum artibus, suam & vitæ licentiam, & bonorum substantiam paulatim tolli, minui, & in Iesuitas conferri. Verum Iesuitæ nihil curant illorum siue amorem, siue odium. Velint enim siue nolint, coguntur illic in omnibus omnia cōcedere, & illorum ut dicitur, cantilenam canere.

### *In decima quarta Bulla.*

**G**regorius XIII. Nobilis Bononiensis, Doctor creatus, & ex Hugone (hoc enim proprium illius nomen erat) Papa factus, non contentus, Iesuitas esse cinctos sua, Cardinalium & Episcoporum auctoritate dedit etiam facultatem Iesuitis, conservatores, iudices & aducatos assumendi, in quibusuis causis. Illos autem inuare renuentes, excommunicari iubet. Sic ut & sub Ecclesiæ Romane custodia, & ciuium seu politicorum tutela licite, libere, absq; omni impedimento ore Papa exequi possint. Vult etiam ut Archiepiscopi, & reliqui Clerici Iesuitas laborantes vel periclitantes, cum potentia, tum opibus iuuent, neq; permittant, ut Iesuitæ vel impediantur, vel molestentur, vel expellantur, vel bonis suis cedere cogantur.

Hinc tantis supercilijs, tantalicentia omnibus insultant, & impunè quidlibet agunt. Sic ut iam in proverbiū inter pontificios abierit, ut si quādō ob scelera aliquis plectitur, dicant ei; *Si Iesuita es, impunè fecisses.* Alij dicunt: *Clemens Iesuita, Clemens Papa, Clemens Deus.* Alijs, quos noverunt esse in Papæ fauore, dicunt: *propitium habes Pontificem, sed cura ne offendas Iesuitas, quibus iratis, Papa clementia in furorem vertitur.* Iesuita Otto Oenipontanus aiebat, idem esse inter Pontificis & Iesuitarum amicitiam, vinculum & mysterium: quod sit inter Christum & Ecclesiam, & econtrā. Alij quando Iesuitas offensos audiunt, dicere solent: *Mallem Papam ipsum, quam Iesuitas offendere.* Alij in causis malis aperte dicunt: *Si mihi coram Papa causa agenda esset, mallem à meis partibus Iesuitas, quam Christum habere.* Illi enim plus, quam Christus, auctoritatis & gratia, in illius oculis & mente obtinent. Ne quis ergo Iesuitas euigilare faciat: *Hic cuiilibet dicitur: occurſare capro, cornu ferit ille, caueto.* Et tutum est contra illos asylum: procul à Ioue & fulmine. Nos vero, ut Christus olim ementes & vendentes ex templo, ita istos ab Ecclesijs nostris arceamus: ne etiam domus orationis in latronum speluncas conuertant: ac formam Aegypti & Babylonis, hoc est, Papatius, resumere cogamur. Id quoq; hoc viperarum genus vnicè querit.

*In deci-*

*In decima quinta epistola.*

**G**regorius XIII. vlt. Februarij anno 1573. tribuit illis præ reliquias Clericis suas horas canonicas extra chorum, & ubi volunt recitare. Benè autem dicit recitare, quia pleriq[ue] illorum, vt pueri, verba non intellegunt, & sine mente lectionem recitant. Qui verò, quæ recitant, intelligunt: illi per circuitus, per paumenta, per dormitoria & per horotos, quasi canes, quorum à caudis vesica suspensa est, discurrent, & omnibus strepitu, & obscuro murmure instar, agminis crabronum, repellent. Sicuti ipse eos Romæ in templis publicis circumcurritare vidi, & implere illud, quod Christus de Pharisæis ac hypocritis dixit: Matth. 6. qui solent in conciliabulis, & in angulis platearum, stantes orare, quod conspicui sunt hominibus. Sed cuius ponderis est hæc oratio? respondet Christus: Amen dico vobis, quod habent mercedem suam.

Concedit etiam illis, quandocumq[ue] volunt, vel ante vel post vota suscepta ordinis Sacerdotales suscipere, modo sint idonei, hoc est, à veritate Euāgelica alieni: quicquid Pius V. præordinarit. Plerunq[ue] enim Pontifex posterior præcedentis decreta & Bullas (quia verè bullæ sunt) rescindit, tollit, vel pro arbitrio mutat.

*In decima sexta Bulla.*

**G**regorius XIII. VIII. Ian. anno 1575. proflus nouo illos ornatuit priuilegio. Quia enim putauit Iesuitas reliquis Clericis doctiores, & linguarum magis, quam veteres Monachos, peritos, eos Bibliothecarios suos fecit: dedit q[ue] illis varias facultates, circa librorum prohibitorum & lectionem & emendationem, & mutationem, & interpretationem, & abolitionem, & expunctionem, & concremationem. Cum Roma redire velle in Germaniam, vidi in Iesuitarum studentium collegio Romano à pariete affixum catalogum, qui nomina hereticorum excommunicatorum & librorum non legendorum, continebat. Consimilem Sienæ, Florentiæ, Ferrariæ, Venetijs, Paduæ, Veronæ, Oeniponti, Landspergæ, Augustæ, Ingolstadtij & Monachij inueni. Hic catalogus singulis annis renouatur: defuncti delentur, & noui, vt loquuntur, heretici inscribuntur. Et vt omnium notitiam habeant, ad singulas nundinas, socios, ad hoc officium deputatos, habitu

habitu seculari emittunt, qui libros nuper editos vel emunt, vel illorum titulos legunt, & nomina singulorum scriptorum consignant. Romæ anno 1583. in catalogo Hæreticorum ex Theologis Ducatus Vvirtenbergiaci deprehendi D. Iacobum Andream: (qui scribebatur Schmidelin Hæresiarcha) & Iacobum Heerbrandum, (qui Disputator nuncupabatur.) Inter Philosophos, pro hæreticis habebantur, Schegkius & Crusius. Reliquorum nomina non inueniebam. Cum autem hæc legere rem astanti dicebam: Hos viros optimè noui: Qui ait: Suntne tam docti, ut de illis refertur. Respondi: Qualis sint, illorū libri testantur: eos legas, & viros iudicabis. Ille verò ait: id liberet: sed non licet. Oeniponti verò inter hæresiarchas primas tenebant, Osiander & Schmidelin: quia Monachus, cui nomen à naso, sæpe ibi pro concionibus in ipsos horrendo grunnuitu debacchatus erat. D. Chemnitius quoq; non postremus est in catalogo hæreticorum: quia examen Tridentini conciliabuli non leuit ipfis dolet.

Præterea non solum Iesuitæ facultatem habent, quos volunt libros, vel recipiendi, vel reisciendi, verùm etiam licet illis, quod volunt, in istis, mutare, addere, adimere, abolere. Id quod est catholicum interpretem agere. Landspergæ in Bibliotheca vidi Chrysostomi & Hieronymi opera. In ijs voluminibus, ea, quæ ipsis minus Papistica videbantur, vel chartis obduxerunt, vel expunxerunt, vel atramento deleuerunt. Et cum Patrem Lutziū interrogarem, quare hoc facerent, respondit: quia hæc lectio minus videbatur catholica, & facile iuniores ea offendit poterant. Item illa non fuerunt Chrysostomi, sed ab alio fortassis addita. Hic Lutzius catalogum habuit, in quo *αιρέσεως* criminē notauit Schmidlinum, Heerbrandum, Brentium, Schnepffium, Fesenbeccium, Gerlachium, Magerum, Holderum, & hæreticissimum scripsit Osiandrum: quem Stutgardiæ in aula concionantem audiuisse se dixit. Quia autem multi Iesuitarum viris Euangelicis, & maximè Doctoribus, fauent, & illorum eruditioñem & eloquentiam admirantur: ne fortassis omnino per libros illorum conuertantur, quod isti, peruersti dicunt: ideo non omnibus licet Euangelicorum libros legere, sed ijs tantum, quibus potestas à Generali data est. Si qui Apostatae ad eos transeunt, his nullum librum Euangelicorum, nec sacra biblia, etiā in lingua sibi ignota, concedunt: ne videlicet vel ex imaginibus adiectis Euangelicorum dicta si bi in memorem reuocare, & sic de redditu cogitare possint. Illis autem Euangelicorum librorum legendi copiam tradunt, quos sciunt puritatis E-

uangelicæ prorsus ignaros esse, & Lutheri nomen toto pectore execrari. Hi quando in libris nostrorum legunt, nihil cogitant, nihil meditantur, nihil querunt, quām artem calumniandi, sinistrè interpretandi, & ex optimis etiam flosculis, quod faciunt aranei, venenum exugendi. Quia in re insignis, artifex est, Gregorius ille de Valentia, ex luto mendaciorum Pontificiorum & argilla umbrarum sophisticarum factus, Hispanus sacrificulus, Doctorulus, & ut ipsis dicitur, Hæreticorum malleus. Si quis vel secum vel apud alium librum aliquem Lutheri habeat, & id Rector resiscat, mox audit, esse eum hæreticum, & nisi cum in præsentia aliorum comburat, inquisitori traditur, vel excluditur, vel diris pœnitentijs subiicitur: imò sub pœnitentijs grauissimis prohibitum est, ne quis vel Lutheri mentionem faciat, vel Lutheranorum de fide colloquia in medium producat. Aiunt enim illorum doctrinam esse dulce venenum, & instar gangrenæ serpere. Si etiam quibus legendi nostrorum libros copia datur, siue illi sint Theologi, siue Philosophi: tamen prima pagina & nomen auctoris ex illo libro expungitur, ne vel absentis auctoris nome eum inficere, vel in ipsis auctoris amorem libri lectio eum perducere possit. Dicunt etiam illorum nomina indigniora, etiam si bene scripserint, quām ut à Catholicis legantur. Ea quæ ipsis contradicunt expungunt: & si quæ ex illis suis proponunt, vel antecedentia, vel media, vel consequentia omittunt, tantum ea excerptentes, quæ vel pro ipsis facere videntur, vel quibus nostros calumniari, & suos in piorum odium & indignationem rapere possint. Itaq; Euangelicorum scripta, sicut Satan psalmum, citant. Sicuti id tanquam in speculo in libris jesuitarum, Gregorij de Valentia Ingolstadij contra Heerbrandum D. & Iacobum Andrewm D. & Turriani Romæ contra Antonium Sadeelem, editis videlicet.

Præterea concedit etiam illis facultatem emendandi Patrum scripta. Hi enim sunt, qui oculos cornicū configere possunt: Aristarchi nimiriū omnisiapientes, qui spiritu Zoilio omnia aut asteriscis notare, aut sensui Papisticō cōciliare ac aptare possunt. Hi tales sunt sutores, qui vñ calceū omnibus pedibus habilem cōsuere possunt, & vt Esaias ait, ex albo nigrū facere, & rursus nigrum in album, arte Alcumistica seu Pontifica, cōuertere possunt. Ea autem emendatio, non est limam adhibere ex verbo Dei, vt iuxta eius normam & præscriptum omnia correcta prodeant: sed quæ ipsis videntur hæretica: hoc est, omnia quæ non sunt ad amissim Papi-

sticas

stica, qualia sunt Dei præcepta, Euangeli verba fidei analoga, Euangelicæ seu Lutheranæ veritati conformia, illa in alium sensum transubstantiare. Sed hæc emendationes plerunque sunt tales, qualis illa Beani cuiusdam: qui cùm in cantico Mariæ legeret: Deposuit superbos. Dixit: *Proh Deum, non est rectum: non debet vocare super bos, super bouem.* Sic hi dicunt: Non sunt Romana ista, nō sunt Tridentino Concilio correspondentia; in aliam igitur formam mutantur, vel expungantur, vel comburantur. Hinc sit, ut Patrum scripta, quæ vel cum præfationibus Iesuitarum excuduntur, vel ex typographijs, in quas Iesuitæ ius habent, corruptissima prodeant. Quæ qui emit, corticem sine nucleo recipiet, & pecuniam non rectè locabit. Et hæc liberè agunt, quia Papa concessit. Si quis autē idem in honesti alicuius viri libris vel literis ageret: de iure vel manus ipsi absconderetur, vel oculi effoderentur. Etiam impunè sic in rebus fidei, & in orthodoxorum Doctorum, quæ testes sunt veritatis, scriptis ludant? Sed quam pietatem Papæ mandat? & quid non audet effrenis Iesuita?

Quarto, eandem etiam illis copiam facit in Scholasticorum suorum libris, quos coniunctim dolo & fraude corrumpūt. Hi Homerum & Virgilium artem poëticam: Terentium & Plautum modum conscribendi Comœdias: Priscianum & Vallam, Grammaticam docere, eosq; emendare possunt. Sunt enim Philosophi Philosophorum, Doctores Doctorum. Quorum non est ex libris aliorum aliquid discere: sed omnium scripta emendare: Soli scilicet lumen inferre, vel, vt ipsi aiunt: in instituto Societatis, & Rōmano sensu accommodare. Nihil est ipsis pulcrum, nihilq; rectum: nisi uerunt & quod vel ab ipsis est emendatum, vel ab ipsis inuentum. Adeò πλαυσια il- possunt, vt lorum dementauit animos, oculosq; perstrinxit: vt nihil, nisi quod ipsis serui Xan- placet, rectum esse putent. Et tamen nihil præter vanas opiniones do- thi, solus cent, non verbum Dei: labia dolosa habent, quibus homines bilingues AEsopus ni- vtuntur, nihil ex corde candido & simplici, sed omnia ex animo duplice hil nouit. & peruerso loquētes. Aliud enim loquuntur, & aliud sentiunt: vt, quod uno loco affirmant: verbi gratia: se tribuere salutem nostram soli merito Christi: id alio in loco mox negant, dum regulis & operibus proprijs salutis causam adscribant. Quales impostores & seductores David gra- uiter arguit, & execratur, in hanc canens formam: Disperdat Dominus omnia labia dolosa, bilingues illos Iesuitas: & linguam magniloquam, qua magna audacia & fastu proponunt erroneam doctrinam, nec verbo Dei corrigi volunt. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus & præualebimus: omnes enim id, quod ex Papæ mandato loquimur, vale- bit,

bit, labia nostra nobiscum: loquemur enim quæ Papæ placent. Quis noster Dominus? Nemo ius habet Papæ vel nobis præscribendi, quam sententiam amplecti & veram pronunciare debeamus. Solius Papæ est præscribere, reliquorum obedire. Vbi enim maioritas, ibi etiam est præcipiendi potestas: reliquos manet obediendi necessitas. Præsertim cùm Papæ nostræ auctoritas etiam concilijs sit præponenda, qua licet illi, quod libet, statuere, etiam neglecto Dei verbo, cuius ceu rei mutæ ipse viuis est interpres, imò lex Dei viua (vt dicit Iesuita Fabricius) cui magis quam literæ (Torrense Iesuita auctore) Bibliorum est credendum. Quorum seductorum naturā, ingenium & sermonem grauissimè & graphicè depinxit & proposuit Germanus Psalmista canens: Sie lehren eytel falsche List/was engen Deus erfindet: Ihr Herz nit eines Sinnes ist / in Gottes Wort gegründet. Der wehlet diß/ der ander das / sie trennen uns oñ alle Maß/ vnd gleissen schön von aussen. Gott wol aufzrotten alle Lahr/ die falschen Schein uns lehren/ darzu ihr Jungstolk offenbar / spricht/ Erñk wer wils uns wehren? Wir haben Recht vnd Macht allein/ was wir sezen das gilt gemein / Wer ist der uns soll meistern? Hæc, vt Iesuitis Itales & Hispanis gratificer, ita reddi possunt.

*Fictas docent fallacias,*

*Inuent a vane mentis:*

*Non cordis his est vnit as,*

*Verbum Dei tenentis:*

*Hic has, eas vult ille res,*

*Sectasq; dant multiplices,*

*Extrñ nitent colore.*

*Disperdat herefes Deus,*

*Mendacium docentum:*

*Linguis at arrogantibus,*

*Quis hoc vetet? ferentum:*

*Fas est penes nos atque ius,*

*Dictare leges omnibus,*

*Quis corrigat Magister?*

Rationem tanti fastus & plusquam diabolicæ audaciæ, si petas ex Iesuitis, respōdent omnes: Quia Papa est Christi vicarius: est caput Ecclesiæ: ipse habet plenariam potestatem in cœlo & in terra, adde etiam in purgatorio. Hic errare non potest. *Papa manet* (dicebat mihi Iesuita Bonaventura Ingolstadij) *vt Sol, in aequali veritatis cursu: & minus quam terra de cen-*

de centro à veritate dimoueri potest. Imò, vt Valentius aicbat: Est veritatis forma & omnis contrarietas expers. Et Bonnius Iesuita, Quod sunt atomi in radis Solis, Bellè. id sunt argumenta veritatis in Papa, quibus nunquam defititur. Pietro vero Iesuita; Quod est Sol diei, Luna nocti, anima corpori, aqua pisci, id est Papa Ecclesie. Hic errare non potest: hic solus rectè interpretatur Scripturam, quia auctore Ottone Iesuita, est oculus & mens eius. Ideo ait Crusius Landsperg cap omnes Papæ leges, vt Deis eruandas tradimus. Hic est index omium à nemine iudicadus. Quales sacrilegas blasphemias in publicas etiam spargunt colaus c. leges & conciones. Hunc ex Canonico Iure vocant a eterna vita clavigerum: Sacrosan- rum: simul & cœlestis imperij iura habentem; b caput: principium tenens Apostola- dñs. 22. tus: reliquo omnibus præsidentem: Huius OMNES sanctiones, ut pote Apostolica b Anacle- sedis accipiendas esse, tanquam ipsius Petri diuina voce firmatas. d Illius iugavix fe- renda, tamen ferenda, & PIA DEVOTIONE toleranda. e Quicquid statuit, 19. quicquid ordinat, perpetuò & irrefragabiliter, obseruandum esse. f Illum de omni Eccl Agatho. clesia habere fas iudicandi: & ius resoluendi, neq; cuiquam licere, de eius indicare in- d In me- dicio, vel ab illo appellare. g Imò si sive & fraternalis salutis negligens deprehendatur, in- moriam. utilis & remissus in suis operibus, & insuper à bono taciturnus, quod magis officiat sibi & Stephano. & omnibus, nibilominus innumerabiles populos cateruat in secum ducat primo manus p. cipio gehenna, cum ipso plagi multis in eternum vapulaturos, huius culpas istic re- f Gelasius darguere præsumat mortaliū nullus, quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudi- p. 9. q. 3. catus, nisi deprehendatur à fide decius. h Toto mundo & omnium iudicio neglecto g Bonefa- sententia Papæ standum videretur (sed bene dixit quidam, VIDETVR hoc sol- cius dñs. uitur per non videtur. i Papam enim habere cœlestis arbitrium, & naturam re- 40. rum mutare posse, substancialia vnius rei applicando alijs: de nihilo posse eum facere a- Idē habet liquid: sententiam nullam aliquam facere: In his in quibus vult ei esse pro ratione vo- 9. q. 3. In- luntatem: nec est, qui ei dicat. Cur ita facis? ipsum enim posse supra ius dispensare, & nocentius de iniustitia facere iustitiam, corrigendo iura & mutando: plenitudinem eum obtine- Papa & re potestatis. Quales multæ sacrilegas blasphemiae inueniuntur in 6. Dc- Glosa. cret. l. i. de Elect. & Elect. potest. Tit. 6. in c. 17. & in clementiarum proce- h Extra de Elect. si- mio.

Quid autem faciant Christiani, dum Draco ille Romanus & eius Ranæ, Iesuitas puto, sibi tantam potestatem rapiunt? Idem quod David: i Quanto pia oratione ad Deum cōfugiamus, & armatūram Paulinam induamus, d Trans. Hoc enim ubi fecerimus, dicit Dominus: Propter vastationem inopum Epis. Tit. 7. & gemitum pauperum, nunc exurgam, ponam in salute, prædicabitur ei. Psal. 12. Quid? Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, pro- Eph. 6. batum terræ, purgatum septuplum. Hoc Dei verbum, quod non est, vt Psal. 12.

calumniantur Iesuitæ, ambiguū, obscurum, sed ut Regius dicit Prophæta, à Spiritu sancto illuminatus & edocetus, cloquium purum, castū, non mixtum, vt Iesuitarum doctrina erroribus & mendacijs secatet: Hoc inquam verbum Dei, preciosissimi thesauri loco habeamus, neque ab eo nos ad humana Iesuitarum somnia abduci vllā ratione patiamur. Sic enim, vt in Psalmo sequitur, custodiet nos Dominus à generatione hacten aeternum: nimirum à prauo & peruerso hoc Iesuitarum genere: quod magnum pietatis veræ zelum simulat, postea verò humana somnia loco verbi diuini obtrudit. Quodq; circumquaque obambulat, exaltatur & leuat in ter filios hominum. Quos vt aut delectat Dominus, ne latius vagentur, & plures corrumpant: aut, si benevolia hoc ipsius ferret voluntas, conuertat, sicq; Ecclesiam suam bonis repleat, coniunctis votis preceatur.

### In epistola decima septima.

**G**regorius XIII. III. Maij Anno 1575. vt suum fauorem totum in suis Iesuitas effunderet, tribuit & concepit illis omnibus, omnium ordinum & Locorum priuilegijs, more suo, vtendi. Quocunq; enim perueniunt, sub regno Pontificio, Iesuitæ, nemo illis, vt nec Papæ, dicere audet: Quis vos vocavit? Quid facitis? Quare intra vestrorum collegiorum parietes, vt Monachos decet, vos non continetis? Aut si quid huiusmodi audiunt, mox Papæ Bullas proferunt, ad quas miseri Papicole magis quam Leones ad Galli cantum & ignis fulgorem terrentur, procidunt, se incurvant, illosq; quasi Diuos quosdam excipiunt, domus, collegia, scholas, templa & aras ædificant. Quæ etiam illi, vt summi Domini, scilicet Papæ legati, facile admittunt. Sunt enim, vt seipso vocant, Apostolici viri, vel

*Autor. 10.* Apostolorum imitatores. Sic scilicet fecit quoq; Petrus. Cum enim introiret in domum Cornelij, isq; illi obuiam procederet, procideretq; ad pedes eius, & eum adoraret, numine diuinum illius honorem admisit? Minime. Textus enim habet: Petrus verò eleuauit eum, dicens: Quid dixit? Num, vt Iesuitæ: Ego sum Iesuita, hoc est; si interpreteris, Salvator? Absit: sed ait, Surge, & ego ipse Homo sum. Neq; Petrus ultrò cucurrit: sed diminitus vocatus venit. Nec Antichristi dogmata, sed Euangelijs

*Autor. 14.* Christi mysteria in domo Cornelij, fideliter tractauit. Sic Paulus & Barnabas cum eis Lystrenses sacrificare vellent, & Barnabam Iouem, Paulum

lum verò Mercurium, sicq; ambos, Dijs similes dicerent, quid faciunt? suscipiunt né tauros, & coronas, & sacrificia, quæ isti afferebant adianas? Absit: sed conciscis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines: annunciantes vobis ab his vanis conuertiad Deum viuum, qui fecit cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, &c. At Iesuitæ, ad loca aliorum venientes, quid agunt? quid dicunt? En, nos non sumus mortales similes vobis, nec seculares, nec mundani, nec etiam Monachi: sed sumus Patres spirituales, domini de laudabili Societate Iesu, Saluatores, Legati Pontificis Romani. Quid nobis annuntiant ijdem? Permonere co[n]tantur homines, vt desistant à vero Dei cultu, & colant Papā: relinquat Euangelium, & audiant traditiones humanas: verum Sacramentorum usum negligant, & noua quædam fictitia Sacramenta recipient: deserant Deum viuum, & inuocent omnes diuos, totumq; cœlestem exercitum: Hæc & his deteriora annuntiant, neq; Iesuitæ nostræ tunicas suas, vel pilos quadratos scindunt, vel interram proijciunt, quando ad illorum ianuas afferuntur tauri & eleemosynæ amplissimæ, quales sunt, vasa aurea & argentea: sed signo dato adianas prosiliunt blandè, voce molli, & muliebri, antequam referant, querunt. Quis est foris? Affertisne aliiquid? si audit, sic Dominc. Ibi mox aperit, & offerentem amplectitur, recipit, illiq; omnia sua merita communia fore dicit. At si nihil afferat: audit, Pater vel est occupatus, vel non est domi: Quid vis? significabo illi. Interim pauper Homerus foris stabit. Non immergit itaq; Iesuitæ portis suorum collegiorum hosce versiculos inscribere debebant:

*Intus quis? Tu quis? aperi. Quid queris? vt intrem.*

*Fers aliquid? Non. Esto foris. Fero. Quid? Satis. Intra.*

Solent Iesuitæ, Bauariæ Principi Gulielmo strenæ loco quotannis mittere catalogum, in quo significant illi, quas pœnitentias illorum fratres, pro ipsis Celsitudinis coniugis & filiorum incolumente facere vellint. Nempe hic Sacerdos vult pro ipsis Missas celebrare 2. aliis 3. hic frater Rosaria centum: aliis psalterium Mariæ: aliis officium Mariæ: aliis hortulum animæ recitare: alijs volunt 4. alijs 12. facere disciplinas, hoc est, toties se flagellare, &c. Pro his plerunq; solet Princeps ipsis gratitudinis ergo diuites strenas mittere. Anno tamen 1582. cum Landspergenses de Comite huismodi Xenium misissent: neq; circa Bacchanalia renumerationem Schuuei- recipissent, aiebat Crusius Rector Landspergensis: Nostri fratres hoc ckarde ab anno, non tam bene quam superiori suam locarunt strenam. Nam præ- Helsen- terito

Eadem

stein Läds- terito anno accepimus à Principe loco strenæ bouem, quo cum splen-  
perga su- dide peregrimus Bacchanalia. Hoc anno carere cogimur. Sic ergo Iesuitæ  
periori p- & tauros & boues, & si maximè non coronas; tamen coronatos, imò do-  
fecto dice- mus, agros, templa, scholas, & omnis generis bona recipiunt. Digniores  
bant: qui certè, quos homines, sicuti postea Gentes mutatis animis Barnabæ &  
tamen illius Paulo facere volebant, lapidibus exciperent: eò quod lapidem illum Ec-  
ampliū col clesiz angularem, Christum Iesum reprobant.

legiū ex- Dicit autem Bulla: *Omnium ordinum priuilegia*. Atqui ordines pro-  
truxit, pemodum sunt innumeri: hodie tamen tum Romæ tum alibi principa-  
diuq; eos les sunt ordines Augustinianorum, Franciscanorum & Caputshino-  
rum Monachorum. Horum potissima priuilegia sunt, ociari, vorare, po-  
tare, amare, missare & omnia scelera impunè perpetrare. His ergo priuilegijs gaudent etiam Iesuitæ, quoties apud illos diuertunt. Sed addit Bul-  
la: *More suo*. Nam Iesuitarum mos est, non more suum, sed magis cautè &  
maiori cum hypocrisi, quam reliqui Monachi solent, sua scelera tegere.

Secundò. Est reliquis Pontificijs sacrificulis iniunctum, vt quifq;  
se intra suæ parochiæ limites contineat: nec concionando, nec missando,  
nec confessionem auricularem excipiendo ad alias parochias euagetur.  
Vt ncc auditoribus licet, ad alias quam proprias parochias diuertere. At  
Iesuitis Pontifex dat licentiam, in omnibus locis, vbi volunt, prædicant  
di missandi: liberè & licitè etiam omnibus secularibus concessum est ad  
eorum conciones, Missas & Confessiones accedendi, vt sic Iesuitæ vbiq;  
possint Synagogam Romanam augere & multos seducere. Nouerunt e-  
nim varias artes, quibus homines allicere & ad se pertrahere possunt.  
Initiò in concionibus suis aliquandiu ita loquuntur, quasi Euangelici  
essent. Docemus aiunt, hominem saluari fide: Christum esse salvatorem:  
Euangelium vobis prædicamus: & similia. In confessionibus etiam leues  
aut omninò nullas penitentias vel satisfactio[n]es imponunt: præsertim  
ditiорibus, vt his, cùm hamis paulatim eos capiant: dispensant, & conce-  
dunt multa, quæ alij sacrificuli facere non audent: visitant ægrotos, pau-  
peribus munera addunt: pueros in scholis, templis & plateis gratis  
Catechismum docēt: imò etiam nummulis donatis ad se allicere solent,  
& omnibns vlrò se offerunt. Sed tamen pleriq; seniores & prudentio-  
res Papicolæ illos fugiunt & suspectos habent: dicuntq;, esse eos homi-  
nes nouos: nescire item quam doctrinam profiteātur: esse auaros, super-  
bos, & hypocritas. Hæc etiam Papistarum de ipsis esse iudicia, non igno-  
rant: ideoq; SVM more suis priuilegijs gaudent, hoc est, omnibus co-  
nantur

nantur se applicare, cum Græcis Græcizare; cum Cretensibus mentiri, & cum lupis vulnare. Etiam si igitur Iesuitæ in aliorum parochias inuolent: tamen ipsos nemo impedit audet. Et quia illorum aduentu reliquorum quæstui derogatur, plurimos audiui dicentes; vtinam diabolus, qui Iesuitas Germaniae intulit, iterum eosdem ex ea, exportaret: Non illos zelus religionis, sed avaritia circumagit: nihil sunt, quam nostrorum & aliorum proditores, ideo etiam nullam cum ipsis amicitiam collunt: præsertim quia Iesuitæ eos produnt Episcopis, quod neq; castè neque cautè viuant. Vnde illi multos & magnos quos vocant laetos censūs, Episcopis soluere coguntur: quos ipsi libenter cum suis concubinis consumerent. Tacent tamen & parcunt Iesuitæ, si temporibus capitulorum & inquisitionum, illis offerantur munera: præsertim si sepius ad illorum parochias, ad collationes, vt loquuntur, faciendas, inuitetur.

### *In decima octava Bulla.*

**G**regorius XIII. XI. Feb. Anno 1576. præter superiores immunitates, adhuc plures largitur. Neq; enim sufficit Papa hos suos obedientiæ filios, Doctores sui iuris, aut potius iniustitiae, & aliorum inquisitores, in rebus quas ipse putat Spirituales, constituisse: sed iam concedit illis etiam *medendi facultatem, qualiceat illis, extraystionem, medicos & chirurgos agere.* Est enim Iesuitarum *aræla* & Societatis ipsorum farrago ex omnibus hominum generibus collecta. Ut igitur ceu tonsores, & balneatores, & chirurgi, & medici, adeoq; circumforanei, alijs ordinarijs medicis nihil obstantibus, liberè euagari possint: Bulla vult, ne quis vel medicorum vel chirurgorum eos impedit. Non enim sunt contenti Iesuitæ falsa doctrinâ animas infecisse: nisi & putridis ac venenatis suis pharmacis corpora piorum corrumpere & perdere præsumant. Hoc autem primum extorsit avaritia: ne cogarentur vel ipsi infirmi sumptus legitimis medicis soluere, vel potius nefandos suos morbos alijs recularere. Ideo proprios habent tonsores, propria pharmacopia: vt sic ubique & in omnibus quæstum facere possint. His socijs proprij sunt Dij, plum, ad qui eos in suis operibus iuuent, Cosmus & Damianus: quorum quidam illum vnguenta suffuratum, hunc eadem alijs gratis distribuisse, perhibent. Id quod faciunt Iesuitæ. Nam iniustis artibus & mendacijs Pontificijs eleemosynas colligunt; ex eleemosynarum pecunij, pharmaca nantur.

Ee emunt;

Hi duo sancti Romæ augustam habent tempore peregrinationis

emunt; hæc deinde quibusdam gratis distribuunt. Manent ergo ~~noceantur~~  
~~noceantur~~, hoc fine, ut omni hominū ordini & cunctis statibus noceant.

### In decima nona Bulla.

**G**regorius XIII. 16. Iul. Anno 1576. eximit illos necessitati interessenti  
di precibus, intercessionibus & funeratis associationibus. Interim tamen il-  
lorum est in alios animaduertere, tam in clerum, quam in plebem, ut ritè & more  
Romano rectè, deuotè, reuerenter, ornatè & decenter ista peragantur. Secùs facien-  
tes Episcopis prodant: qui deinde pro sua, ut loquuntur, taxa, illos pu-  
niant. Si quem Iesuitæ vident tali in procesu ridere, vel cereos non po-  
tare, vel ad signum crucis se non incuruare: ibi de illo Lutheranismi su-  
spicionem concipiunt, & nisi mox declinet, eum citari & in carcere cu-  
rant. Transiit anno 1584. Landspergæ per templum primarium rusti-  
cus quidam Lutheranus, qui largius biberat. Is in medio templi stans &  
vidēs circumcursitare sacrificulos obmurmurātes suas horas, risit: transi-  
ens etiam hierothecam, in qua Deum inclusum aiunt, caput nō aperuit.  
Mox ergo curarunt illum per lictores abduci. Cumq; satis inclementer  
eum illo pergerent, ait, quem vestrum offendit? cui maledixi? Dicunt:  
Transiisti templum, nec honorem habuisti imaginibus. Respondit: et-  
iam si ipsis suissem locutus, tamen non respondere potuissent. Etiam si  
caput aperuisse tam non vidissent. Sed nihilominus ad domum li-  
ctoris tractus, triduum in hypocausto catenis ligatus sedere coactus fuit.  
Mulcta insuper ei imposta erat 10. florenorum: sed tamen intercessione  
Iesuitarum, qui male audiebant, quòd hominem simplicem iniuste ac-  
cusassent, rursus est liberatus. Ille verò custodia egrediens ait: Etiam si  
me per annum in vinculis constrictum, tenuissetis, nunquam tamen li-  
gnum vel adorare vel coram illo caput aperire voluissem. Sicq; Iesuitæ  
horrendum videntibus, populo autem ridente, is domum profectus est.  
Dum ergo Iesuitæ iato studio Papam & idola eius colunt, &, ut veneren-  
tur, curant: Fit ut quidem Papæ sint accepti: Deo verò & pijs omnibus,  
etiam ipsis Papistis exosi. Utut Papa in Bulla 20. Anno 1576. & in Bulla  
1549. mirum in modum eos commendet: quemadmodum etiam mer-  
catores impostores putridas suas merces laudare solent.

Quæ hæc tenus ex Bullis Pontificum Iesuitarum recensuimus pri-  
uilegia: eadem etiam confirmantur à Bulla decima nona, usque ad Epis-  
tolam

Itolam 24. Tot enim bullarum lectio ad manus meas peruenit. Nec mihi dubium est, quin eadem Modernus Papa etiam roborârit: & reliqui subsequentes sint confirmaturi. Verum ego iudico ea priuilegia omnia verè esse bullas, hoc est, nihil quām tumorem euangelicentem, rem cui nihil subsistit, vel carnalem peccandi & quodlibet agendi licentiam, qua Papa & Dæmon, confratres iurati, Dei permissione, stros in hoc mundo ornare solent: & in iniurias ministerium armare, vt ad interitum æternum cō melius preparati perueniant. Imò si quis recte de ijs iudicet, non ea priuilegia, sed impias obligationes, quibus ceu vinculis sub Antichristi tyrrannie captiui tenentur, dicet: Non enim pia & salutari libertate, per Christum parta, frui concedunt: sed licentiam Satanae opera perpetrandi, & in omnis generis idolatriæ & auaritiae sceleribus exercendi, impiam denique homines seducendi facultatem permittunt. Qualia etiam priuilegia omnium tyrannorum & Turcarum proditores habere constat. Sed vt horum plerunque finis est miserabilis, quod in quatuor partes dissecantur: ita Iesuitarum spiritualium proditorum Christi & Euangeli eius, ad quatuor mundi plagas excurrentium, & animas fidelium seducentium, finis erit, vt Pauli vtar verbo, perditio seu æterna. 2. Thess. 2. condemnatio: Eosq; Dominus in magno illo die ceu male frugis seruos dissecabit. Nemo igitur carnales illorum affectet vel expetat libertates. Nos contenti viuimus priuilegijs & libertate Christi, qua nos Christus liberavit, cuius beneficio verè liberis sumus. Quæ libertas non est, vt Iesuitarum, mundana, sed spiritualis: qua à peccato, morte, inferno, diabolo, ira Dei & æterna damnatione sola obedientia & merito Christi Iesu, vñici saluatoris, & Mediatoris nostri, omnes, quotquot vera fiducia in ipsum recumbimus, liberati & redempti sumus. Nihil obest nobis, quod Iesuitæ nos ob hanc libertatem rident. Nihil, quod in hoc mundo varijs exrumnis & calamitatibus, Papæ tyrannidi, Iesuitarum impostura, Monachorum dolis, & aliorum persecutionibus, atque adeo morti, velut, o- Rom. 8. ues mactationi destinatae, quotidie subiecti sumus. Nihil enim noui nobis accidit. Ea fors fuit Ecclesia in hoc mundo inde à prima rerum origine. Vnde & versiculi hi conscripti sunt:

sanguine mundata est Ecclesia, sanguine cepit,

Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

Constanter igitur in libertate Christiana perseueremus, nec iterum Gal. 5. iugo, siue peccati siue Pontificis, nos subijci patiamur: in noua obedientia ambulemus, & vel inter tormenta & mortis agonem liberè Christi

*Lutherus anno 1525.* Saluatoris in nos merita & beneficia profiteamur: vt Stephanus, Laurentius, Agnes, Vincentius, Babylas Antiochenus, Apolonia, Catharina & similes Christi martyres fecerunt, animosi & fortes in Domino, libe-

rè cum Luthero cantantes:

*Si mundus hic dæmonibus  
Scateret, sicut verinibus:  
Nil timeremus anxie,  
Vincemus tandem strenue.  
Princeps mundi superbiat,  
Ringatur ac insaniat:  
Nocere nescit nebulo  
Cum vixtus sit vel verbulo.*

*Col. 2.*

Verbi diuini puritatem, & Sacramentorum à Christo institutorum sincerum usum constanter retineamus: nec traditionibus humanis sub necessitatibus Lege nos alligari patiamur. Ne Christum amittamus. Hoc facientes, Christus in mundi fine ad iudicium venturus, ab omnibus istis exactoribus liberabit suos, eosq; immarcessibili æternæ vitæ corona beatitudinis: Impijs autem hypocritis istis partem suam cum hypocritis assignabit, Amen.

*Matt. 24.*

Audiamus etiam quædam de miraculis Iesuitarum, de quibus illi multum gloriantur: nobis autem insultant, & hinc se viros Apostolicos, suamq; doctrinam veram esse, probare conantur.

## C A P V T VIII.

### *De Iesuitarum miraculis.*

*1. Cor. 1.*

*Ioh. 14.*

*Act. 4.*

*Act. 10.*

*Gen. 1. 22.*

*Esa. 53.*



VLCISSIMVS noster Saluator IESVS CHRISTVS, non solum fideliter docuit, se solum & vnum esse, per quem omnes credentes in eum, vitam consequantur æternam (ipse enim est factus nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio, via, veritas & vita: nec aliud nomen est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri, quam nomen IESV: cui etiam omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum) verum etiam summo eaq; maxima diligentia & fidelitate cun-

te cunctos monuit, vt sibi à furibus & latronibus istis cauerent, qui *Ioh. 10.*  
 aliam viam, scalam, & ianuam ad cœlum, quām ipsum (sine quo nemo *Ioh. 3.*  
 venire ad Patrem potest) monstrare præsumunt. Cauete, inquit, vobis à  
 pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium: sed intrinsecus  
 sunt lupi rapaces. Quibus inter cæteras etiam hanc notam tribuit, quod *Matth. 7.*  
 dicturi sint: Domine, Domihe, nonné per nomē tuum prophetauimus,  
 & per nomen tuum dæmonia cieciimus, & per nomen tuum multas vir-  
 tutes præstimus. Et vltimis mundi temporibus, in quæ nōs incidi-  
 mus, multos pseudochristos & pseudoprophetas surrecturos & ventu- *Matt. 24.*  
 ros prædixit, qui edituri sint signa magna & prodigia, ita, vt in errorem  
 inducantur, si fieri possit, etiam electi. Ecce, inquit, prædixi vobis. Si er-  
 go dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus,  
 nolite credere. Paulus etiam electum Dei organū, Antichristū & ser- *Theff. 2.*  
 uos eius venturos dicit, cum multis prodigijs & signis: Cuius est, inquit,  
 aduentus secundum operationem, Satana cum omni potentia, & signis  
 & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniustitiae in his qui  
 pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, in hoc ut  
 salvi fuerint.

Hæc & alia cùm Christi tum Apostolorum vaticinia esse adimple-  
 ta & quotidie adimpleri, nemo est, qui dubitet, qui vel aliqua saltē ex-  
 parte Pontificiorum Monachorum scripta inspexit: vel nouorum Mo-  
 nachorum, qui se falso titulo Iesuitas vocant, aliqualem notitiam habet,  
 illorum scripta legit, quotidianamq; eorum vitam, studia & actiones vi-  
 dit. Iesuitas igitur, cum vniuerso Mahumetico & Pontificio cœtu, pseu-  
 doprophetas istos à Saluatore prædenunciatos esse, minimè dubitan-  
 dum est.

Nam & Mahumeti tyrannis per vana signa & mendacia prodigia  
 cœpit: & Pontificia idolomania non vlla re alia maiora incrementa sum-  
 pisit, & etiamnum hodie sumit, quām per Pseudolefitarum mirabilia &  
 mendacia, prodigia & signa. Nec tamen desunt, qui his pseudoprophe-  
 tis, illorumq; mendacijs & miraculis, potētia Satanæ productis, applau-  
 dant: illos admirentur, & nescio ob quam falsorum miraculorum fre-  
 quentiam illorum etiam falsæ religioni fidem & existimationē tribuant;  
 non pauci ad ollas Pontificias, ceu canis ad vomitum, redeant: veritate *2. Pet. 2.*  
 excidant: circa fidem naufragium patientur: mendacijs credant: iniusti-  
 tam approbent: sicq; miserè percant. Quamobrem opere præmium me  
 facturam iudicau, si breuiter, qualia sint Iesitarum miracula, & quid de

de illis sentiendum sit, ostenderem: siquidem Iesuitæ mirabilium op̄rum pr̄textu, quæ se facere glorianter, & inter Papistas multos in veteri superstitione retinent, & inter Christianos multos seducunt. Et per illa nostram religionem falsam, suam verò veram esse, se probare posse opinantur.

Exod. 7.

Iesuitarum ergo, quæ faciunt miracula, non fiunt auctore seu causa efficiente Deo. Nam verba, quibus illi sua mirabilia operantur; res, causæ & finis; propter quem se talia facere glorianter, Dei verbo ne minima ex parte conueniunt. Ut igitur Magi Ägyptiaci coram obdurato Pharaone falsa fecerè miracula: Ita Iesuitæ hodie, secundū Satanæ potētiam, ad incredulorū deceptionem, corā hominibus, suis exorcizationibus, insufflationibus, magicis crucis signationib. characteribus & similibus pr̄stigijs, res quasdā, quæ miraculi opinionē in animis infidelium & curiosorū pariunt, permittente Deo, faciunt. Et vt olim Magi pr̄stigijs suis restiterūt Mosī & Aaroni, Dei ministris, Pharaonē in obduratione & execratione sua confirmātes: ita & hodie Iesuitæ ac reliqua Satanæ mēbra, per quæ malas suas artes exercet, pijs ac fidis Dei ministris obstreput, alijsq; quantum in illis est, viam salutis pr̄cludunt, homines in cæcitate conscruant, impiam doctrinam fuscō exornant, superstitiones impias tegunt, cultus Dei verbo aduersantes introducunt, simpliciores seducunt, suos verò in errore retinere, ac quæstum inde vberriūm facere student. His Satanæ ministris indulget Dominus, vt signa & prodigia faciant, quō electi probentur & circumspēctiores reddantur, ne impiam pseudoprophetarum doctrinam temerē amplectantur: & vt ingratitudo puniatur illorum, qui vel dilectam veritatem recipere noluerunt, vt salui fierent: vel receptam, leuitate, dubitatione, spe & pr̄mijs mundi seduicti, abnegarunt. Digni igitur sunt, & fit iusto Dei iudicio, verbi sui contemptum hoc modo punientis, & efficaces errores ad seductionem illorum permittentis, vt pro veritate mendacium, pro salute damnationem recipient.

Dent. 13.

Sunt quoq; Iesuitarum miracula varia: sicuti ex illis ipsis audiui, & ex literis illorum legi atq; cognoui. Alia sunt manifesta, alia occultata: alia corporalia, alia spiritualia; alia simplicia, alia mystica: alia vera, alia falsa fraude, arte & impostura instinctu Satanæ instituta, mendaciter confita & in vulgus sparsa: alia mediata, alia immediata. Quorum tamen omnium finis est, v̄p̄x̄pi, superstitione, cultus idololatricus, seductione, impostura, mendacium, impia doctrina, & sacra aurifames.

Imme-

Immediata dicunt illa, quæ Deus, ut loquuntur, per Ignatium Lo-  
iolam, sub initio Societatis est, operatus. Nam summum esse miraculum  
affirmant: vnum Ignatiū Loiolam, militem, &c. hominē indoctum po-  
tuisse tales instituere societatem, qualem antehac orbis nunquam vi-  
derit. Huius causam esse, in prima regula, dicunt: summam sapientiam &  
bonitatem Dei Creatoris. Sic enim ipsa verba sonant in nativa sua lin-  
guia: *Benchè la somma sapienza, & bontà di Dio creatore, & Signor nostro è quella, la  
qual ha da conseruare, gouernare, e mandar inanzi nel suo santo seruitio questa mini-  
ma compagnia di GIESV, come s'è degnata di cominciarla, &c.* Id est, Licet  
summa sapientia ac bonitas Dei creatoris & Domini nostri est hæc, qua conseruauit,  
gubernauit & auxit suo cultui hanc minimam Societatem I E S V, sicut inchoare di-  
gnata est.

Verùm cùm Iesuitarum Societas, ut & miracula, Dei verbo *in dñe-*  
*ppteris* sint repugnantia, nemo est, qui nō intelligat: non Dei sapientiam:  
sed Satanae astutiam, non creatoris bonitatem, sed Diaboli malitiam,  
hanc nouam sodalitatem orbi Christiano obtrusisse ac ceu ranas, ut Io-  
hannes dicit, euomuisse, quæ fruges terre deuorent, quibus ad interitum  
faginentur hi Epicuri de grege porci, in flammis & ignibus orci exco-  
quendi & comburendi. Huius Catilinariae sodalitatis originem pro-  
pterea miraculosam dicunt, quod ab anno 1540. vsq; ad hunc 1588.  
fermè per totum terrarum orbem, & vt illorum verbis vtar, per omnes  
mundi plagas sint dispersi. Verùm palearum dispersio, & zizaniorum co-  
piosus prouentus, veritatem religionis non probant. Est enim omnis  
hæresis fœcida: & vt plurimum maior Mundi pars per latam viam de-  
ducentem ad inferos, currit. Olim Arriana hæresis, & post eam Mahu-  
meticus furor, maximam mundi partem occupârunt: neq; tamen vn-  
quam quisquam Christianorum ita vecors fuit, vt propterea illos veram  
religionis viam tenuisse dixerit. Si enim beatitudinem vel hominum vel  
locorum multitudine definire voluerimus, neq; dæmones à salutis via  
aberrasse dicemus. Siquidem & illorum innumeræ sunt legiones, aërem  
& omnia loca peruagantes.

Hoc autem verè miraculum est, Deum tantæ esse longanimitatis,  
& patientiæ, ut sceleratū hoc hominū genus, Iesuitas, toties ex Dei ver-  
bo, admonitos, refutatos, & hæreses manifestè conuictos, tolerare pos-  
sit: neq; dudum (illorum nimirum pœnitentiam adhuc expectans) ipsos  
ceu Coram, Dathan & Abironem viuos ad inferos detruserit, aut imam  
terram illos dehiscere fecerit. Adhæc miraculi instar est, tantam multo-  
rum

rum mundi prudentum ac potentum esse cæxitatem & socordiam, (ne quid durius dicam) quod Iesuitarum dolis, fraudibus, fallacibus & mendacibus signis cedentes & locum dantes, viam veritatis deserunt, ad votum, ad Ægyptum & spiritualem Babylonem redeunt, erroribus se inuoluvi patiuntur, sicq; miserrimè pereunt. Quibus satius fuisset, viam veritatis nunquam cognouisse; quoniam posteriora illorum prioribus deteriora sunt futura.

*2. Pet. 2.* Deinde Iesuitæ fingunt: Ignatium, post incohatam sodalitatem, & & vota Romæ (in templo, extra urbem, D. Paulo dicato, in facello ad dexteram posito, vbi spiritualiores, vt loquuntur, rerum maximarum suscipiunt vota) facta, immediate, id est, vt ipsi interpretantur, sine ullis crucis signis, insufflationibus, exorcismis, characteribus & obscuris verbis, multa fecisse miracula. Qualia mihi Romæ non pauca retulerunt. Ut quod Romæ aliquando femina obsessa à dæmone, eum secuta sit, & clamârit: Tu solus me liberare & iuuare potes. Tunc Ignatium conuersum, dixisse hunc Virgilij versum: *Speluncam Dido, Dux & Troianus eandem.* Qua voce audita, dæmonem mulierem prostrauisse, ac egredientem vociferasse: O Fili Loiola, tu ceu Leo, me ad speluncam inferni abire cogis. Sed rogo te, ne me æternæ speluncæ iniicias, Tunc Ignatium dixisse: Vade quoq; volueris: modò nullum amplius hominem obsideas. Sicq; dæmonium magno cum strepitu egressum, feminamq; liberatam: quæ deinde per omnem suam vitam (verbis vtor Iesuitæ Turriani) Ignatio Loiola deuotissima fuerit.

Neophytus Iesuitarum Schrenck Landspergæ retulit mihi, se Romæ audiuisse à Societatis Professis, Iesuitarū socios, Romæ seruum quendam Alexandri Farnesij Cardinalis, singularis Societatis huius fautoris, at acerbissimi & capitalis omnium Euangelicorum hostis, à dæmone obsessum Monachos liberare conatos fuisse: verum frustrà omnes omnia exorcismatum genera adhibuisse. Tandem igitur Patrem quendam dæmonio dixisse, *Quare non egrederis?* Respondisse eum: Non prius egrediari, quam potestate filij Loiolæ fuero electus. Mox ergo Loiolam vocatum: verum dixisse Loiolam, Non mihi ignotus est hic dæmon: me, vt & vos ridere præsumit: sed decipietur. Fratri ergo de suo Rosario dat granum seu globulum ligneum, olim à Pio V. consecratum, & dicit fratri. Tu à tergo hominem obsessum accede, & hoc grano ipsius tergum attinge, voceq; submissa his verbis alloquere dæmonem: *Adiuro te in nomine B. Marie, & iussu Patris mei Loiola, & virtute huius grani benedicti, vt de hoc seruo exeat.*

*excas.* Ibi vix adhibito ad vestimenti oras grano, dæmonem exclamasse. Quid me Loiola torqueas? Omnes circumspexisse, neque Loiolam vidisse. Admirantibus autem dæmonem dixisse: Granum Loiolæ fortius est omnibus vestrīs exorcizationibus. Sicque hominem liberatum & ad Societatem conuersum, eos filios Dei pronunciasse.

Sed quid de his & alijs miraculis censendum sit, finis demonstrat. Quem ipsi aiunt hunc esse, ut sanctitudo Loiolæ orbi terrarum patescere: siccq; canonizatus, pro Diuo ab omnibus coleretur. Deinde ut magica illa exorcizatio, qua consecrant grana, ceu res diuina & preciosa populo obtrudi possit. Nemo ergo ea Dei digito, sed Satanæ instinctu per Ignatium Loiolam, ~~et~~ <sup>et</sup> ~~vix~~ Satanæ organon, facta negabit. Quibus & suos in errore detinuit & plures decepit.

Neque tamen Iesuitæ per omnia de miraculis Ignatij Loiolæ sibi ipsis constant: aut consimilia dicunt. Nam ipsius vita scriptor, quo quis cane adulantior, & Cretensi mendacior, Petrus Ribadeneira illum miracula fecisse negat. Illa ergo, huius ipsorum Fratris testimonio, ut Satanæ prodigia rideamus & auctoriremittimus.

Mediata vocant miracula, quæ illorum Societas in peruertendis & seducendis hominibus quotidie exercent per signa crucis, characteres certas, exorcizations, & alias magicas incantationes. Sic in ipsorum epistolis Indicis habentur miracula, quæ ipsi virtute aquæ benedictæ, vt vocant, fecerint. In illorum etiam annalibus & literis, quas ab Indicis socijs accipiunt, plurima recensent miracula, quæ per illos in India fiant. Quorum tamen ego pleraque vel Satanæ prodigia, vel mendacia ex longinquo allata arbitror: eò quod huiusmodi signis, idololatricum aquæ illius exorcizatæ cultum confirmare conantur, neque similia in his regionibus edere possunt. Sic vocant miraculum, quando aliquem ex doctrinis Lutheranis seducunt, & ad Societatem suam pertrahunt. Et Iesuita Schedler, quoties audiebat Lutheranum apostamat factum esse: stellam de cœlo lapsam aiebat. Et Iesuita Daniel Benedictus, prius Hussita & ex Picardorum grege, dicere solebat: Maius est miraculum verè Lutheranum in Pontificiam pertrahere religionem, quam cæco visum, multo sermonem surdo auditum, claudio gressum & leproso sanitatem restituere. Eos etiam socios, qui ex Lutheranis multos seducebant, Minister Iesuitarum Ingolstadiensis, viros Apostolicos vocabat, quod Gen-Apostatales Lutherani per eos conuerterentur. Sed nihil miraculosi seductione Noriberg. multorum accidit. Cum Christus aperte prædixerit: Per pseudoprophe-

tas multos in errores abruptum iri, ita ut etiam electi, si id fieri posset, se-  
ducerentur. Et quæso quantum est miraculum, quosdam ad Jesuitas  
transire, præsertim cum experientia ostendat, non nisi eos exire, quos vel  
publica ignominia, vel improba egestas, vel torpens ignauia, vel arrogans  
honorum cupidus, vel turpis opum famas, vel erroris Spiritus ex nostris  
*Iohan. 2.* expulit oris? vel, ut rem paucioribus dicatur: qui de nobis non erant? Quan-  
topere ergo de ijsdem gloriari possunt?

Confita illorum miracula sunt innumera, quorum copiam recen-  
sent quotidie ab hora vndeclima usque ad duodecimam: & à sexta usque  
ad septimam, in quibus huiusmodi mendacibus signis & fabulis sese, ut  
*Proferat*, loquuntur, recreare solent. Qualia sunt, quæ de suo ad Societatem in-  
si audent, gressu comminiscuntur. Alius sibi dæmonem: alius Gabrielem: alius  
*suorū Neo* Mariam: alius Luciam: alius Loiolam: alius alium sibi apparuisse dicit,  
*phytorum* & hortatum, ut Societatem ingredetur. Nugantur etiam suos Patres  
*scriptas* hinc inde multa facere miracula: suis granis quosdam à lepra, alios à cæ-  
mitationes. meditata-  
tiones.  
fine, ut mercibus Pontificiorum putridis, quandam diuinæ virtutis opi-  
nionem pariant, homines decipient, ac suos in errore retineant.

Anno 1584. Jesuitæ Lucernæ habitantes, scripsere Landspergam, virginem quandam votum fecisse, si à febre liberaretur, quod velit jesuitæ Confessario omnia sua numeratim recensere peccata: vixq; voto con-  
cepto, illam sanatam. Hinc auricularis confessionis valorem, & confessarij illius Sanctimoniam mirè commendabant. Item. Fuisse feminam, cui Jesuitarum castitas semper fuerit suspecta, quam ut probaret, uno die duas audiuerisse Missas, primam à sacrificulo, alteram à jesuita. Illius ho-  
stiam eleuatam, nigram, huius albam fuisse conspectam. Hincq; Jesuitæ puritatem, sacrificuli vero impuritatem mulieri manifestatam & cele-  
bratam esse. Item: Fuisse quandam virginem, satis grauiter decumben-  
tem, quæ audiuerit de Jesuitici confessarij sanctimonia & dixerit: Scio, si  
illum hominem mihi vel aspicere saltem liceret, quod sanitatem recu-  
peratura essem: Patrem vero virginis consultum volentem, virginem ac-  
cessisse, quæ viso illo, illicò pristinæ sanitatis restituta: & haec tenus, ut  
aiunt, patri deuotissima ea mansit, multaq; in illius Missam ornamenta  
contulit.

Sic suis rosarijs & agnis Dei cereis multas virtutes, ~~et~~ <sup>et</sup> diui-  
nas, & miraculorum vim tribuunt. Jesuita Sommerman retulit mihi,  
cum rosaria illius à Papa consecrata riderem: fuisse in Societate fratrem,  
nomine

Admire Vitum, qui Augusta profectus Ingolstadium, in sylva obuiam habuerit lupum, ore aut rictu distento, illum petentem. Mox ergo fratrems illum de Cingulo soluisse rosarium, eoq; lupi caput pulsasse, ad cu- Anno 1582 iusta dictum lupus primò corruerit, moxq; erectus, haud aliter fugerit, ac 20. die Oct. si globo bombardæ fuisset ictus. Oportet ergo, dicebat, benedictis rosa- rjs magnam inesse virtutem: quia consecrantur manu Benedicti, omnia benedicentis, hoc est, vt ipse volebat, Papæ, cuius manus, non minora, quam Christi (vt dixit Iesuita Pietro Hispanus) digitus, operatur miracula. Est enim ille non solum typus Christi humiliati: sed etiam exaltati, Anno 1583. auctore Iesuita Hosse: & eius iudicariam ac plenariam ( teste Iesuita in festo Bobadilla ) potestatem, absq; exceptione (Propheta Fabro Iesuita) ha- Corporis bet: eadem Pontificatus auctoritate, qua Christus (auctore Ottone Iesui- Christi. ta) agens, & in omnibus omnia efficaciter (perhibente Iesuita Zieglero) operans. His mendacibus & horrendis blasphemijis, quas nec ipse Satan atrociores in filium Dei euomere auderet, sua rosaria venalia reddit, & ceu reliquias & res cœlo delapsas vendunt. Ad quorum tactum, si quæ sunt miracula, nemo dubitet, ea ipsius Satanæ virtute, & Iesuitarum dolis ac fraudibus fieri, quibus interdum, Deo permittente, corpora seruantur, vt animæ seducantur, sicq; olim in inferno, totus homo æternæ condemnationis damnum patiatur.

Sic suis imaginibus, quas ipsi exsculpunt, imprimunt, & à Papa benedici curant, multa miracula adscribunt: quod quidam coram eis proecedentes à varijs sint sanati morbis, ideoq; eas cultu adorationis prosequendas dicunt. Romæ in aula Alexandri Farnesij, ab illius notario mihi donata est imago, benedicta à Pio V. cui inscripta sunt hæc verba: Qui in Festis Beatæ Mariæ Virginis coram hac imagine procidens dicit ter, Pater noster, &c. & ter, Ave Maria, &c. lucratur indulgentiam ad bis mille annos. Si quis quotidie deuotus illam veneratur: lucratur 12000. an. indulgentias. Iesuita Peltanus Augustæ mihi monstrauit imaginem à Julio III. benedictam: hanc à Patribus Confessarijs, feminis grauissimis partus doloribus oppressis superimpositam, continuò faciles partus operatam esse, testabatur. Hinc etiam maximos quæstus faciunt: & idololatricum imaginum cultum stabilunt.

Landspergæ (oculatus testis hæc referto) erat auriga, qui parochium Anno 1584 accedens dixit: Aliquoties me Satan ad tuas vsq; ianuas comitatus est: sed 10. Ian. neq; ipse ingreditur, neque me ingredi patitur. Cumque aliquandiu hac fraude vteretur, atq; tandem in furtâ incideret, deprehensus ait, se à dæ-

monio agitatum hæc fecisse, & insaniam finxit. Vocantur Iesuitæ, qui dicunt illum obfessum, adhibent igitur varios exorcismos, verum nihil proficiunt, quo etiam plura adhibent crucis signa, eò maiorem ille sinebat insaniam. Tandem Rector Landspergensis multis preculis & characteribus adhibitis à tergo agnum cereum illi alligans, imperat dæmoni.  
*Ipse Dæmon*, ut in nomine B. Marix egrediatur. Dæmon respondit Crusio: (sed hoc nem sic ad nemo nisi ille audiebat) non egrediar, nisi hominem hunc vestris interesse locutum cessionibus à fune liberaueritis. Hoc autem omnes astantes furem dice esse, dice reaudiebant: citò sanarer, si à patibuli pœna tutus esse possem. Postquam igitur Iesuitæ pollicerentur, se suis intercessionibus illum liberaturum: ibi continua conualuit, quietus sed sit & risit. Cum vero Magistratus secundum iuris rigorem cum ipso agere, illumq; supplicio afficere vellet: Iesuitæ missio ad Principem supplici libello, illum à teste liberarunt. Qui liberatus ipse met confessus est, se omnia ista finxisse, tantum quia liberationem ipsi Iesuitæ promisissent. At Iesuitæ hoc pro miraculo in vulgus sparserunt, agni Dei imagunculam ceræ impressam mirè commendantes, illarumq; ingentem copiam vendentes. Huiusmodi confita miracula innumera disseminant, absque pudore: licet pleriq; sciant, hæc dolo & fraude peragi.

De hoc auriga Pater Lutzius, paucis elapsis diebus post exhortationem habuit, differens de virtutibus agni Dei, quo illum à Dæmonio (à quo tamen nunquam obfessus fuerat) liberatum mentebatur: Agnum vero istum conducere aiebat: ad liberationem ab omnibus malis: dare & conferre omnis generis bona: conseruare homines à tempestate maris, à fulmine, grandine, noxijs ventis, pluviâ, terræ motu, tonitru, peste, morbo comitali, morte improvisa, igne, insidijs inimicorum, malorumq; spirituum, deniq; ab omnibus alijs periculis: afferre parturientibus letum partum: addere vires animam agentibus contra dæmones. Et quis omnia enumeraret, quibus ille blatero, hanc ceram, aquam, oleum & balsamum (ex his enim ille orbiculus conficitur) supra cælum extollebat? Quæ omnia exemplo istius aurigæ, à Iesuitis subordinati, probare conabatur.

*23. Ian.* Eodem anno 1584. bubulci filia grauissimè à dæmonio exagitata sapè cum tur, & aliquoties seipsum & suspendere & transfodere conabatur. Pater illa fui, filiam offert Iesuitis, qui pro more suo Pontificio, dant illi imagines beatamq; ex nedictas, suspendunt à collo illius Euangelium S. Johannis: & agnos istos Dei verbo cercos. Verum illa hæc omnia abiijcicbat, dicens: Hæc sunt res mortuæ, nihil,

nihili, stultitiae, quæ me iuuare non possunt. Nec temerè hoc faciebat, sum confondi enim Augustæ Euangelicas conciones audiuerat, & falsitatem ista- latus, in tum rerum cognouerat. Iesuitæ verò pergebant exorcizationibus, sed Nosoco-absq; profectu. Cùm verò mulierculæ quædam astantes, Nicodemi in- mio Lædf- star fidem suam clâm babentes, dicerent, Omittamus has res: neq; enim pergesi- illa eas suscipit, aut in eas credit: quin procidamus in genua, & oremus Dominum Christum Iesum, vt liberet eam. Quibus auditis, virgo illa ait: Dicite Iesuitis vt abeant. Illi enim me non iuuant, sed magis excruciant. Puella ergo post dies non adeò multos precibus piorum liberata, ca- tenis soluta, patrem & matrem relinquens Augustam redijt, Euangeliō & Christianæ fidei se totam addicens. Iesuitæ verò homines mendaces & impudentes, scripserunt ad alia collegia, sua ope puellam à dæmoni li- 2. Theſſ. beratam.

Et huiusmodi multa sunt, vt dixi, Iesuitarum notoria ac manifesta mendacia, quibus ipsi magis, quam piscis aqua, & porcus luto delectan- tur, ijsq; ceu glires somno, saginantur. Quæ etiam pro spiritualibus & corporalibus miraculis venditant. Quorum omnium auctor est Satan: Causa adiuuans Iesuitæ: Coniuncta, mædaciū, frāns, dolus: Fines, idololatria, cultus prohibitus, adoratio statuarum, honor dæmoniorum, & quæstus: Euentus, excæcatio, error, perditio.

Persuadent autem Iesuitæ hominibus, quòd iuuentur per statuas & imagines, vel alias res à Papa in hos abusus magicè consecratas. Sic enim garrire solent: En, si nulla hisce inesset virtus, non ad ista homines sana- rentur: dæmones & spectra non fugarentur, &c. Verùm quis Christianorum ignorat? non statuas, non imagines, non cereos orbiculos, non crucis signum, sed ipsoſ dæmones, qui permisſu Dei homines prius in morbos coniecerunt, eosdem, ex collusione quadam cum Iesuitis disceden- tes, rursus sanare: vel ita illos excæcare, vt se ægrotos putent: putent item se hoc vel illud videre, etiamsi illarum rerum verè nihil subsit: vel deni- que tales personas, à Iesuitis, Satanæ organis, substitui & subordinari, quæ munericibus corruptæ, quod illi volunt, fingunt, simulant, dissimulant, falsosq; testes agunt. Itaq; neque statuæ, neq; imagines, neque cerei, ne- que alia illos à morbis liberant: sed si quid tale fit, à dæmonio factum pu- tabimus, sicuti in historia S. Bartholomæi legimus de diabolo Indico A- charoto: qui, adueniente Bartholomæo, respondere & ægros sanare de- sīt. Iam autem, postquam Iesuitæ in Indianam irruperunt, redijt: & vt Iesuitæ in Indicis suis Epistolis testantur, ipſos suos filios vocat, illis respon-

det, & per illos miracula facit. Nam ubi Dominus, ut Bartholomeo Acharotus ille dicebat, dæmonem emittit, ut hominum corpora lœdat: prompto id animo (gaudent enim επιχειρέακοι isti mortalium malis) faciunt. Homines autem corporibus lœsis plerunq; salutem aliunde, quam à Deo quærere solent. Quod ubi sit, permittitur à Domino, ut miracula ipsi dæmones facere possint. Quæ cùm vident homines απίστοι, excæcati, seu etiam neutrales, ad statuas & res istas, quibus dæmonia insunt, vel per quæ operantur, decurrunt, sicq; dæmones & corpora & animas illorum lucrantur. Quod si verò Iesuitæ, cùm in India, tum alibi, ad exemplum Bartholomei, homines à statuis & dæmoniorum cultu, ad Christum deducrent: fieret, ut dæmones, lemures, lares, spectra & his similia dæmoniorum genera sponte sua discederent. Sicut, Dei beneficio, in maiori Germaniæ parte factum est, postquam vir Dei Lutherus lucem Euangelij, ac solem iustitiae, ex pulsis Pontificiarum tenebrarum Principibus, ad salutem omnium credentium, concionibus suis illustrare cœpit. Quia autem Iesuitæ sunt fidei mysteriorum Satanæ dispensatores, & opus eius diligenter vrgent: idè dæmones, ceu spiritus familiares, ipsis adsunt, neq; cedere volunt, nisi illi iussent. Pater enim mendaciorum, filiorum suorum voluntatem facit, & in omnibus eos ceu γνώντες obseruat: cùm & ipsi vicissim Patris sui voluntatem promptè exequantur. Non hæc à me illis affinguntur, sed quæ inter ipsis & vidi & audiui, hæc de illis bona fidere fero.

*Anno 1583*      Pater Iohannes in dictum illud: spectaculum facti sumus Deo &  
*12. Oct.*      Angelis, exhortationem habens inter cætera dicit: Mihi credite: dæmones vbiq; nos sequuntur. Viennæ fratrem, sine Rectoris voluntate egredientem, ad Prouincialem comitatus est, eumq; ceu inobedientem abripere voluit. Item: volebant ante 18. annos Monachi ad D. Vdalricum, Augustæ dæmonium ejercere, verùm noluit illud exire. Interrogatum cur nollet? respondit, non priùs egrediar, quam tres mei nigri filii, qui Dillingæ huc proficisciuntur, aduenerint. Ad ingressum verò illorum, dæmonium egressum. Sic Viennensem Iesuitarum Rector scripsit Augustam: Viennæ puellam à dæmonio obseßam, nullis exorcismis liberari potuisse: tandem ad templum Iesuitarum ductam, liberatam, & de illa electos 12652. diabulos. Et in fine literarum addit: multos dixisse, nunquam egressi esse mus, nisi hic ducti fuissimus. Tandem scribit: ultimus videtur mihi fuisse Praeceptor Lutheri, quia more Lutheranorum multa contra nostram Societatem & religionem dixit. Hanc epistolam ipse legi, &

*Anno 1584*

gi, & illustri Comiti Schveikardo ab Helfenstein superioris præfecti munus Landspergæ obeunti, in Germanicam lingua transtuli.

Pater quoq; Lutzius Landspergæ Iesuiticus Concionator, vel potius insulsus nugator, ea lecta, pro concione dixit: En videtis nostræ religionis veritatem, Lutheranorum verò falsitatem. Nam nostri nuper Vienæ de vna virginе aliquot millia dæmoniorum ejecerunt. Nostri etiam multa hinc inde miracula operantur: quæ Lutherani facere non possunt. Falsa igitur est illorum religio. Nos facimus miracula, & ijs nostram religionem confirmare possumus. Lutherani verò ne quidem canem aut equum claudicantem sanare poslunt. Verùm responsio facilis est. Neq; enim nobis miraculis opus est: quia non nouum Euangelium afferimus: aut alium Christum docemus: nec nouum symbolum & aliam orationem dominicam, aut noua Sacra menta, veteri & vera Filij Dei Ecclæ Heerbr. de clesiæ incognita, afferimus: sed eadem, quæ ipse Saluator tradidit, quæq; miraculis cum S. Apostolis stupendis miraculis confirmauit, docemus & Ecclesiæ Ap. 1571. proponimus. Cùm igitur hæc omnia iam ante à Christo abundè miraculis sint comprobata, ad quid opus foret noua afferre? At verò Iesuitæ, quia noua & tempore Christi inaudita dogmata proferunt: qualia sunt, idololatrica mortuorum inuocatio, horrenda Cœnæ dominicæ in Misse sacrificio prophanatio, animarum ex fictiō purgatorio liberatio, idololatrica statuarum & imaginum adoratio: sanè nouis etiam, ac ficticijs fallacibusq; miraculis ipsiis opus est, quibus sua figura apud misere seductos & errabundos homines probent. Sed eadem nota est Antichristi & seruorum eius: quorum aduentum, Christus & Apostolus Paulus prædixerunt, fore in omni virtute & signis, prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis secundum operationem Satanæ. Ex his igitur ipsis miraculis, quibus pro pelle ouina ad suos errores stabiliendos Iesuitæ vtuntur, eosdem Satanæ organa & Papæ seu Antichristi mancipia esse agnoscimus & publicè profitemur. Nos interim Euangelio Christi, diuinis miraculis abundè satis confirmato credimus, quibus qui non credunt, nec si quotidiè innumera ederentur, credituri erant. Sicuti & olim nec Scribæ nec Pharisæi ( quorum hodie successores sunt Iesuitæ) tempore Christi & Apostolorum, licet subinde & quotidiè stupenda ab hisce ederentur miracula, ijs mouebantur, vt Euangelium amplectentur.

Porrò nec hoc silentio prætereundum: quod licet Iesuitæ multum de istis suis miraculis iactent: sapè tamen in ijs edendis confundantur. Sic no-

Sic notum est Iesuitam quendam larua dæmonis induitum, & ancillam cuiusdam Fuggeri, ab Euangelica fide ad Pontificias idolomanias, miraculosè ab ripere conatæm, ab equite gladio transfoßum esse. Sic Aueniæ

**a Richar-** volentes exuscitare mortuum sunt cōfusi. Sic & ante paucos annos mira-  
**dus Iesuita** culosè, vt aiunt ipsi, Comœdias & Tragœdias agentes, Monachij egregi-  
**Caluini-** um edidere Stratagema. Nam chartaceus Lutherus quidam ab ipsis in  
**stis affin-** Tragœdia exultus, è flammis & cineribus rursus exurgens, fermè totam  
git. Principis arcem in cineres redigisset. Nónne Lutherus, Spiritu Eliæ in-  
census, in vos Baalis sacrificulos, precibus suis talem ignem de cœlo pro-  
uocauit? Quin & opera precium est expendere, quām animosi sint hi  
*Sæuatu& ppi.* Cuius rei cùm Pragæ tum Viennæ in processionibus suis illu-  
stria edidere specimina, annis Christi 1576. & 1577. in quibus vna vel  
altera sella subuersa haud aliter, ac si cœlitùs fulmina iacta fuissent, cor-  
ruerunt, diffugerunt, Cæsarem appellârunt, & hæreticos seu Luthera-  
nos omnes, quasi seditionem mouissent, damnatos voluerunt.

Anno 1570

Vnicum adhuc addam miraculum, quod Canisium fecisse refert, apostata Isengrûnius, in libro suo de Maria in veteri Ottinga: in quo & summa Iesuitarum Leuitas, & extrema vanitas, atq; maxima mentiendi libido, detestanda deniq; idolatria conspicientur. Nam totum insum-  
fit, incantator iste Canisius, triduum, Diuos inuocando, multas idololatrias exercendo: abominabile Missæ sacrificium sæpius iterando, & in honorem Mariæ celebrando: donec tandem efficeret, vt B. Maria virgo puella obseßæ appareret. Ibi malè habuisse Satanam (refert Isengrûnius) quod Maria virgo adoraretur. Nam quod Deus adoraretur, non usque adeò indignè tulit. Canisius ergo miraculum adornans, non iubet dæmonem egredi in nomine I E S V C H R I S T I (vt Apostoli fecerunt) sed noua forma utitur. Nam adiurat dæmonem in nomine Mariæ. Quod audiens dæmon ita obstupuit, vt nouum etymon nominis Canisij depro-  
meret, vocans eum canum exoriatorem, (ein Hundschinder.) Fit inde Canisio cerberus ille adeo familiaris, vt eidem prædiceret, quādo egredi vellet, nimirum ubi vigintiquatuor vicibus puellam afflixisset: septies propter patrem & matrem: septies propter ipsorum superiores: quin-  
quies propter Fuggerorum familiam, & quinquies ad explendam suam ipsius libidinem. Verum hanclibidinem Canisius facile ei excusſit. Nam allato truncu illius statu in veteri Ottinga, & à tergo capiti puellæ ob-  
fessæ imposito, illicò exclamauit Satanus: Dimitte me ô meretrix: vt quid me tam virulenter calcas? At Canisius, dæmonis Præceptor, cogit eum  
vt hoc

vt hoc conuitium reuocet, & laudes Mariæ dicat, septies terram osculetur, & quod inauditum est, vt Christum Deum adoret, & quinques orationem dominicam, totiesq; Salutationem angelicam recitet. Quin imd diabolus sit bonus catholicus, hoc est, Iesuitarum sensu, Romanæ religionis assertor. Nam pro ipsis intercedit apud Mariam dicens: *Ave Maria, gratia plena, gratia & misericordia tua sit cum omnibus in hoc templo versantibus, ora Deum pro ipsis.* Ac tandem Catholicis concionatur dicens. *En Christiani, nos diaboli cogimur obedire Maria, & vos ipsi obedientiam negabitis?* Tandem ergo egredi coact<sup>o</sup> exclamauit & saepius ingeminauit: *V.a, va, ve mihi misero: intra viginti annorum spacium nullus dæmoniorum tantis tormentis subiectus fuit, quantis ego.* Ehem Dæmon, cape tibi hoc, & in posterum tibi à Iesuitis timere discas.

Hæc & alia sunt præclara illa Iesuitarum miracula. Et quis ea non admiraretur? cùm ijs inuocatio mortuorum, Mariolatria & Missæ sacrificium confirmentur, maximiq; fructus inde ad Iesuitas redeant? Quis verò Iesuitas Christo Domino non præferat, vt qui dæmonem (id quod nuspiam Christum fecisse legimus) Deum inuocare & pro hominum salute intercedere cogere possint? Christus enim dæmonem simpliciter ad orcum relegauit, eiq; dixit, Obmutesc: Canisius verò eum aduocat, & vt loquatur, palinodiamq; canat, imperat. Et quare non? Accommodant enim se Filij ad Patris sui naturam & mores, & in ijs illum prouocant, ac rursus demulcent, in quibus ipsum sponte sua obediturum noverunt. Itaq; de istis suis miraculis vñq; glorientur, Satanæ hæranæ & locustæ, ac si ita cum ratione insanire libet, etiam triumphant. Ego illa, ceu diabolica signa, vt Christus monuit cauenda: Iesuitas quoq; ceu viua Antichristi organa & idoli Romani mancipia, deuitanda censeo. Nam & Societatis regulæ, & illorum vota, studia, religio & miracula argumento sunt, illorum fidem esse nouam, & Christi & Apostolorum diuersam & alienam. Alioquin enim Christi & discipulorum eius miraculis, quibus satis Euangelij doctrinæ confirmata est, contenti forent.

Deum æternum patrem Domini nostri I E S V C H R I S T I tota animi contentione precor, vt nos per Spiritum sanctum in agnita veritate conseruet & confirmet: atque Satanam, cum filiis suis Iesuitis, velociter sub pedibus nostris conterat. Amen.

## C A P V T I X.

## De Iesuitarum doctrina.



A M quoniam falsitatem miraculorum Iesuiticorum demonstrauimus, ut vel tandem ad finem perueniamus, paucis etiam de præcipuis doctrinæ illorum articulis agemus.

Quos tamen recensēbimus potius, quām operosè refutabimus: cūm eorum falsitas in nostrorum Theologorum libris, præcipue verò in disputationibus D. Doctoris Iacobi Heerbrandi, Præceptoris mei fidelissimi, & in limatissimo illo examine Tridentini conciliabuli, à Clarissimo Theologo D.D. Martino Kemnitio (piæ memorie) in instituto, planè & perspicue sit demonstrata, & ita refutata, vt ne

D. Vulhelmi Bidenbachij.  
D. Iacobi Andreae.  
D. Nicolai Selnecc.  
D. Heshu-

verbulū quidem, quo solidè eos falsi arguant, Iesuitæ producere possint.

fi, &c.

## i. De sacra Scriptura.

P Rimò ergo sacra Biblia, hoc est, Prophetarum & Apostolorum scripta, per ipsum Spiritum sanctum, sanctis Dei hominibus inspirata, vocant: cereum nasum, materiam litis, librum hæreticorum, literam, mutam, mortuam, occidentem, ambiguam, obscuram, variam, mutabilem, insufficientem: Dicunt item, Scripturas (sacras) esse ad tempus adaptatas, & varie intellectas, secundum currentem vniuersalem Ecclesiæ ritum. Mutato autem ritu iterum sententiam mutari: & mutato iudicio Ecclesiæ, mutari etiam Dei iudicium. Quare nec mirum, si praxis Ecclesiæ vno tempore interpretetur Scripturam vno modo, & alio tempore alio modo.

Vide Tor-  
væsem Gre-  
gorium de  
Valentia,  
Toletum,  
&c. Iesui-

*Cusanus Epist. 2. 3.* factus, Societati donauit, cūm mecum de Papæ auctoritate disputaret, 7. de r̄su afficeremq; vnicum omnium de religione controversiarum, supra Pam. quem Conclilia, iudicem esse sacram Scripturam, à Deo per Prophetam & Apostolorum ministerium traditam: ridens aiebat, Si quis Con- imitantur ciliorum & Ecclesiasticorum controversiarum iudicem sacra Biblia sta- Anno 1583 tuat; haud aliter (vtrorū ipsius verbis) ineptire solet, quām qui in foro iudicem surdum & mutum constituat. Est enim sacra Scriptura litera mu- g. Aug. ta &

ta & mortua: quam solus Papa, qui est, viuum Dei verbum, viua lex, & viuus interpres, recte interpretari ouit.

Gregorius de Valentia Landsperge mecum de Christi omnipræsentia disputans, ait: Schmidelinus Germanus nugator (sic enim appellabat eum, quod Germanica lingua, cuius ipse ignarus est, mendacia ipsius refutasset) vrget contra me ipsum verbum, τὸ πῦρον: neque negare possum, ipsum & reliquos Lutheranos pro se literam habere. Sed nos neque literam neq; literalem sensum, sed solum Catholicum intellectum requirimus (per Catholicum autem intellectum intelligebat, Pontificia & seu Romanæ Synagogæ, cum primis autem Papæ, interpretationem) à quo dum discedunt ubiquitarij isti, nunquam consentire poterimus. Nobis enim neq; fas est, neq; licet, à Papæ, qui sensum Scripturæ tenet, interpretatione dissentire.

Iesuita Hoffeus, Romæ in monte di cauallo apud S. Andream, cum *Anno 1585.*  
vrgerem particulam vniuersalem in institutione ecclæ Dominicanæ. Bibite ex hoc OMNES: respondit. Non ipsum verbum, nec verbofum sensus, sed Ecclesiæ Romanæ mens tibi contemplanda est, & quæ illa ordinat credenda sunt. Hæc affixmat per, OMNES, solos sacerdotes intelligentios esse, & vniuersalem ad solos Missam celebrantes restringendam. Oportet enim nos Scripturam omnem eo sensu accipere & intelligere, quem tradidit Pontifex, Christi vicarius: qui cum sit Ecclesiæ caput columna & fundamentum veritatis, errare non potest.

Turrianus mecum deiustificatione conferens aiebat. Non Pauli verba, sed Ecclesiæ interpretatio tenenda est. Hæc enim est viuus verborum Pauli interpres: illas sunt litera mortua.

Iesuita Pater Georgius apostata Ingolstadij, mecum de omnipotentia & omnipresentia Christi Dei & hominis conferens, dicebat: Quid mihi profers S. Scripturam, quam quilibet hereticus pro se citat. Ego dico de Christo: Me non semper vobiscum habebitis. Tu dicis: Ego Christus (totus Deus & homo, vna hypostasis seu persona) vobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Quis igitur erit iudex? Respondet: ipsa Scriptura. Respondit: absit. Mutus enim iudex sententiam ferre non potest. Ergo non Scriptura, sed Pontifex Romanus, & Ecclesia Romana iudicatrix est controuersiarum. Huius etiam non illius verbis, standum est, si controuersiarum finem habere voluerimus.

Iesuitæ Colonenses vocant sacram Scripturam sermonem abbreviatum, imperfectam doctrinam, quæ nō omnia necessaria ad fidem, bo-

nos mores & beatam vitam consequendam, contineat: hanc traditionibus esse complendam. Ex Scriptura enim certum & ratum intellectum dari non posse: sed esse eam plumbeum instrumentum, quod & Catholicus & Hæreticus suæ sententiaz aptare possit.

Iesuitæ Italici curarunt, ne Biblia sacra lingua Italis vernacula imprimarentur. Neophytis quoque Landspergenibus germanica Bibliorum lectione omnino est interdictum. Illa enim dicebat Iesu a ster Pietro, citius hæreticum Lutheranum, quam Catholicum Romanum facit.

Itidem in omnibus locis, vbi Iesuitæ grassantur, pestemq; Pontificiam disseminant, omnes Laici à sacræ Scripturæ lectione arcentur. Si apud quem Lutheri versionem germanicam deprehendat, eam auferant & comburunt: ipsum verò hæreos insimulatum, grauiter puniri curant. Hæc est Iesuitarum de sacra Scriptura sententia, ex illorum scriptis & ore fideliter, & ipsorum quidem verbis, adducta.

Non parum autem refert, diligenter obseruare, quanti nouis hic Iesuitarum ordo sacram Scripturam faciat. Ex eo enim unico abundè sati cognosci poterit, quam verè factioni & sectæ suæ, sacratissimum Iesu nomen affingant. Etenim nemo negare poterit, omnium religionum ordines, in suorum Auctorum regulas ita iurare, ut eas miris modis passim deprædicent. Sic Dominicani regulam Domini, Franciscani regulam Francisci, supra cœlos extollunt. Atqui inter omnes Christi fideles constat, Iesu Christi & eius Apostolorum regulam aliam nullam fuisse, quam Scripturam sacram Canonicam. Hanc regulam diligentissime commendat Saluator apud Iohannem cap. 5. Scrutamini Scripturas, in quibus vitam eternam habetis. Et D. Paulus omnibus, qui iuxta hanc regulam incedunt, pacem & misericordiam Dei pollicetur, Gal. 6. Et ne quem hominum hæc salutis consequendæ regula & norma lateret, Deus curauit, vt in omnem terram exiret hic canon & regula Apostolorum, Psalm. 19. Si itaque Iesuitæ veri Iesu Christi sectatores essent, ut fictio suo nomine se apud omnes venditare conantur, an non meritò hanc Christi regulam (sacram Scripturam) plenis laudibus vehere debebant? At quid faciant?

*In censura Colonienſ. 230. fol.* Primum blasphemant & calumniantur, verbum illud, quod ex Spiritu sancto inspiratione à Prophetis & Apostolis scriptis mandatum est, esse imperfectum: & proinde traditionibus Romanae Ecclesiæ & tacitis Paparum consuetudinibus, Conciliorum & Episcoporum decretis, ceu assumen-

assumento quodam, sarcinandum, perficiendum & adimplendum. Quæ calumnia, vt non est noua, ita omnis generis traditiones inutiles, quæstiones inanæ, consuetudines malas, superstitiones varias & idolomanias innumeræ, quibus totus Papatus, ceu putridus cascus, vermibus, scatet, introduxit & Ecclesiæ Dei obtrusit.

Secundò S. Scripturam in præcipuis fidei articulis & Dei mandatis *verba sūt* cereum habere nasum, nullum certum tradere intellectum, sed varios *Georgijle-* sensus parere, & auditores dubios dimittere, criminantur. Hac calumnia *suita in* loco verbi diuini sua somnia & proprij cordis figmenta, miscrè seductis *golßadij.* populis obiecerunt.

Fol. 117.

Tertiò, Sacram Scripturam adeò esse obscuram & perplexam, vt ne quidem doctissimus planam ex ea sententiam, proferre possit, protervè enunciant: Verum autem eius intellectum ex Papæ, Cardinalium, Episcoporum, Prælatorum, Abbatum, Monachorum & cum primis Iesuitarum decisionibus petendum, eoq; standum esse. Hac calumnia obtinuerunt, vt sub regno Pontificio sacrorum Bibliorum lectio inter laicos prorsus sit sublata, & pro viuis & limpidis Israëlis fontibus turbidæ cisternæ & lacunæ humanarum traditionum turpissimarumq; fabularum sint obtrusa.

Quartò, quod omnium grauissimum est, sacram Scripturam *Fol. 21.* tant esse non tantum imperfectiorem & obscuriorem, sed & magis noxiæ, quæm vt ab omnibus pijs vel legi, vel intelligi possit vel debeat. Hac calumnia, persuaserunt limpioribus, non aliudnè, quæm ex Bibliorum lectione hæreses nasci, ac proinde satius esse, ab omni illorum lectione abstinere, quæm seipsum varijs & incertis sententijs involuere. Esse enim, vt etiam in VVormatiensi Colloquio dixerunt, Scripturam sanctam materiam litis & officinam hæreticorum.

Verum quia sacra Scriptura, Spiritui sancto est, verbum purum & lucidum, lucerna item pedum nostrorum, quam sequi debeamus: nos Iesuitas ipsam sacro sanctam & adorandam Trinitatem blasphemare dicimus, dum scabiosè de Scriptura sancta, à Deo profecta loquuntur, & vice versa confitemur, sacram Scripturam esse perfectam, puram, quo quis auro & argento, etiam per ignem septuplum probato, mundiorem esse vocem Christi: sermonem veritatis: verbum vitæ: canonem, regulam, testimonium fidei, rectum, illuminans. Ipsi autem traditionibus Romanæ Ecclesiæ & Pontificum decretis, & Vescouitarum (vt Italico utr verbo. Verè enim isti Episcopi ouibus Christi vescuntur: easq; non tondent, sed de-

*Biblia in ea  
viva publica  
combaginata*

sed deglubunt) placitis, & Pilatorum decisionibus, & Monachorum somnijs (quaꝝ Romanæ Ecclesiæ principia sunt, ex quibus Synagoga ista composita est) omnia illa, quibus sacram Scripturam calumniati sunt, in quarto modo competere afferimus.

Ex his verò abundè satis constat, hosce hypocritas, non (vt præferunt) I E S V , sed Antiochi illius Epiphanis & Diocletiani socios esse, quia parityrannide, sacra Biblia tolli, per vim populo Dei crip̄i, & in foro publico (sicut in Bauaria superioribus annis factum) comburi curârunt. Digni ipsi, qui in gehennæ igni inextinguibili iustas talionis pœnas luant. Viderint ergo hi Iesuastri heresiarchæ, & Archipapistæ, magistri praui, & ipsa impietate magis impij, quid Christo Iesu iusto viuorum & mortuorum iudici in tremendo illo iudicij die responsuri sint, quod Spiritum sanctum accusant, quasi Ecclesiæ verbum fallax, ad decipiens accommodatum, materiam litis, & hæresium causam obtrusiferit? Ipsi quidem Deo, rationes, quibus suum tueatur verbum, iam sunt paratae: sed quid Iesuitæ ad suarum blasphemiarum excusationem afferre velint, ipsorum est maturè despicer: Non patrocinabitur tum ipsis Papæ auctoritas, non Magnatum benevolentia: sed furor Domini, ad nouissima inferni usq; omnia depascens, eos consumet.

Certè si Iesuitarum Nouitius quidam de regulis, ab impio & profano milite Ignatio Loiola inuentis, tam scabiosè loqueretur, vel saltem illas rideret: Iesuitæ cum flagris, ceu Iudæi Stephanum lapidibus, ad interencionem usq; cederent. Num ergo Deum inultum dimissurum putabunt, quod ipsi sacram Scripturam, vnicam Christianorum à I E S V Christo præscriptam & commendatam regulam non solùm petulanter rident, sed etiam absq; omni pudore tam audacter calumniantur & blasphemant.

An non omnes Christiani Deum orent, vt hanc pestem ab Ecclesia sua vel tandem auertat? Annon supplices siant Magistratui & Ecclesiæ nutricijs, vt hosce lupos & Satanæ seruos ab ouili Christi arceant? Certè omnium est, qui in Baptismo Christi nomen dederunt, Iesuitas ceu publicam pestem, non tantum vitare & fugere: sed & precibus, atq; omnibus medijs à Deo concessis, per pium Magistratum, legum diuinarum custodem, eos aduenientes propulsare, nec permettere, vt illorum dolis & fraudibus rex Domini insiciatur, seducatur, perdatur. Neq; vlo modo libertatem legendorum sacrorum Bibliorum nobis à Christo Domino concessam, Pontificum tyrannidi & Iesuitarum libidini subiiciamus;

sed pie,

sed piè, liberè, fideliter & diligenter verbum Deilegamus, scrutemur, *Ioh. 5.*  
meditemur, & vitam nostram ad præscriptum mandatum ipsius insti- *Psalm. 1.*  
tuamus: Spiritus enim sanctus tales lectores & auditores beatos prædi-  
cat: & generosiores Thessalonicensium Berrhoënses egregiè commen-  
dat, quod non tantum Pauli & Sylæ conciones audiuerint: sed & quoti- *Act. 17.*  
diè in Scripturis scrutati fuissent, annè omnia secundum illorum conci- *Deut. 18.*  
ones se haberent. Ipse quoq; Deus Pater, non traditionarios istos, seu *Ie. Matth. 17.*  
sua stros, sed filium suum audiendum mandat.

Porro quod Iesuitæ non Scripturam, sed vel se solos, vel Pontificios  
tantum audiendos tradunt, hoc solo fit fine, ut his dolis & fraudibus, Bi-  
bliorum scilicet furto & rapina, multiplices suas idolomanias & nefan-  
dos errores eò faciliùs defendere, suosq; sub Papæ tyrannide, captiuos re-  
tinere possint. Hanc etiam ob causam, negant cum Lutheranis ex Dei  
verbo disputandum (quia nimur nihil suorum ex eo probare pos-  
sunt) sed traditiones & Concilia Romanae Ecclesiæ vrgenda, & vi etiam  
externa inuocato brachio seculari obtinenda esse. Vnde etiam hoc con-  
filiū suis communicant: ex quo cuius Spiritus filij sint, iudicium desu-  
mi potest. Si Lutherus ante 40. annos, gladio aut igne fuisset sublatus, &  
reliqui quoq; doctrinam eius ex verbo Dei prolatam, defendantes, pari  
modo tollerentur: nunquam Ecclesia Romana tanta damna tulisset, ne-  
que quisquam hodie contra eam insurgere auderet. Sed illorum tyran-  
nis nihil proficiet. Qui enim in altis habitat, irridebit eos, sceptroq; fer- *Psalm. 2.*  
re illorum consilia & artes confringet, dissipabit & conteret. Verum de  
hoc errore satis, ad alium transeamus.

## 2. De Persona & officio Christi.

**D**E Christi Persona & officio falsa sentiunt, falsa loquuntur, falsa  
scribunt & falsa docent.

De PERSONA eius idem, quod olim Nestorius & hodie Cinglia-  
ni, sentiunt. Nam naturas unitas diuellunt, & duas ex ipsis personas, seu  
duos Christos constituant: unum omnibus præsentem, omnia guber-  
nantem, alterum localem & certo cœli loco circumscriptum. Nam o-  
mnia dicta Scripturæ, quæ toti Christo, seu Personæ illi, quæ inseparabi-  
liter, inconfusè & immutabiliter Deus est & homo, hanc diuinæ maiesta-  
tis gloriam adscribunt, quod præsens Ecclesia sua eam inhabitet, & pre-  
sens

sens omnibus creaturis dominetur, de sola eius diuina natura interpretantur. Verbi gratia: ubi Christus dicit: Ego sum vobiscum usq; ad summationem saeculi. Ibi dicunt: Voca Ego, tantum de diuina natura, seu de Christo, quia Deus est, intelligatur: non autem de humana natura, quae localiter ad celum ascendit, nec praesens est, donec ultimo die mundi ingruente ad iudicium redeat.

Matt. 28. Gregorius de Valentia dicere solebat: Christus est ubiq;: sed quomodo? Sic: quemadmodum Episcopus Moguntinus, dicitur Dominus Moguntiæ, etiamsi iam Augusta in Comitiis agat: Ita Christus dicitur sua potentia ubiq; licet corpore sit in eo cœli loco, ad quem ascendit.

Iesuita Pater Simon, Albertini collegij Ingolstadiani Regens, dicebat: Quid sollicitus es de personali Christi presentia, qua cum  $\lambda\sigma\gamma\mu$  etiam humanam naturam presentem esse contenditis? Ea nihil prodest. Sed ut Sol sua luce, corpore eius in celo manente, omnia replet & illuminat: Ita Christus sua  $\epsilon\pi\gamma\epsilon\alpha$  & efficacia est ubique, licet humana ipsius natura nobis praesens non sit.

Iacobus Crusius Landsbergensis nouitorum domitor & frenator, discrimen humanæ naturæ Christi, & diuinitatis eius hac monstrabat ratione & forma. Accepta Creta lineam ducebat in mensa & punctum. En aiebat, linea extensa est, neq; punctum eius distantiam assequitur. Sic diuina natura ad omnia se extendit, & omnia transcendit: humana autem natura suo circumscripta est termino, cœloq; continetur.

Ephesinū  
Concil. 1.  
pag. 606.

Ex quibus liquidò videre est, Iesuitas Nestorianos esse, & cum Be-  
rengarianis, Occolampadio, Cinglio, Caluinistis & Bezitis omnibus IE-  
SVM CHRISTVM diuidere & diserpere. Neq; sublimiores, de hoc pla-  
nè diuino maiestatis hominis Christi mysterio, cogitationes animo con-  
cipere, quam quales ratio humanæ, de rebus mundanis habere solet. O  
diuinum vatem Lutherum, qui vt in reliquis compluribus suis vaticinijs  
verus Propheta deprehensus est: ita nec in hoc à vero aberravit, quod  
in libello de concilijs, scriptum reliquit: Se minimè dubitare, quin multi  
adhuc sub Papatu sint Nestoriani, quos suo tempore, Deus sit reuelatu-  
rus. Nestoriani hi sunt ipsi Iesuitæ, qui diuinam maiestatem naturæ hu-  
manæ in persona communicatam negantes, & in uno quidem cœli loco  
duas naturas personaliter sibi inuicem adesse confitentes, in reliquis ta-  
men omnibus solam diuinam naturam presentem cognoscentes, ipsam  
Christi personam dirimunt & dissoluunt.

Nos verò Christum, Deum & hominem, ubi cunq; est ibi totum  
eſc

esse confitemur. Quia quod ἦσαν assumpsit, id nunquam & nusquam deponit. Cumq; in Christo tota plenitudo diuinitatis inhabitet corporaliter, quis adeo audax (nisi plane impius homo) fuerit, vt ex illa plenitudo Maiestatis, præsentiam, quasi ea in Christo non corporaliter habitet, aut humanæ eius naturæ Realiter non communicatasit, decerpere ausit? Et quidem iam post gloriosam in cœlum ascensionem, humana Christi natura ad dexteram Dei collocata, hoc est, consors facta est, diuinæ, illius super omnia regnandi potentia. Siquidem absq; omni dubio Dei dextra, ad cuius sublimitatem humana natura eucta est, omnes creature absq; locorum intercedentie sibi subiectas habet.

Totus igitur Christus, Deus & homo est omnipræsens: secundum Deitatem quidem naturâ, secundum humanitatem autem ex gratia v- Dan. 7. nionis, qua ἦσαν se & omnem suam maiestatem assumptæ naturæ com- Matth. 11. municauit, eiq; potestatem, honorem & regnum super omnia dedit. Ioan. 13.

Etenim apud omnes, præterquam eos, quos Arius in sua rapit castra, in confessio est: quod quicquid sacra Scriptura Christo in tempore communicatum, traditum, datum, donatum, subiectum & subministratum dicit, id non de diuina, sed de humana eius natura accipiendum & intelligendum sit. Itaq; loca illa Matth. 28. Philip. 2. Psal. 2. Eph. 1. & 4. Psal. 8. 1. Cor. 15. Heb. 2. & consimilia, quæ testantur Christo humiliato & crucifixo hanc maiestatem esse communicatam: vt sit omnipotens, sit passim Ecclesiæ suæ præsens, & insuper omnes creature sibi subiectas habeat, casq; præsens gubernet, eōseruet, administret, ita sunt accipienda, vt nequaquam Christum, quā homo est, ab omnipotentia communicatione, aut vniuersali creaturarum gubernatione, in primis autem ab Ecclesiæ conseruatione excludamus: sed quod diuinæ potentia placeat, IN assumpta humana natura, CVM'ea, & PER eam omnia Maiestatis sue opera perficere: sicuti piè & grauiter Athanasius asseruit.

Admodum insulti sunt Iesuastri: qui vbi in Scripturis legunt, Christum sedere ad dexteram Maiestatis in excelsis, sibi per Excelsa imaginantur supremum ccelum, quod ipsi vocant Empyreum, in quo Sacra Trinitas, cum assumpta humana Christi natura, & Beata virginem aureis & gemmeis sellis insideant, ibique nescio qua iucunditate fruantur. Apage sint, cum suis hisce nugis, vanissimi isti nugatores. Maiestatis illius diuinæ, cuius humana natura in ἦσαν particeps facta est, longe alia est ratio, quam qualē vel pictor delineare, vel oculi humani vide-re, vel os hominis eloqui, aut ratio carnalis sibi imaginari possunt.

Agnouere hanc Maiestatem Christi, etiam Patres, qui ut plurimis in locis testantur, humanam assumptam naturam in persona filij Dei ad gloriam & maiestatem, quæ diuinitatis propria est, exaltatam esse: ita etiam de præsentia totius Christi, Dei & hominis, longè aliter senserunt & locuti sunt, quam nouitia hæc Iesuitarum secta. Cyril.lib.12.in Iohan. cap.32. In quatuor partes Christi vestimenta diuisa sunt, & tunica sola indiuisa man- sit, quod mystice cuiusdam rei signum esse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salu- tem reducunt, indumentum verbi, id est, carnem eius, impariabiliter inter se partita sunt. In singulis enim transiens vniogenitus, & animam & corpus eorum per carnem suam sanctificans, impariabiliter atque integrè in omnibus est, CVM VNVS VBI-  
QUE SIT nullo modo diuisus.

Theophyl.in 19. cap. Iohan. Igitur sanctum Christi corpus indiuisibile est, & diuiditur & communicatur in quatuor partes orbis. Distributus enim singulis & vniuersitatis, animam sanctificans cum corpore, per carnem suam, vniogenitus & in- teger & indiuisus in omnibus est, EXISTENS VBIQUE, nunquam enim diuisus est, sicut & Paulus clamat. Chrysost.Hom.17.ad Heb. Nunquid quia in mal- tis locis, offertur, ideo multi Christi sunt? Nequaquam, sed VNVS VBIQUE EST CHRISTVS, & hic plenus existens, & illic plenus, vnum corpus.

Sed quid opus est, multa Patrum adducere testimonia? Audiamus Leonem, qui in serm.3.de paschate sic scriptum reliquit. Hoc Catholica Fi- des tradit, hoc exigit, vt in Redemptore nostro duas nouerimus conuenisse naturas, & manentibus proprietatibus suæ, tantum factam unitatem vniuersitatis substantiae, vt ab illo tempore, quo in beatæ virginis vtero, Verbum caro factum est, nec Deum illum sine hoc, quod est homo, nec hominem sine hoc liceat cogitare, quod est Deus. Exprimit quidem sub distinctis operationibus veritatem suam utramq; natura, sed neutra se ab alterius connexione disiungit, nihil ibi ab iniuicem vacat, sed suscepit totum hominem Deus, & ita se illi atque illum sibi conseruit, vt utramq; alteri natura inesse, & neutra in alteram à sua proprietate transiret.

Ex quo breuiter, sed fatis firmiter concludimus, Iesuitas à fide Ca- tholica defecisse, & meritò ceu nouos Nestorianos ac Diuulsores Per- næ Christi damnari, ijsq; anathema dici.

De OFFICIO Christi, parùm abest, quin idem cum Iudeis, Turcis & reliquis gentibus sentiant: dum eum solum & vnicum propitiatorium sacrificium, ΛΥΤΡΟΝ & redemptionem totam & plenariam pro peccatis nostris esse, negant. Arrogant quidem sibi nomen Iesu, sed revera huius doctrinam & meritum presequuntur. Concedunt quoque Christi obe- dientiam esse sufficientem, nimirum in se; sed non totaliter, respectu no- stri. Re-

Itri. Requiri enim etiam Sanctorum merita, & propria nostra opera, quæ passioni Christi quasi supplementum addant, illudq; perficiant.

Est quidem ( dicebat mihi Iesuita Gregorius de Valentia ) Christi meritum perfectum, ratione sui ipsius & operantis: Verum nisi mea quoque addidero opera, meq; magis iustificauero, mihi Christi meritum applicare non potero.

Iesuita Zieglerus: Quod Christus nobis negat de suorum perfectione operum: id nos meritis & consilijs Euangelij implendis compensare oportet.

Iesuita Crusius. Quid mihi ogganhis, iustitia imputatiua? Nemo imputatiua seu aliena iustitia saluatur. Mea opera saluant, quæ Christi sanguis sanctificat, vt tales valorem habere possint.

Iesuita Sommerman, cùm nihil haberet, quod contra sacræ Scripturæ testimonia, quibus gratuitam hominis credentis in Christum iustificationem probabam, opponeret, dixit: Non oportet te tantum sacræ Scripturæ inhærere, sed explicationem Ecclesiæ audire: mihiq; ex Gabriele Biel, hæc blasphema magis, quam pia obtrudebat verba. Fiducialiter ad Sanctos recurrimus, eorum memoriam venerantes, vt nos fragiles & mortales, eorum MERITIS & precibus ad eorum immortalitatis gloriam peruenire, atq; eorum suffragiis de fide ad visionem, de spe ad rem, de studio ad brachium, de via ad patriam perducimere amur. Multa siquidem dispositio Dominus dare viatoribus in tempore, & eternitate propter Sanctorum suorum merita.

Huic Sommermanno assentiebatur Iesuitulus Melchior Stör, Ro- Gabriel  
ma Theologæ aut potius Pontificiæ Matæologiæ Doctor formatus, & Super 3.  
ex eodem promebat hæc verba: Licet Christi passio sit principale meri- sent. dist.  
tum, propter quod confertur gratia, apertio regni & gloria, nunquam 19.  
tamens sola est & tota causa MERITORIA. Quia semper merito  
Christi concurrevit aliqua operatio, tanquam meritum de congruo vel  
condigno recipientis gratiam vel gloriam, &c.

Quid dicitis vos hæretici Iesuitæ? vobis nè sanguis & passio Christi,  
non est sola & totalis causa meritoria salutis? Annè putida & rancida ve-  
stra opera ( ceu Semidei quidam ) merito Christi non saltem sufficienti,  
sed & superabundanti adiungetis? Quæso vero quid tandem apertissimis Esa. 63.  
hinc scripturis respondebitis? Annè eas pro Aesopis fabulis, aut Marcol- 1. Ioh. 2.  
phi in nugis habebitis? quæ affirmant, quod Christus solus torcular calcâ- Heb. 10.  
rit, & nos redemerit ex OMNIBVS iniquitatibus nostris: suoq; sanguine Gen. 3.  
nos emundârit ab OMNI PECCATO. Quia est propitiatio non pro no- Ioh. 1.

stris tantum, sed totius mundi peccatis. Adeoq; VNICA SVA OB-  
LATIONE perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Huius  
merito nos contenti sumus, certi quod in hunc solum credentes saluen-

*Matth. 7. tur.* Vos verò Iesuitas operarios iniquitatis ad Orcum suo tempore rele-  
*Phil. 3.* gabit Christus. Nos interim cum D. Paulo Apostolo vestra opera *qui*  
*Isa. 6.4.* & *mīca*, cum Esaia pannum menstruatæ esse pronunciamus.

### 3. De Spiritu sancto.

**H**VNC & eius operationes Iesuitæ vna cum Turcis, Gentibus & ex-  
cætatis Iudæis re ipsa negant. Nam vtuntur quidem sacerdotiæ hacllo-  
quendi formula, Spiritum habentes: in Spiritu: secundum spiritum: clau-  
borate ut Societatis spiritum accipiatis. Si quis autem ex Iesuitis interro-  
get, quid sibi isti loquendi formulæ velint? quid sit Societatis spiritus?  
Respondent: Secundum spiritum agere: est menti, sensui, & mandatis  
Pontificis Romani & decretis superiorum Societatis parere: spiritum ex-  
mulari eorum, qui Romanam Ecclesiam iuuârunt. Sic aiunt, spiritu ex-  
citatus Ignatius Loiola, hanc Societatem Lutheranæ sectæ opposuit. Sic  
Egmundus Campianus spiritu ductus, ob Romanæ Ecclesiae auctorita-  
tem in Anglia martyrium subsiit. Ipsum verò Societatis spiritum, dicunt  
esse regulas Ignatij Loiolæ, has qui seruet, illum Societatis spiritum ha-  
bere.

*Job. 8. &* Quæso autem vos Iesuitas per Deum immortalem, dicite nobis,  
quām procul distent hæc vestræ interpretationes ab hæresi Macedonij,  
qui & ipse Spiritum sanctum non nisi vim, virtutem & *ένέργειαν* quan-  
dam spiritualem in hominibus esse sensit? At verò quia Iesuitæ in suis re-  
gulis non Spiritus sancti, sed spiritus mali, nimirum diaboli doctrinas  
proferunt, stabiliunt, vrgent, & sua somnia ac pontificia mendacia pro-  
cœlesti veritate suis & alijs inculcant atque obtrudunt, manifestum est,  
spiritum Iesuitarum esse ipsum diabolum: cuius etiam opera faciunt, &  
interim virtutes & operationes Spiritus sancti negant. Nam vt suprà  
probatum est, doctrinam Spiritus sancti, hoc est, sacra Biblia calumnian-  
& blasphemant: Imò auctorem eius, qui est ipse Spiritus sanctus, quantum in ipsis est, damnant, & pro Spiritus sancti verbis, suas regulas  
& traditiones vendunt.

Consimili ratione Spiritus sancti operationes in Baptismo exte-  
nuant,

nuant, dum Societatis ingressum alterū Baptismum definiunt, & omnes Spiritus sancti erē, et suis traditionibus, regulis, constitutionibus, peregrinationibus, disciplinis, ieunijs, cilicijs, flagellis & reliquis electijs operibus tribuunt. Per hæc varia dona distribui docent: ipsum verò Spīritum sanctum excludunt.

Quid? Quod Spiritui sancto, quantum in illis est, alas (vt ita loquar) præcidunt, dum non toti Ecclesiæ eum communem relinquunt, sed soli Papæ & Synagogæ eius alligant, quibus cum tamen, nihil is commune habet: vt qui non ipsius, sed dæmoniorum doctrinas ferant.

Si itaque, quis illorum sit spiritus, nouisse cupis: vitam, mores, doctrinam, regulas & opera eorum inspicias, tunc ea vel sole clarius ostendit, istos homines à dæmonibus malis exagitari, atque horum, non autem Spiritus sancti eos seruos esse. Qui etiam ipsos suos filios, sicut ipsi testantur, vocant, ac proinde iuuant, promouent & ditant.

#### 4. De Angelis.

**A**NNO 1582. Pater Mayerhofferus, Ingolstadij Pontificiarum idolumaniarum Professor, ex Platone, Aristotele, Eocio & consimilibus Iesuitarum Prophetis, multa, vt putabat, subtilia, sed verè parùm vtilia, de Angelis, mente Thomæ Aquinatis & sensu Scoti Lombardique differuit. Vt: de nouem Angelorum choris: de throno beatæ Mariæ inter illos; de illorum essentia, ordinibus, differentijs, claritatibus & sublimitatibus: & ea omnia, vt illorum verbis vtar, fatis Cherubicè & Seraphicè, sed absq; Scripturarum auctoritate affirmauit. Imò tanta audacia & temeritate ista enunciare audebat, vt quis rerum sacrarum ignarus existimare potuisset, ipsum modò de cœlo delapsum, omnia coram ibi intuitum fuisse. O impudentiam. Paulus in tertium cœlum raptus, eius tamen modestia est, vt profiteatur se audiuisse, arcana verba, quæ fas non sit homini loqui. At iste abstersa omni modestia, ita fidenter de absconditis istis mysterijs agebat, vt nihil suprà.

Sed quid mirum? Societas hæc se angelis comparat, & angelis *In voto de cam se puritatem sectari, in regulis gloriatur. Sic enim verba habent Ita- Cæstitate. lica, Romæ excusa: Cid che al voto della cæstità s' appatiene, non ha bisogno d Reg. 29. espositione, essendo manifesto, con quanta perfezione si habbia da osservare, cioè sforzandoci d imitare la purità angelica, con la nettezza del corpo & della mente nostra.*

Id est, *Hoc quod ad votum Castitatis attinet, nulla explicatione indiget, cum sit manifestum, quanta cum perfectione illud obseruari debeat: hoc est, omnime annitendo imitari puritatem angelicam, cum mundicie corporis & mentis nostre coniunctam.* *Quis ergo non crediderit, Angelos ad ipsos vicissim è cœlo descendere, cum ipsis familiarius versari, & abstrusiora hæc alijsq; abscondita mysteria revealare?* *Hinc adeò sit, vt Iesuitæ Augustino longè doctiores, non cum ipso ignorent, quomodo habeat beatissima illa & superna Societas: sed illa, ut pote ipsis vulgaria, maximè cognita & perspecta habeant.*

*In Enchir. ad Laut. cap. 28.*

Sed ô vos impudentes bestias, anné omnes homines pro fungis & stipitibus habetis, qui ignorent, quibus Angelis vos iure comparetis? Nostis enim duplices esse angelos: Bonos & Malos. Et certè omnis vestra doctrina, studia, conatus & actiones, disertè loquuntur, vos non bonorum & castorum angelorum puritatem, sed malorum mendacia & desideria imitari. Angeli boni continuè astant in conspectu Dei, eumq; indesinenter voce sua celebrant. Vos vestris horis canonicas, doctrina peruersa, & electijs operibus, totam sacrosanctam & adorandam Trinitatem ridetis, offenditis, oppugnatis, blasphemia afficitis. Boni Angeli Deo hymnos suos & gloriam in excelsis canunt: Vos non Deo, sed mortuis laudes, Missasq; boatis. Deus bonorum angelorum ministerio vtitur in patefacienda sua voluntate hominibus: Vos vosmet in dæmonia transformatis, vt dæmoniorum doctrinam & Papæ placita propagetis: sicuti sodalem quempiam vestrum Augustæ in tali ministerio transfossum, & in Anglia nonnullos occisos, legimus. Per bonorum Angelorum ministerium seu dispositionem Lex est ordinata: Vos traditiones inutiles, dogmata pontificia & sanctiones, extrauagantes, quin & Legem Dei euacuantes, Christiano orbi obtruditis. Boni Angeli beatæ Mariæ & pastoribus creditibus Christum annunciant: Vos Antichristum docetis, eiusque regnum propagatis & prædicatis. Boni Angeli seruiunt electis, eosq; defendunt: Vos ore, stylo, factisq; Christianos persequimini. Boni Angeli pios mirabiliter liberant: Vos vbiq; locorum, quantum in vobis est, Christianos carceribus includitis, & tolli curatis. Boni Angeli delestantur Dei verbo & ministerio Euangelij de Christo: Vos (vt supra demonstratum est) Euangelium de Christo, & totam sacram Scripturam ambiguitatis, obscuratis & imperfectionis damnatis. Boni Angeli pios Doctores, Christi honorem asserentes defendunt, vt patet exemplis Prophetarum, Apostolorum, Ambrosij, Athanasij, Lutheri, Brentij & aliorum: Vos hos proditis, innocentes in Magnatum odium addu-

*Luc. 2.*

*Gen. 21.*

*Act. 7.*

*Gal. 3.*

*Math. 1.*

*Luc. 1.*

*Ebr. 1.*

*Act. 5. 12.*

*2. Reg. 6.*

*Act. 16.*

adducitis, accusatis, damnatis, sicuti infinita cius rei exempla adducere liceret. Boni Angeli pro pijs principibus aduersus eorum aduersarios *Dan. 10. & Gen. 3.* præliantur: Vos omnes illorum prouincias peragratis, vt eos vel seduca-  
tis, vel trucidari curetis. Boni Angeli procurant nuptias: Vos dæmonio-  
rum doctrinas ferentes, coniugia, ceu rem carnalem damnatis, & vestros *Gen. 24. 1. Tim. 4.* ad compulsa castitatis votum cogitis, sicq; humani generis propagatio-  
nem legitimam impeditis. Boni Angeli animas piorum portant ad re-  
gna cœlorum: Vos falsa vestra doctrina animas, & proprias & eorum qui *Luc. 16.* vestris nudis fidem habent, ad inferos demergitis. Boni Angeli sunt pio-  
rum Euangelij auditorum custodes: Vos à Papa emissi, pios seducitis, E-  
uangelium audientes proditis, & misere cœtus Euangelicos dispergitis.  
Boni Angeli adorari nolunt, siquidem hunc cultum soli Deo deberi *Heb. 1.*  
profitentur, & se non Deos, sed Dei seruos & electorum ministros esse  
agnoscunt: Vos verò ipsi Deo honorem suum suffurantes, angelos, con-  
tra ipsorum voluntatem & Dei mandatum, adoratis. Bonis Angelis est *Luc. 15.*  
gaudium in cœlo super peccatore poenitentiam agente: quæ vestra est  
lætitia, quæ exultatio, vbi aliquos verè Christianos feduxistis, & Pontifi-  
cia idolomania excæcastis?

Malorum ergo Angelorum confederati socij estis, de cœlorum *Esa. 14.*  
regno in terram præcipites delati, stantes inter filios Dei, Spiritus men-  
daces, qui à Papa petunt, vt liceat egredi ad decipiendos Christianos. *Job 1.*  
Quos ipse Satanas suos filios nuncupat: eò quod vñā cum ipso Dei ope-  
ra & verba calumniantur, sacramq; Scripturam peruerunt: Homines  
impuri, immundi, mendaces, homicide, fures, latrones, genus vi-  
perarum, serpentina capita, leones rugientes, Domini mundi & Recto-  
res tenebrarum, hoc agentes, vt homines sibi ipsi tribuant gloriam, quæ *Gen. 3. 1. Pet. 5.*  
soli Deo debetur, hoc est, vt neglecto & contemptu Filio Dei, homines  
suis meritis & virtutibus arrogant & tribuant laudem & gloriam, atque  
meritum salutis, iustitiae & felicitatis. Hi incarnati diaboli, ceu Legio-  
nes, Christianos hostiliter inuadunt: suos verò, laqueis Pontificiorum  
errorum irretitos, pro libidine ad quæuis obsequia & flagitia miserè tra-  
hunt: in erroribus oberrantes magis excæcant, ne clarissima lux Euan-  
gelij de Christo illis fulgeat: Bonum semen verbi Dei ex cordibus negligi-  
gentiorum rapiunt: studium indefessum (quod ipsi animarum zelum  
vocant) homines seducendi, eosq; perdendi habent: ceu leones rugien-  
tes omnes prouincias percurrunt, querentes quos deuorent: veritate *2. Cor. 4. Matth. 12.*  
verbi, disputationibus orthodoxis, colloquijs fidei analogis & piorum *Luc. II.*  
scriptis

scriptis conuicti & ciecti, non tamen conquiescant, sed collegia sua perambulantes semper nequiores sibi assumunt, & redeunt: discordias religionis & odia inter pios Principes serere, student: verbum Dei syncretum depravant, corrumpunt, mutilant & tollunt: errores Pontificios innumeros disseminant: idolomanias multiplices sanciunt: Pontificia zizania puro Euangelij de Christo tritico admiscent: ad multiplicē idolatriam homines instigant: piorum persecutiones excitant: filios piorum Antichristo immolant: spiritualiter fornicantur: sana & salutaria consilia piorum Principum in suscipienda Euangelij doctrina de Christo impediunt: Mundi potētes & Papæ negociatores ad mendacia & homicidia hortantur: œconomias & coniugia piorū distrahabunt, separant, & illorum bona, sicut per Bauariam, vt & alijs in locis, videre licet, ad se rapiunt: suos nouitios instar diabolorum flagellis, cilicijs & alijs corporum macerationibus malè affligunt & misere torquent. Et iam maximē sub finem regni Antichristi, cùm intelligent breue se habere tempus, & iudicium suum instare, atrocius furunt & grassantur, mendacijs, dolis & fraudibus: quas tamen pias & sanctas deceptiones vocare nō erubescunt. Denique (quid enim in re manifesta multis verbis opus?) in quæstu suo faciendo, & regno Antichristi promouendo instar Satane, sunt mille artifices.

Of. 4.

Ioh. 8.

Eph. 6.

Nos igitur acceptâ omni armaturâ Dei, iuxta præcepta Pauli, in fide stabiles & veritate immoti, sub Duce, antesignano & Defensore nostro I E S V C H R I S T O, fortiter gladio spiritus (sicut nostra x̄tate Lutherus contra Monachos) contra illos dimicemus. Sic enim gratia & virtute eius, qui sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis victoriam reportabimus, & castorum angelorum præsidio tuti immarcessibilem gloriam coronam consequemur.

### 5. *De Imagine Dei in homine.*

D E imagine Dei ex Scriptura discimus: fuisse eam gratuitū Dei donum in primo homine, quo homo ad aliquā conformitatem cum Archetypo, seu ipso Deo, accesserit. Ita vt mens ipsius fuerit illustrata, luce veræ noticiæ Dei, & sapientia discernente recta & praua: voluntas autem liberrimo arbitrio expetierit & probarit recta & iusta, arserit vero amore Dei, & plena obedientia erga ipsum; vnde & cor rectum fuerit, ac

rit, ac omnes affectus, motusq; legi diuinæ conformes habuerit. Sic vt in illa imagine Deus ipse, sapientissimus, iustissimus, liberminus & auctoritas, seipsum quasi depinxerit, & in hominere fulserit, ei tribuendo sapientiam, iustitiam, dominium in omnes creaturas, omnes deniq; vires, quæ ad salutem & vitam æternam sufficere poterant.

Eandem autem hanc imaginem, per tristem protoplastarum nostrorum lapsum, & in ipsis & in tota posteritate esse amissam. Quia A. Gen. 5. adam filios genererit ad imaginem, non Dei, sed suam. Ita vt in locum sapientiæ, iustitiae, sanctitatis, veritatis, virtutis, & aliorum ornametorum, teterimæ pestes, ignorantia, cæcitas, iniustitia, impuritas, impotentia, vanitas & mille mala successerint, quibus homo perpetuis miserijs & æterno interitui inuolutur & immergitur, nisi per Filium Dei, substantialem & naturalem Dei imaginem, gratuita fiat restitutio.

Reparari ergo & renouari in nobis illam ipsam imaginem virtute Spiritus sancti. Is in vera Dei Ecclesia, quæ tanquam officina est omnipotens Dei, per ministerium verbi & Sacramentorum operatur in nobis nouum hominem, & (vt Scriptura loquitur) nouam creaturam. Hoc est: Deus Pater, ex immensa misericordia, gratis propter Christum, per ministerium verbi & Sacramentorum, Spiritum sanctum abunde in nos effundit, sicq; nos spiritualiter regenerat: vt peccata agnoscentes, ijsque valedicentes, per fidem Christum, & in eo iustitiam apprehendamus, qui etiam vires nobis largitur, vt in iustitia & sanctitate Deum rursus cole-re & celebrare, sicq; hac ratione iterum Deum Creatorem nostrum aliquo modo repræsentare incipiamus.

Hæc nos de Dei imagine secundum scripturas docemus. Quid vero Iesuitæ? Dicunt eam esse iustitiam, bonas inclinationes & concupiscentias, quas homo ex infusis qualitatibus & puris naturalibus, perfectè faciat. Et huius similitudinem atq; conformitatem maximè conspici in hominibus (vtror illorum verbis) spiritualibus & deuotorijs, qui mundum sint egressi, & contemplatiuam seu speculatiuam vitam agant. Quam nos, haud iniuste, ignavum vitæ genus dicimus. Suos quoq; socios Dei imaginem habere aiunt: non si voluntati Dei, & legi ipsius conformem vitam degant: sed si regulis ab Ignatio Loiola conflictis, aut si Papæ decretis, perfectè obedire studeant.

Per lapsum primorum parentum eam plenè sublatam negant: concupiscentias malas veniales tradunt: vitium originis, horribilem illam naturæ humanæ in anima & corpore deformitatem & destructionem,

non agnoscunt: quin intellectus cæcitatem & voluntatis auersionem, re-  
ctitudinem putant, dum opiniones, delitaciones & intentiones quasuis,  
de Deo & fide extra Dei verbum conceptas, iustas & rectas, bonasq; pro-  
nunciant.

Veram quoq; Dei imaginem, non regeneratione per Spiritum san-  
ctum, sed ingressū Religionis, varijsq; pœnitentijs & quotidianis morti-  
ficationibus, in homine recuperari nugantur. Dum autem Cappis &  
Blattis, Cucullis & Cilicijs, in quibus iustificationem & salutē querunt,  
laruati & personati incedunt, quis non intelligat, eos potius Satanæ ima-  
ginatiuos (vt illorum vtar verbo) quam Dei filios esse. Præsertim cum  
doctrina sua non Filij Dei, sed Satanæ laruam querant. Cum item ipsis  
non Christi se humiliantis, sed Antichristi se supra ipsum Deum extol-  
lentis imago placeat. Cum deniq; contumaces & inobedientes, instar  
diabolorum & hostium Dei, Dei verbo & mandatis resistant, & in se cæ-  
titatem, ignorantiam, tenebras, auersionem, inobedientiam, aduersus  
Deum & Decalogum dominari patientur.

## 6. *De Prouidentia Dei.*

**H**Æc doctrina, pijs mentibus & toto pectore Deo Patri, Filio & Spi-  
ritui sancto fidentibus, est omnium dulcissima & consolationis  
plenissima. Hac enim rectè instructi toti in bonitatem Dei recumbunt,  
*Heb.11.* certi Deum benignissimum ipsorum Patrem in cœlis ipsis prospicere,  
*Psal.35.18.* consulere, pro ipsis sollicitum esse, mala auertere, eos seruare, at tandem  
*Ioh.5.* beare. Ipse quidem conseruat & gubernat omnia: maximè tamen fideles.  
*1.Tim.4.* His prospicit de omnibus necessarijs, horum curam agit, adeò ut etiam  
*Matth.10.* capillos capitis in numerato habeat, ne nullus illorum pereat.

Hanc Dei prouidentiam Jesuitæ tollunt & negant: dum dubitatio-  
nes de promissionibus Dei absolutis introducunt, & hominem de certi-  
tudine salutis suæ per Christum partæ dubitare docent. Ipsi enim remi-  
*Ioh.3.* nem de salute sua certum esse posse disertè tradunt: Licet sacra Scripturā  
*Eph.1.* vice versa disertis verbis baptizatos & credentes in Christum beatos pro-  
nunciet: vt pote quos Deus in Christo Iesu præuiderit, elegerit & ad sa-  
lutem prædestinārit, anteqnam mundi fundamenta iacerentur. Quæ  
*Rom.11.* certè vocatio & xæsis maria Dei, sunt auctoritatis: quorum Deum pœni-  
tere non potest.

Enau

En autem rem miram. Iesuitæ vbi verbo Dei carent, minimè dubitant: vbi verò expressas Dei promissiones habent, quibus tutò credere possent, ibi dubitandum esse censem. De Missæ sacrificio pro peccatis viuentium & mortuorum, de nouo ab ipsis conficto ordine, nulpiam in Scriptura vel verbum extat: & tamen tantoperè hisce nugis fidunt, vt spem omnem salutis in illis collocatam habeant. His verò verbis, quæ toties in Euangelio repetuntur: vt omnis qui credit in Christum, non pereat, sed vitam æternam habeat, nihil quicquam fidei tribuunt.

Sic etiam prouidentiam Christi & fidam ipsius curam pro Ecclesia sua tollunt, dum Antichristum Romanum Ecclesiæ caput & Christi vicarium, mortuos item homines, opitulatores & consanguinatores hominum constituant, non aliter ac si Deus ipse, omnem Ecclesiæ & hominum curam (sicut idem olim Epicurus sensit) abieccisset, res Christianatum non curaret, sed omnem regendi & dominandi potestatem Antichristo Romano (oues scilicet lupo committendo) tradidisset. Nimirum vobis Deus otiosus in cælo sedet, certo affixus loco, contemplans res humanas, quomodo Papa vester eas pro arbitrio sursum deorsum verset, voluet, moueat, misceat & interturbet!

Tollunt eandem Dei prouidentiam & vniuersalem omnium curam, dum more Stoico, Christum, non quidem ad causas secundas, vel naturales, sed ad suam Missam, abominandum illud sacrificium, & Spiritum sanctum ad Antichristi sedem cacolycam alligant. Tandem dum eas vitæ rationes sequuntur, quibus toti Christianorum orbi pateficiunt, se Deum, cœlum & inferos penitus negare. Sicut non ignotum est, non paucos Paparum, de Dei præscientia, & animæ immortalitate prorsus dubitassem. Quibus parum meliores sunt Iesuitæ, quorum plerique animam agentes desperare solent: clamantes, Deum suorum curam non habere, sed ipsis reprobasse, eò quod suis regulis non perfectam obedientiam præstiterint. Sicut Lucernæ Iesuitæ Cleo, & Landspergæ Magistro Iohanni, accidisse, & literis & sermone Iesuitarum ipse accepia  
vidi.

## 7. *De Arbitrio hominis post lapsum.*

I Esvit, & multum de libero arbitrio, quod in rebus diuinis habeat, gloriantur: illudq; multū valoris & roboris in articulo iustificationis habere

bere tradunt. Etiamsi non ignorant, aut certè ignorare non deberent, suum Bernhardum hanc sententiam seu Pelagianam iam dudum impugnasse: & cùm ob hanc, tum alias ob causas Sacerdotes Antichristi servos, Prælatos, Pilatos appellasse. Afferunt igitur liberum arbitrium respectu etiam gratiæ extrinsecus aduenientis & præuenientis voluntatem non merè passiuè sed actiuè se habere, seq; ad gratiam recipiendam præparare posse, & causam propriæ conuersionis existere, consentientem per se. Consensum enim ex liberi arbitrij integritate prouenire, seu ex substantialibus animæ potentijs & puris naturalibus, eisq; hominem se ad gratiam præparare ac legi Dei satisfacere posse.

*Anno 1583* Cùm Romæ in monte di Cauallo apud S. Andream, cum nouitiorum Iesuitarum præfecto, de viribus humanis post Iapsum relictis, quo ad hominis iustificationem, conferrem: & auctoritate sacræ Scripturæ voluntatem in conuersione merè passiuè se habere assererem, respondit: Me ex homine truncum facere & esse Lutheranum, neque cum Romana Ecclesia sentire. Cùm verò dicerem: habere hominem voluntatem, quæ per Spiritum S. fleti possit, & beneficia Dei oblata accipere, qualem truncus vel lapis non habeat. Conuertibilem ita esse humanam voluntatem: vt verò à malo auertatur & conuertatur ad bonum, id eam non habere ex se, aut suis viribus: sed ex Spiritu sancto. Nihil aliud respondit, quam hæc nō sunt Romana, sed Germana, hæretica verba, & res nobis ignotæ. Nos docemus liberum arbitrium in rebus diuinis esse verè actuum, quod gratiæ & spiritui Sancto cooperetur, consentiat, concurat & efficax sit. Hæc te, non illa credere oportet.

*Rom. 8.  
1. Cor. 2.  
Ioh. 15.*

Si autem Iesuitæ magnitudinem peccati, quod nobiscum nascitur, agnoscerent: & secundum Scripturam crederent, totam naturam esse corruptam & morbo Originis oppressam, plenam dubitationis, caliginis, errorumq; Deo aduersantium: considerarent item, quod liberum arbitrium in externis quoq; sæpe naturali imbecillitate vincatur, & diabolinstinctu impediatur, vt bona quæ videt probatq; negligat, & deterriora sequatur: ac proinde nos in diuinis extra Spiritus sancti gratiam & Christi opem multò minus quicquam posse: nunquam tam crassis Pelagianorum erroribus adstipularentur.

Gregorius de Valentia Ingolstadij dixit: Lutherani hæretici serum arbitrium introducentes, homines deterrent à studio Deum inuocandi, ei obediendi, credendi & beneficiendi. Quasi verò homo Christianus vila alia re magis possit ad inuocandum & petendum auxilium à Deo;

Deo excitari & accendi, quām cū ostensa naturā suā infirmitate audit *Ioh. 15.*  
 se absq; Christo nihil posse, & in peccatis mortuum, solum Deum esse, *Ioh. 1.*  
 qui & bonum in nobis incipiat, & quod ccepit, promoueat atq; perficiat. *Phil. 1.*  
 Habemus quoq; alias, & quidem acriūs virginētes rationes, quibus no-  
 stros ad bonorum operum studium excitamus: quām si nostrā volunta-  
 tis vires, contra Scripturā veritatem falso deprādicemus. Iesuitæ ergo  
 liberum hominis in rebus diuinis arbitrium introducentes, illudq; in  
 iustificatione peccatoris valere afferentes, ipsum Apostolum Paulum *Rom. 7.*  
 dicentem, nos ex nobis nihil boni cogitare posse, & animalem hominem *1. Cor. 2.*  
 nihil percipere eorum, quæ sunt Spiritus Dei, mendacij arguunt; & Spi- *Phil. 2.*  
 ritus sancti gratiam attenuant. *Ezech. 36.*

Verū oportet Iesuitas Pelagianis consentire, siquidem aliās nul-  
 lo modo doctrinam suam de merito Congrui, & de voluntate ad iustifi-  
 cationem cooperante, stabilire possent. Verū de his, nouorum horum  
 Pelagianorum opinionibus, earumq; refutationibus videat pius Lector  
 Augustinum contra Epistolas Pel. 1.4. c.6.1.2. c.5. & contra Pet. 1.1. c.9.1.  
 2.c.8, &c. Item Prosperum aduersus Cassianum. In primis autem Examen  
 D. Kemnitij in Trident. Concilium.

Iesuitæ verò diligentius expendant, quid sibi velit perpetua hæc  
 Scripturæ S. doctrina, quæ asseuerat, nos in peccatis mortuos resuscitari,  
 naturā filios iræ in gratiam recipi, perditos seruari, desertos visitari, co-  
 eos illuminari, errantes dirigi, obtenebratos in lucem reuocari, alienos  
 in peculium adscisci, misericordia indigos misericorditer respici & re-  
 cipi. Hæc si vera sunt, vt sanè sunt verissima, ybi manet Iesuitarum glo-  
 riatio de cooperatione sui ad iustificationem? Exclusa est. Per quam do-  
 ctrinam. Liberi arbitrij? Non: sed per doctrinam Gratiae: & quia est gra-  
 tuitum donum Dei. Nam si per gratiam, non iam ex libero arbitrio:  
 quandoquidem gratia non esset gratia. Etsi est gratuitum Dei donum,  
 non erit ex nostra cooperatione. Sed de his satis.

### 8. De Peccato.

**S**píritus sanctus arguit mundum, hoc est, omnes homines de peccato, *Ioh. 16.*  
 non tantum Mortali, sed & Veniali, vt loquuntur: nec non etiam de  
 vitio Originis. Iesuitæ verò quosdam Originis morbo singulari priuile-  
 gio eximunt: vt B. Mariam & suos sanctos seu perfectos. Quosdam vero

C A P V T . I X .

154

abfq; peccato ex originis vitio ebulliente esse dicunt: & cōcupiscentiam omnem, quam homines post Baptismum concipiunt, bonam esse affirmant: si tantum illi non consentiant. In genere autem originis vitium, it quo David nos coaluisse, conceptos & natos esse affirmat, impropriè & abusuè peccatum esse putant. Præterea negant omnia id esse peccatum;

*Ioh. 3.* Matth. 7. quod legi diuinæ contrariatur: neq; concedunt, tantum ex lege D*e* i  
*13. 23.* peccata cognosci, licet Paulus id affirmārit, & de concupiscentia dixerit:

*Rom. 4. 6.* Concupiscentiam peccatum ignorabam, nisi Lex diceret, Non concu-

*2. Cor. 6.* pisces. Quid ergo hoc omne aliud est, quām Christum, Spiritum san-

*Tit. 2.* etum, & sancta illa Dei organa Christi Apostolos mendacij arguere?

*Heb. 1. 8.*

*Rom. 3. 5. 7*

*Mattb. 15.*

*Censur.*

*Colon. fol.*

*309.*

*Iesuita Mi-*

*chael in*

*suo dialo-*

*go ad*

*Truckses.*

Quod si insuper Iesuitarum placita, in hoc Articulo diligentius perpenderimus, deprehendemus eos reuera esse illos, de quibus Christus dixit, quod propter traditiones suas, Dei mandata transgrediantur. Nam tradunt ea propriè esse peccata: quæ cum traditionibus & decretis Papæ, tacitis confuetudinibus & receptis Ecclesiæ Romanæ moribus pugnant. Sic peccatum dicunt: si quis contra Papæ Romani & Concilij Obstantiensis decreta, Sacramentum Altaris, secundum Christi institutio- nem, sub vtraq; (vt loquuntur specie) sumat.

Insuper dicunt ea tantummodo esse peccata, quæ homo ductu liberi arbitrij & sciēter admittat: vel vt illorum verbis vtar: Non esse peccatum, cogitationem malam seu concupiscentiam, A C T V vt loquebatur Pater Pietro, PRIMO, sed ACTV SECUNDО: Hoc est, Tum demum fieri concupiscentiam peccatum, si accedat consensus, vel huiusmodi concupiscentia & cogitatio praua diu inhaerent, eaq; homo delectetur. Ideo etiam peccata interiora & cordis figmenta, non particulis priuatiis, vtpote boni absentia & auersione à diuina Lege; sed voluntate hominis (quia nullum peccatum dici mereatur, nisi voluntarium sit & cogitationi consensu acceperit) definire solent. Hinc Iesuita Crusius pro exhortatione aiebat: Ne sitis anxii vel pauidi, quando varie vos infestant cogitationes. Nam ea, peccata non sunt, si consensum non adhibueritis: immo si illas vincatis, sicut pugna salutis & meritum expiationis.

In renatis quoq; peccati reliquias superesse negant: & eos à peccatis mundos esse affirmant, non quibus peccata nō imputentur: Sed quibus omnino nulla insint. Id quod & Paulum & Dauidem *αἰπέστερον* damnare est: & insuper Iohannem mendacij insimulare, dicentem: Si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis nō est. Itaq;

est. Itaq; secundum Iesuitas, Christus frustra nos orare docuit: Remitte nobis debita nostra. Et libera nos à malo,

Eodem errore negant Concupiscentiam, in renatis legi diuinæ repugnantem, propriè & verè esse peccatum: erit itaq; ea per se bona & sua natura sancta. Vnde etiam affirmant, Deum concupiscentiam, etiam remota omni gratia, non posse in renatis condemnare: nec indigere illam obedientia & merito Christi, quia sua natura iam Deo placeat.

Hasce verò absurditates tantum hac de causa tradunt, ut aliquo modo obtinere possint falsas suas hypotheses, quibus asserūt: hominem conuersum perpetuam & perfectam posse diuinæ legi obedientiam prestatre. Item: opera renatorum esse vitæ æternæ meritoria. Item: hominem in hac vita posse absq; peccato viuere, vel sine peccato esse.

An verò hoc non est Pelagianam hæresin ex orco reuocare? Sic enim etiam Julianus Pelagianus sensit, dicens: *Si in Baptismo reatus vel concupiscentia est sublata: tum à Baptismo talis concupiscentia non erit amplius peccatum.* *August. l.* Sed Augustinus multis docet, concupiscentiam etiam in renatis manere *6.c.10.* peccatum, à quo etiam, cœu à peste, sancti liberari petant. *Reatus igitur tollitur, ita vt persona baptizata peccatum non imputetur: non vt peccatum non sit.* Nos ergo quoq; cum Augustino credimus, & proh dolor, experimur in rebus spiritualibus & corporalibus concupiscentiam esse malam. Nam concupiscit caro aduersus Spiritum: repugnat menti illuminatæ; cœt peccata in obedientia, origo & fons peccati, defectione consentientis, & consensu in peccata, vel etiam contagione nascentis, ut August. in l. 5. contra *Aug. l.2.* Julianum scripsit. Remittitur ergo in Baptismo Lex peccati, ipsum autem *contra Iu-* *lian. Et in* peccatum non tollitur penitus: licet mortificatio eius in Baptismo *Ioh. tract.* incohetur. Hinc Paulus non dicit, non sit peccatum: sed non regnet peccatum in mortali vestro corpore. *42. Et in*

Sed quid mirum Iesuitas ita insanire, cùm etiam opera Gentium & *Psalm. 50.75* incredulorum saluare dicant? Doctrinam enim illam, quæ opera non ex *l. de perfec-* fidie profecta, peccata, & proinde ad salutem æternam, inutilia esse, assētione iu- *rit: nimis asperam, duram, & paradoxam iudicant. Consentiunt in hoc scitio.* Cingilio, qui saniores gentiles, & philosophos iustos, quos ac tēperant. *Ann. 1544* res nonnūllos damnatos esse contentebat. Verum cum sacra Scriptura affir- *Rom. 14.* met, omne id esse peccatum, quod non sit ex fide: Et Augustinus, etiam *Cōtra Iul.* Speciosa Gentium opera inter peccata numeret, eò quod non credide- *L.4.c.3.* runt in Christum, nec baptizati sunt: & Longobardus, omnem ac totam incredulorum vitam peccatum dicat: etiam hac in parte Iesuitas Christi doctri-

doctrinam cœtiare manifestum est. Scimus enim non posse arborem malam bonos fructus facere.

An vero ignorant, in Dante, Poëta Florentino, iam olim à Pontificijs, & recte quidem, damnatum fuisse: quod antiquos sapientes, Philosophos, Poëtas, Rhetores infideles, ut Democritum, Pythagoram, Anaxagoram, Platonem, Socratem, Aristotelem, Homérum, Virgilium, Ciceronem, & alios describit esse in campis Elysij? Vbi etsi non in gloria: tamen sine pœna existant. Et quidem Dantes aliquo modo excusari potest, qui ut Poëta ista finxerit: non autem re ipsa ita senserit. At quam excusationem vos prætendetis: præterquam ignorationem Scripturæ & Patrum; qui tamen totius antiquitatis helluones videri vultis?

*Marc. 16.* Nam & Scriptura S. omnes, qui non crediderint damnationi adiudicat. *Hier. epist.* Et prisci Doctores, Hieronymus atq; Augustinus afferunt, illos sæculi sapientes, propter animi elationem & infidelitatem, in loco æternorum Iudiciorum cruciatum esse.

*Aug. lib. 10. de ciuit. Dei.* Lubet quoq; adscribere locum ex Gabriele Biele, insigni Pontificiorum Theologo, ut ex eo pateat, quām probe Iesuitis, cum proprijs suis Doctoribus conueniat. Is ita scriptum reliquit, in Ser. I. Dom. II. Pereg.

*cap. 28. & 29.* Deo non placere possunt opera cuiuspiam, nisi & ipse actor prius plus placeat. Respxit enim Deus ad Abel, & munera eius. Placent Deo opera nostra, quia primò nos ipsi grati & accepti sumus Deo. Non autem Deo placet homo ad vita æterna confessionem, & meritorum executionem ex puris naturalibus. Sed neq; eius opera, nisi ex gratia gratum facientis inclinatione procedant. Cum hac sententia Gabrieli, quomodo Iesuitarum opinio conueniat, ego non video: ipsi viderint.

Sed Iesuitæ istam opinionem urgunt, vt sic errores de merito Congrui, secundum quod gratiam dari dicunt, tueri, & alijs, ceu rem meritoriam, vendere possint. Sicuti dicere non erubescunt: Hominem infidem vel hæreticum, in peccatis mortuum, suffragijs & Missis suorum, ex damnatione liberari & saluari posse. Hoc dolo fraudeq; hodie Iesuitæ a Gentilibus & eorum hæredibus in India maximas opes corradunt: dum etiam non conuersos & ante aliquot centum annos in artisq; defunctos ipsorum Maiores, suorum meritis saluari posse, comminiscuntur.

Vide Iesuitarum Epistolæ In dicas. Porro si harum impiarum absurditatum ex Iesuitis causas petas, respondent: Sic volunt nostri Doctores: Sic statuit Concilium Tridentinum: Sic vult la Santa chiesa Romana: Sicut etsi Pontifex Romanus. Hæc enim sunt fundamenta quibus Iesuitæ, in extruendis dogmatibus Ecclesiæ

Ecclesiæ vtuntur. Hæc arma, quibus suas opiniones tuentur. Hi arietes, quibus columnam veritatis & S. Patrum testimonia demoluntur.

Neque verò iuuat Iesuitas, quòd in quorundam veterum scriptis, utpote in vtraque Iustini Apologia; in Clementis primo stromatum, & in Epiphanio, consimilia quædam de infidelium operibus inueniunt. *Fribusim*  
Neque enim inficias imus, Epiphanius opinatum esse: quosdam absq; *Iesuita*  
Molis lege, & sine Gratia, lege solùm naturali saluatos esse. Et Clemen- *hanc Epi-*  
tem asseruisse: Philosophiam quosdam Græcos iustificasse: Et, Philoso- *phanij opi-*  
phiā idem Græcis præstis: quod Iudæis Lex præstiterat. Iustinum *nioneē pro*  
verò dixisse: Gentes, quæ sint rectam rationem secutæ ( ut apud Græcos *exhorta-*  
ficerint Socrates & Heraclitus ) factos fuisse Christianos, neque Chri- *tione pu-*  
stum illis ignotum fuisse. Sed isti tanti antiquitatis helluones, non debe- *blica com-*  
bant ignorare, Augustinum & Ambrosium, magna illa duo Ecclesia lu- *mendanit,*  
mina, ex Dei verbo aliter pronunciasse. Quorum auctoritatem, relictis  
illis manifestè impijs, meritò sequi debebant.

Sic etiam Venialia peccata, in quæ quotidiè labimur, leuiora di-  
cunt, quām vt nos propter illa Christus vel odisse, vel repudiare possit  
vel velit: ea hominem neque bonum neque malum reddere, neque bo-  
nis operibus, aut valori reliquorum operum quicquam derogare. Itaq;  
secundum hosce nouos matæologos est aliquid, quòd Decalogo Dei re-  
pugnet, neque tamen sit peccatum. Item: Sunt qui peccent in leges di-  
uinæ: sed tamen iustè à Deo damnari non possunt. Item: Sunt qui le-  
gem Dei transgrediantur: quorum tamen peccata venia digna sunt, de  
quibus non opus sit pœnitentiam agere. *Quandoquidē secundum Che-*  
*rubicum & Angelicum istorum Doctorem Thomam, venialia sunt re-*  
*parabilia, quæ non opus habent pœnitentia: Cūm vel aquæ benedictæ*  
*tactu, vt Thoma: voluit: vel quotidiana Missæ auditione, vel incurua-*  
*tione ad imaginē Mariæ, vt Iesuitæ delirant, expurgari & deleri possint.*  
Verùm nos Christiani omnia peccata legi Dei repugnātia, æterna mor- *1. Joh. 2.*  
te digna confitemur, nisi ab illorum reatu & pena, morte & sanguine  
Christi emundemur: fideq; corda, ijs coinquinata, purificantur. Nam, *Act. 15.*  
auctoribus Mose & Paulo, a Spiritu S. edictis: maledictus est omnis ho- *Deut. 27.*  
mo, qui non seruat omnia, quæ scripta sunt in lege Dei. *Gal. 3.*

Quicquid igitur legi Dei repugnat, maledictioni est obnoxium: *Jacob. 4.*  
quicquid sancte Iesuitæ prætentant, vel obganniant cum Pharisæis, quos *Matt. 5.*  
Christus dudu damnavit, qui nulla peccata per se venia digna esse mon-  
stravit. Ideo Iesuitas cum suis Scotistis & Thomistis, illorumque distin-  
ctionibus

ctionibus impijs & absurdis, ad suos autores, qui sunt, dæmon & petulantia humani ingenij, remittimus. Christum vero per Prophetas & Apostolos nobis loquentem, ut pater præcepit, audimus: Peccata, quantum in hac imbecillitate humana fieri potest, per eius gratiam vitamus, admissorum veniam per Christum precamur, per quem etiam solum nos iustificari & saluari certò credimus. Iesuitæ vero peccata non agnoscentes, cum ab eo suis vaegabundis, in peccatis suis mortalibus interibunt & peribunt, nisi mature seriam poenitentiam egerint.

### 9. De decalogo seu legibus diuinis.

**Vt Regula Iesuitarum** **Q** Via Iesuitæ Antichristi sunt serui, emissi in totum terrarū orbem, per Cardinales & Episcopos Pontificios, vt veram doctrinā à Deo tertia do- per Prophetas & Apostolos traditam, corrum pant & euertant: Ideo pestiferum hoc hominum genus, nihil sani, nihil incorrupti, nihil puri nobis relinquit: sed omnia, ceu pestilens aër, aut morbidum pecus, vitiat, inficit & corruptit, hoc fine, vt fana doctrina tollatur & pontificalia reuocetur, sicq; Germania fidelis Lutheri ministerio à sordibus & iniqui- mentis Papisticis magna ex parte repurgata, pristinis Pontificiorū plus quam Ägyptiacis tenebris denuò inuoluatur, ac Papæ Romani tyrannide subiecti- di subiiciatur. Quia vero istud vi & tyrannide, proditionibus & insidijs, dolis & fraudibus in quibus struendis miri sunt artifices, imò nec gladio ac brachio, vt loquuntur, seculari (quo tamen haec tenus satis mediocriter fuere instructi, nec paucos carnificis manibus obiecerunt) obtinere se non posse animaduertunt: iccireo ad imitationem diaboli, Matth. 4. gladium spiritus, quo d' est Dei verbum, arripiunt, illudq; varijs modis torquent retorquentque, quo illud si non omnino ex cordibus credentium eximere possint, vel saltē, quod diaboli proprium est, depravent & retusum reddant. Neq; enim illum doctrinæ Christianæ artificulum incorruptum relinquent: sicuti cùm haec tenus vidimus, tum ex praesenti de Decalogo loco id amplius manifestum fiet. Quæ ergo sit de Decalogo Iesuitarum sententia, paucis saltē delineabo.

**Vide Cens. Colon. Ie-** Primum sunt inter illos, qui tradunt: non omnia opera vel facta, quæ Legi diuinæ repugnant, esse peccata. 2. Primum concupiscentia Iesitarum, motum carere culpa & pena peccati. 3. Esse nonnulla peccata, quæ lex arguat: sed tamen illa hominem Deo odiosum, vel inacceptum non redere.

dere. 4. Esse quædam, quæ Lege Dei non quidem sint damnata: sed tamen pro atrocioribus peccatis sint habenda, ac si aperte in lege fuissent prohibita: qualia sint peccata in Ecclesiæ Romanæ leges & traditiones sedis Apostaticæ ( Apostolicæ dicere debuisse ) commissa. 5. Legi à renatis perfectè satisfieri posse, sicque per eam hominem iustificari. 6. Christi meritum & obedientiam nihil aliud esse, quam fac hoc & viues. Non enim nisi benè operantibus summam Dei misericordiam benefacere. 7. Legis plenitudinem & adimplectionem esse nostram charitatem, qua etiam homo iustificetur.

Landspergæ minister Iesuitarum Fribusius apertis verbis dixit: *Canisius in Catech. latino, fol. 14.*  
Tam naturale esse Christiano perfectè Legem Dei adimplere, quam na-  
turale sit illi edere, bibere & dormire. *Canisius iustitiam Christianam es. Anno 1584.*  
Se dixit: facere legem, declinare à malo siue peccato, facere officium iu-  
stitia. *In Catech. fol. 25.*

Iesuita Crusius neophytorum Landspergensium *diaconus*, in expli-  
catione Regularum, ab Ignatio Loiola traditarum, sine rubore dixit: *Hæ*  
*sunt noster Decalogus: Si has regulas corde & factis custodierimus, verè iustificabimur,*  
*neg. damnari poterimus. Nam perfectiora & meliora Lege diuina tradunt: nempe*  
*Christi consilia, quæ sunt, votum paupertatis, castitatis & obedientie, quorum lex ig-*  
*nara perfectum vita eterna meritum tradere nequit. Quis autem Christiano-*  
*rum hæc audiens non dicat?*

— Hoc tamen alto

*Christe vides cælo, prob dolor, & patriæ?*

Certè si quis superiora Iesuitarum problemata diligentius expen- *Gall. 3.*  
dat, rei atrocitate motus pronunciabit, ne stygium quidem Plutonem *Rom. 3. 4.*  
tentare audere, quod effrænis Iesuita audet. Illis enim Christum, qui no- *Tit. 3.*  
stra est iustificatio, abnegant & reiiciunt. Nam si nostra charitas est legis *1. Cor. 1.*  
adimplecio, aut nostra opera, nostra sunt iustificatio: frustrà Christus *Ph. 3.*  
conceptus, natus, passus, mortuus, sepultus, exuscitatus, & ad dexteram  
Maiestatis exaltatus est: frustrà Spiritus sanctus inenarrabilibus gemiti-  
bus pro nobis intercedit: Mendaces erunt omnes Prophetæ & Apostoli, *Act. 4. 6.*  
vnanimi consensu ex Spiritus sancti instinctu pronunciantes, nobis non *10.*  
aliunde salutem, quam ex gratuita Dei Patris miseratione per Christum *Esa. 61. 53.*  
Iesum prouenire. Annón ergo Iesuitæ sua doctrina Spiritum sanctum *Matth. 1.*  
blasphemant? Imò totius sacratissimæ Trinitatis misericordiam repu-  
diant! Annón seipso Deum, Christum, & suipius Iesum constituunt?  
Annón Diui Apostoli Pauli ( in tertio cælo in Doctorem creati & *Heb. 9. 14.*)

*Sixt.*) epistolas, maximè verò, quas ad Romanos & Galatas scripsit, damnant? sed hæc blasphemia maior est, quām vt eam vel mens hominis pīj assequi, vel verbis exprimere possit. Nec mihi dubium est, quin hi Romulidae, Coritæ & Abironitæ, nisi maturè resipuerint, cum Pharisaïs, Christum damnantibus, inextinguibilis ignis poenas sint subituri.

Nos contra illorum blasphemias ex Dei verbo confitemur, Legem à Deo esse traditam, vt ex ea agnoscamus peccata nostra: & peccatum esse quicquid cum lege illa Dei pugnat: nec quenquam hominum legi diuinæ, neq; per opera sua exteriora, multò minus per conatum interiorum voluntatis satisfacere posse: neque vllum mortalium per illam iustificari: è quod corrupta natura legi satisfacere nequeat: & solus Christus legis sit consummatio, nostraque iustificatio. Ut ergo Iesuitæ perperam faciunt, *κανονίαις* quadam Iudaica leges Mosaicas & Leuiticas Ceremonias in Ecclesiam Christi inuehentes, eaq; in vsum revocantes, quæ egena & infirma huius mundi elementa à Paulo dicuntur, & à quibus Christus nos redemit: Ita etiam blasphemè & *δυσφίμως* agunt, verum legis vsum tollentes, imò diuinam legem soluentes, & suas traditiones ac nugas Ecclesiaz obtrudentes.

Verùm oportet Iesuitas, Papæ mancipia tanta audacia, qua pro sapientia vtuntur, Ecclesiam Christi inuadere, siquidem volunt esse aliquid: & à suo Deo, qui Papa est, præmia, quæ venantur, hoc est, ampla Collegia, pulchras domos, diuites redditus, & defensionē publicam, consequi cupiunt.

Nos Christiani Iesuitas, eorum traditiones & legis diuinæ abusus, quos introducunt, toto pectore & pleno ore execramur: Decalogum autem ceu perfectam vitæ Christianæ regulam, tota mente, & ambabus, quod dicitur, manibus amplectimur, pædagogum ad Christum agnoscimus, & post iustificationem, Christi Spiritu donati, eidem ex fide obedientiam præstamus. Etenim ex Decalogo, tanquam ex speculo peccatorum fordes agnoscimus. Per legem siquidem agnitus peccati. Neq; tamen in illorum atrocitate, multitudine aut magnitudine desperamus: sed fidei oculos ad agnum illum Dei, qui tollit & auffert peccata mundi, conuertimus, cuius etiam sanguine ab omnibus peccatis nos emundari credimus.

Postea per Christum in gratiam apud cælestem Patrem repositi, ex eadem Lege Dei discimus, cultus Deo placentes, & opera ei grata, in quibus per Spiritus sancti gratiam nobis communicata in, sicut filios lucis decet,

*Gen. 6.8.*

*Prov. 20.*

*Psal. 13.*

*Rom. 3. 11.*

*Gal. 2.*

*1. Cor. 1.*

*Gal. 4.*

*Gal. 4.*

debet, quasi in vijs & scmitis Domini dignè ambulare conamur. Quos si- *Matt. 5.*  
 nes Giezitæ isti, quasi alteri Antinomi & Enthusiastæ vel indoctè igno-  
 rant, vel veteratoriè corrumpunt, vel malitiosè tollunt. Si enim Iesuitæ  
 Decalogum, ceu normam viuendi sibi ob oculos ponerent, non tot ele-  
 ctitia opera introducerent: non tot nouos cultus excogitarent: non tam  
 abominandas idololatrias exercent: nec tot infamibus superstitioni-  
 bus, & tam multiplici hypocrisi notorij essent: sed Deum iuxta ipsius pre- *Ezech. 20.*  
 scriptum colerent, & in legibus eius, ut præcepit, ambularent. Verum *Deut. 12.*  
 quia illud ipsis non videtur esse de pane lucrando, ideo noui isti Pharisaï  
 hominum mandatis, quæ Dei præceptis Ichouam colere malunt. *Matt. 15.*

## 10. De Euangelio.

**S**IVE Euangelij vocem, pro lœto nuncio de Saluatorе nostro Iesu Chri- *Esa. 52.*  
*sto: siue pro historia & Euangelij libro: siue pro quatuor Euangeli- *Luc. 2.**  
*stis: siue pro ministerio Euangelij Apostolis à Christo commissio: siue pro *Marc. vlt.**  
*pœnitentia & remissionis peccatorum concione: siue pro prædicatione *Rom. 16.**  
 de Christo, in quo omnis salus nostra consistit, accipimus: tamen Iesuitæ  
 falsa sua & pontificia doctrina, regulis, votis & novo ordine, pro sua An-  
 tichristiana audacia illud Euangeliū totum nobis eripere conantur.  
 Nam etiam si multa commenta, censuras, disputationes, iudicia, aliosq;  
 tractatus in vulgus disseminant: tamen raro Euangeliū de Christo men-  
 tionem faciunt: aut si quando per imprudentiam vocabulum illud ipsis  
 excidit, idem verbis & distinctionibus ineptis ita depravare, & in aliud,  
 quæ quod est, transformare solent, ut nihil consolationis inde pertur-  
 batæ conscientiae consequi possint. Neq; mirum. Quia enim salutem in  
 lege, vel potius in traditionibus suis querunt, & vitam in hisce habere  
 putant: autumant Sanctuli isti Euangelio non opus esse; ideo securè ei  
 contraria sentiunt & docent.

Quidam etiam illorum, qui optimi videri volunt, tradunt, legem  
 ostendere quidem opera, quæ sint facienda, sed non conferre gratiam,  
 qua opera præcepta facere possimus: Euangeliū verò, præterquam  
 quod talia opera mandet, etiam illorum faciendorum vberem gratiam  
 largiri. Verum enim verò si isti meliora proferre nollent, satius esset & i-  
 psos, cum suis sodalibus, penitus de Euangeliō tacere. Nam eorum falsi-  
 tas à D. Paulo ad Rom. 10. cap. disertis verbis refutatur, sic docente: Mo-

*ses describit iustitiam, quæ est ex Lege: Quod, qui fecerit ea homo, viuet per illa. Cæterum quæ ex fide est iustitia, ea sic loquitur: Quod si confessus fueris ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Et ad Galatas: Iustus ex fide viuet. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea homo, viuet in ipsis. Et iterum ad Romanos. Ei qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Hęc Pauli dicta, si quis cum Iesuitarum doctrina conferat, agnoscat Paulum & Iesuitas magis inter se, quām supremum cœlum & terram dissidere.*

*Abac. 2.  
Gal. 3.  
Rom. 4.*

Sunt præterea ex Iesuitis, tradentes idè Euangelium reuelatum esse, ut consilijs Euangelicis, quæ præstantiora sint, quām opera legis, perficiamur. Id quod est planè nouum orbi Euangelium reuelare. Quod etiam absq; omni dubio nouum aliquod habebit cœlum, diuersum ab illo, quod Christus promisit suis credentibus, quibus peccata non imputantur.

Landspergæ si quando Iesuitis à Papa, Cardinalibus, Episcopis & negotiatoribus illorum, amplæ eleemosynæ, xenia aurea & argentea transmissa offerebantur, dicere solebant: hodie aduenit Lætare: hodie recepimus Euangelium. Cum item Landspergam afferetur nuncium, Electorem & Archiepiscopum Colonensem Truckellum à sede Episcopali expulsum esse, manibus plaudentibus aiebant, hoc est Euangelium, hoc est lætum nuncium. Sic quoties audiunt Lutheranos proditos, captos, incarcерatos aut trucidatos, Euangelium id appellant. Ex quo patet, quis sit vñs vocis Euangelij apud ipsos. Sunt nimirum ~~in~~ <sup>ex</sup> veri de Christo Euangelij ignari, Euangelicorum insuper hostes & avnemur.

Quod si verò paucis dicere velim, quod res est: Iesuitas dico Euangelium de Christo prorsus negare. Nam primā de Christo promissionem in Paradiso promulgatam corrumpunt: dum semini mulieris, quod est *Collegeum Iesuiticum Ingo/stantianum.* Christus, contritionem serpentini capit is adimunt, illamq; Virginis Matris adscribunt, legentes in Biblijs: Illa conteret caput Serpentis. Id quod simpliciter est Christum & Euangelium eius abnegare. Vnde in concionibus suis non Euangelium, nec Christum, sed Tridentini Concilii belli somnia, & mendacia, suos item Diuos & sua idola prædicant. In scholis autem ipsorum non Euangelium per Prophetas & Apostolos prædicatum, sed traditiones humanæ, Regulæ Loiolæ, somnia Thomæ, deliramenta Scoti, commenta Domini secure, nugæ Mammærecti, & si qui sunt

Sunt horum similes minorum Gentium Dij, sonant. Quiverò omnia  
optimi videri volunt, hi vniuersales Euangelij promissiones, particula-  
res & conditionales, aut etiam legales faciunt: Quod in Euangelico co-  
dice scriptum reperiatur: Fac hoc & viues. Ideo etiam Legis & Euangelij  
discrimina in suo Alcorano, seu Tridentini Conciliabuli decretis dam-  
nant: in quibus inter alia afferunt & dicunt: *Quasi verò Euangelium sit nuda  
& absoluta promissio vite eterna, sine conditione obseruationis mandatorum. Qui-*  
*Ioh. 3.*  
bus verbis gratuitas Euangelij promissiones legales singunt. Quid igitur *Rom. 1. 3.*  
multis verbis opus? Omnes illorum traditiones, regulæ, confessiones  
auriculares, satisfactiones operariæ, pœnitentiæ carnificinæ liquido o-  
stendunt, Euangelium Christi de illorum oris ablatum, locoq; eius, ni-  
hil præterquam tyrannicas Papæ leges, in gregem Domini sanguinentes &  
grassantes, substitutas esse. Hunc Satanam mox Dominus conterat sub  
pedibus piorum. *Rom. 16.*

## II. De Christi Regno & Sacerdotio.

**Q**VIA supra demonstratum est, Iesuitas Antichristum Romanum,  
pro Christi vicario, & Ecclesiæ capite efferre: & se totos in illius  
obligium tradere, illiusq; regni seruos facere: ideo iam per se manife-  
stum est, illos Christi & Régnum & Sacerdotium dereliquerit, neq; in  
Christi regno, sed sub Antichristi vexillis militare. Ut tamen amplius  
id omnibus pateat: pauca quoq; de hoc capite dicenda erunt.

Et primò de Regno Christi ex vniuersa sacra Scriptura manife- *Ioh. 18.*  
stum est, illud non de hoc mundo, sed Spirituale esse. Neq; enim corpo-  
ralibus armis, sed passione, morte & resurrectione suos & nostros hostes,  
peccatum, mortem, diabolum & infernum, deuicit, sicq; regnum suum  
occupauit. Quod ipsum quoq; nulla mandana pompa aut potentia, sed  
tantum per verbum & Sacra menta in virtute Spiritus sancti passim in  
mundo administrat, conseruat, propagat. Neq; ea in parte vicaria indi- *Marc. 16.*  
get opera, siquidem ipse præsens adevit & efficaciter operatur, iuxta pro- *Matth. 28.*  
missionem: Ego sum vobis cum omnibus diebus, vsq; ad consumatio-  
nem saeculi.

Ab haec autem forma regni Christi, bone Deus, quam procul ab-  
sunt Iesuitæ? Dum enim in omnibus primatum affectant, atq; fictitia  
sua humilitate dominium in quoquis sibi querunt; quis negabit eos cum *Iudæis*

Iudæis regnum Christi mundanum sibi imaginari, in quo etiam gloriam, opes, honores prætextu pietatis, nō autem hominum salutem quærunt? Formam regiminis si intuitus fueris, longè maius discrimen se aperiet. Neq; enim sceptro Christi recto, hoc est, verbo eius simplici, regnum hoc gubernant; sed sceptro Pontificio, hoc est, excommunicationibus, proscriptionibus, anathematum fulminibus, incarcerationibus, igni, aqua, rota, recte q; isti Antichristi vasalli in Christianos sœuiunt. Adhæc, non Christo, per Legis & Euangelij ministerium, Ecclesiam, spontaneos cultores, sed Satana & Antichristo, visibili illius vicario, per traditiones & leges humanas, Pharisaicum, hypocriticum, coactum, inuitum, seruile hominum genus conscribunt: quibus Papa sicut de Antichristo prædictum est, mundi bona diuidit & distribuit. Bona insuper, quæ Iesuitæ

*Dan. II.*

intra Societatem suam distribuunt, non sunt Spiritualia, sed tantum corporalia, ut pote, vita Italis dicta, pultroneria, hoc est, ociofa & ad nequitiam prona, pilei quadrati in formam crucis confuti, longæ tunicae, caligæ holosericæ, pingues conditiones, delicata fercula, generosa vina, ampla collegia, pulcræ domus, amœni horti, & præsentis commoda vi-tæ. In hac etiam Societate non lex Dei, non præcepta Domini, non Euangelium de Christo: sed regulæ & constitutiones Ignatij Loiolæ dominantur. Hos socios non lex Dei arguit: sed eos cilicia, ieiunia & flagella in obsequio impiorum votorum retinent. Hi socij volunt videri viri Apostolici: & nihilominus cupiunt instar Regum Gentium dominari: Dominium aduersus clerum Domini exercere, omnibus præfere, nemini subesse: Cæsari non dare, quæ sunt Cæsaris: omnia ad Papam referre, eiq; si possibile sit, vniuersum terrarum orbem subiucere. Quorum speluncas Dominus euertet, aut propediem illustri suo aduentu penitus abolebit.

*Heb. 9. 10.*

Quemadmodum verò Iesuitæ Christi regnum, ita etiam æternum ciusdem Sacerdotium, quantum in illis est, abolent. Christus Dominus solus & unicus verus est Novi Testamenti Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. Huius Sacerdotij honorem, nomē, res & officium, Christo de officio suo tantum non deiecto, sibi petulanter sumunt, arrogant & rapiunt. Neq; enim solum Papam suum summum sacerdotem, sed & se sacerdotes esse superbè iactitant. Cum quanto autem sacrilegio id sit coniunctum, paucis demonstrare lubet.

*Heb. 7. 8.*

Christus non vt Aaron, eiusq; filii & successores, Legis fuit minister: sed salutiferam Euangelij doctrinam, quam in cœlis in sinu æterni sui Pa-

fui Patris audiuit, nobis miseric mortalibus in terris reuelauit & annunciatuit. Iesuitæ autem cundem rursus in Legislatorem transformant, *Ioh. i.* qui nescio quam Legem Euangelicam attulerit, sicq; nouis tum præceptis tum consilijs homines onerarit.

Christus, non ut Aaron, arietum & vitulorum sanguinem, primò *Heb. 7.* & pro proprijs, & postea pro populi peccatis, iteratis vicibus sæpè obtulit: *8. & 9. & 10.* sed ut ipse absq; peccato fuit, ita semel pro totius mundi peccatis, sacra- tissimum suum sanguinem obtulit, atq; vna illa oblatione æternam redempcionem inuenit. Iesuitæ autem, omnium peccatorum sceleratissimi, fingunt se quotidie in Missa sua idem sacrificium, licet in cruentum, Deo patri pro peccatis viuorū & mortuorum offerre, quasi vnica Christi oblatio suffisset insufficiens.

Christus, cum in diebus carnis suæ, deprecationes & supplicaciones cum clamore valido & lachrymis obtulisset Patri suo, exauditus, & *Heb. 5.* æternus Aduocatus humani generis in cœlo constitutus est, ut ipsius sa- *Rom. 8.* crificij mrito, quotquot ex vera fide ad ipsum suspirant, exaudiantur, Iesuitæ autem, non tantum infinitam Sanctorum cateruam quasi suc- *Ioh. 1.* centuriatam Christo adiungunt, qui hominum sint Patroni, ipsisq; saluum conducedunt apud cœlestem Patrem impetrant, sed & seipso in cundem censem referunt, sicq; ceu noui Pharisæi, hypocrita, sub pra- textu longarum præcularum, domos viduarum & pupillorum exedunt. *Matt. 23.*

Quia verò Christus non tantum est summus sacerdos, sed & verum, viuum Dei templum, in quo tota plenitudo Deitatis inhabitat corpo- *Ioh. 2.* raliter: ideo & omnes in ipsum credentes spirituales Sacerdotes fecit, qui *Col. 2.* in vero illo & sancto Dei templo, quotidie per Christum sanctas, Deo *Ies. 61.* gratias & acceptas hostias offerunt, non in remissionem suorum pecca- *1. Pet. 2.* torum (id enim Christus vnica oblatione perfecit) sed ut sacrificia laudis *Rom. 13.* & gratiarum actionis, *Psal. 51. Hos. 14. Heb. 13.* Iesuitæ autem, omnes reliquos Christianos, nisi vñcti sint & rasi, pro asinis habent, eos ab hoc spirituali Sacerdotio, ad quod per Christum sunt sanctificati, excludunt, seq; Sacerdotes, non Deum celebrantes, sed Missæ sacrificio placantes, venditant.

Verum quid multis opus est verbis? Quales Iesuitæ sint Sacerdo- tes, sequens Echo non inepte docet.

*Annon Sacerdos est Iesuita?*

Ita.

*Et socij eius boni antistites Phani?*

Vani.

*Quale igitur est eorum Sacerdotium?*

Ocium.

L1

Atqui

Atqui frequentes sunt in Ecclesia.  
Et quotidiè Deo offerunt sacrificia.  
Legem quoq; vrgent formidolose.  
Ac proinde in tollendis vitijs insignes.  
Conciones insuper habent viles.  
Euangelium cum Apostolis proponentes realiter.  
Et tradentes Dei verbum incorruptum.  
In extirpandis heresibus sunt violenti.  
Ex sua parte stantem habentes Paulum.

I. A.  
Vitia.  
Dolose.  
Segnes.  
Futiles.  
Aliter.  
Corruptum.  
Lenti.  
Paulum.

Inde multùm occupati sunt circa bona opera.  
Et in plantanda pietate studiosi.  
Vultum quoq; singere possunt severum.  
Cum primis amantes homines continententes.

Aera.  
O, si.  
Verum.  
Nentes.

Hinc omnes homines eorum mores probarunt.  
Quia diligenter obseruant suas regulas.  
Atq; strenui sunt defensores Papa.  
Eius gratia in periculis constituti.  
Ac propterea merito in Ecclesia sunt primi.  
Sperant enim Principes ipsis multùm profuturos. Ut vros.

Parùm.  
Gulas.  
Papè.  
Tuti.  
Iimi.

Certè tu lesuitas ridès.  
Quales ergo sint vno verbo commonstra.  
Qui homines speciosè fallunt?  
Quid itaq; querunt offentes sua.  
Aut flectentes coram potentibus crura?  
At omnibus se inferuire gratis dicunt.  
Et vix habens panem quotidianum.

Vides.  
Monstra.  
Fallunt.  
Sua.  
Rura.  
Dicunt.  
Ah non.

Quo itaq; solario hi Sacerdotes digni?  
Atqui in hoc mundo amplos habent honores.  
Ergo in inferno merces ipsis est reposita.  
Interim Deus compescat hoc crabronum examen. Amen.

Igni.  
O res.  
Ita.

Sed de horum Sacerdotio fortassis aliâs plura. Hoc tantum nunc  
addo, experientia edoctus, Iesuitarum Sacerdotes Antichristi Roman  
iura

juratos rabulas esse: qui sibi diserti non videntur, nisi omnia tumultu & vociferatione cōcussent: vnde p̄̄postero iudicio, peruerso zelo, studio impietatis, & amore propriæ gloriæ, dolosè, fraudulenter, audacter & temerariè quiduis, vt aliquid esse videantur, conantur. Nam s̄pē audiū illos, Pontificio affectu tantum non furiosos, temerè multa effutare, sine iudicio quælibet taxare & damnare, in absentes, maximè autem bonos & innocentes acerbè inuehi, rectè dicta & facta, aut saltem non malo animo & consilio suscepta, aut instituta sceleratè calumniari. Insuper tanquam insani mīris gestibus clamitant, vociferantur, bacchantur, furuntq; supra modum, & tantum non extra se, omni ferè ratione & sensu destituti, rapiuntur. Qui mos maximè Hispanis & Italìs peculiaris est. Opinantur quoque se omnia esse, se omnia posse, omnia se debere reformatre, sup̄remo se positos loco, sibiq; omnia subiecta: quicquid non est Romanum, quicquid ipsis non arridet, quicquid non applaudit, id anathemati subiiciunt: quicquid verò illis liberaliter offert, cumulate donat, ipsos adorat, id diuinum est, id in cœlos vsq; attollitur, licet alioqui sc̄dissima turpitudine inquinatum sit.

His artibus & simulatione zeli admodum scelesti, p̄ij magno cum detrimēto Ecclesiarum experientur, Principum, Nobilium & aliorum, p̄fertim quorum iudicia à teneris non fuerunt ad veram rerum cognitionem assuefacta, animos seduci, & in cimmerijs Pontificij regni tenebris detineri. Nam Iesuitæ ad has artes exercendas sunt aptissimi, vt pote auctoritate Pontificia & hypocrisi subdola circundati, qua venenum suum teterrimum ad alios, p̄fertim simpliciores aut μελαιζοτας ac inconstantes venditare possint. Fingunt quidem zelum: sed reuera eiusmodi, qui foris appetet diuinus, intus vero furor est similis Medeæ dilaerantis infantem, & Neronis exclamantis, ημος Σανστρο πανα μηνιν των. Vnde etiam Satanicō odio in Euangelicos accensi, optimè apud eos ædificata, rectè instituta, & p̄ie ordinata, turbant, destruunt, cuertunt: Aniquorum pietatem p̄texentes.

Tales Suitas, vel monstra otius, cùm hæc nostra ætas in Germania magna copia proferat, meritò omnes in officijs pietatis diligentiores esse, peccata nostra, contemptum verbi & ministrorum Dei agnoscerre, & cauere debebamus, ne pristinis Papisticis tenebris rursus inuolueremur. Missas ergo faciamus Iesuiticorum Sacerdotum Missas, non cum illisiugum trahamus, nec eos in scholas, templæ vel domos nostras recipiamus: sed pios & fidos Christi ministros audiamus, in Euangelij veritate

tate acquiescamus, atq; in uicem, quod Iohannes monet, nos diligamus: si veri Christi æterni sacerdotis discipuli esse voluerimus.

Sed omissis hisce Seucerdotibus, ad alia transeamus, si tamen eos priùs monuero de dicto Iesuitæ Iohannis Augustani, cui ego fidem habeo: Nos (dicebat) numerus sumus, & prob dolor, nostri Sacerdotes, quantitate, non qualitate, augentur: quæ res etiam nostrum statum dissipabit.

## 12. De Iustificatione hominis.

**I**ESVITAS Christi Euangelium repudiare, suprà demonstratum est, sed idem etiam præsens locus abundè testabitur: de quo non minus quam de reliquis præcipuis fidei Christianæ articulis, multa absurdæ & impia tradunt.

Nam quidam illorum negant, verbum Iustificare esse verbum forensic, seu idem significare, quod absoluì à peccatis & iustum pronuncia- ri. Verùm horum inscitiam & ignorantiam hebraica phrasis, qua per iu- stificare idem quod pro tribunali iudicare & absoluere denotatur, refu- tat. Sicut etiam Paulus in Epistola ad Romanos iustificationis verbo in hac significatione vtitur: & ab Hebreis opponitur verbo condemnare. Ita vt iustificare sit, iustum pronunciare, seu absoluere, sicut Deut. 25. Ies. 5. Rom. 2. 8. 4. & alijs in locis est videre. Verùm Iesuitæ D. Paulum inter- pretem non ferunt. Quomodo enim suorum operum iustitiam tueren- tur, si iustificari ipsis idem esset, quod gratis absoluì? Vbi item manerent Scholasticæ morum formulæ: quibus dicunt, iustificatum eum esse, qui iustitia habitum, infusas nouas qualitates, & virtutes in se habeat, & sic proprio habitu, & præparationis motu ad gratiam sit iustus? Iustum c- nim dici hominem ratione infusarum qualitatum & virtutum propria- rum, non autem aliena vel imputativa Christii iustitia, quæ sola fide ap- prehenditur, & gratis absque dignitate priorum operum donatur.

*Rom. 4.* Cùm igitur hæc iustitia, propter Christum gratis imputata, sit Iesuitis, contra omnem Aristotelicam, Thomisticam, Scholasticam, Scholasti- cam, Romanam & Tridentinam Theologiam, nequaquam ipsis ferenda.

*Psal. 32.* est: sicut integrum Euangelium & vniuersa sacra Scriptura affirmet: nos

*Ad Rom.* iustitia fidei imputata, gratis, absq; operibus Legis, in, per & propter

*Ad Gal.* 22. 15. Christum fide iustificari, id est, remissionem peccatorum accipere & sal-

*Habac. 2.* uari. Et quidem fide, non quatenus ea est opus, seu qualitas: sed quatenus est spiri-

*Gen. 3. 12.*

*22. 15.*

*Psal. 32.*

est spiritualis, quasi manus Christum propitiatorem apprehendens, si-  
biq; Christi beneficia applicans. Ieiuitæ verò iusti esse volunt proprijs  
motibus, & quidem concupiscentiæ puræ, & qualitatibus infusis, legali  
iustitia, cui tamen nunquam satisfaciunt, & iustitia consiliaria, vel con- *Rom. 3.*  
siliorum operibus, quæ Euanglio affingunt, qualia sunt votorum, ca- *Psal. 14.*  
stitatis, paupertatis, obedientiæ: opera item factitia & supererogationis  
acta, quæ Paulus si viueret oniβαλα, Esaias pannum menstruatæ, vel et- *Phil. 3.*  
iam Satanicæ fordes, dicerent. *Iesa. 64.*

Cæterū ad confirmationem suæ sententiæ proprios suos prophe-  
tas producunt: qui sunt Iesuita Emanuel Grammaticus: Aristoteles *Eth. 5.*  
nicus, & consimilis farinæ homines. Hi iustitiam definiunt suis habitu-  
bus, quibus etiam magis, quam Christo ipsi & Apostolis in hoc articulo  
credendum putant. Nos autem Spiritum sanctum audimus: nos Paulo  
credimus: eò quod hos nequaquam, illos autem turpiter in hoc myste-  
rio errasse sat certò sciamus. Ii Christianam iustitiam, à Philosophica di-  
stinxerunt: neque illam habitibus infusis, aut qualitatibus in harenti-  
bus, sed gratuita misericordia Dei, absq; operibus, sola fide in Christum  
definiuerunt. Iustum enim seu iustificatum dicunt cum, qui est gratis à  
peccatis absolutus, Deo Patri reconciliatus, in gratiam receptus, sanguine  
Christi emundatus, & fide purificatus, vt ex *Psal. 32.* & in Epistolis Pauli  
ad *Rom.* & *Gal.* est videre. Hac iustitia imputatiua, seu correlatiua, propter  
Christum nobis donata, nos saluari, Iesuitas verò cum suis concu-  
piscentiæ motibus, proprijs virtutum actionibus, seu qualitatibus ( vt  
cum illis loquar ) iustitia iudicando & in orcum damnando credimus.  
Sicuti Phariseo illo accidit, qui & ipse, vt Ieiuitæ, non gratis, sed suis o- *Luc. 18.*  
peribus iustum esse volebat: sed non iustificatus in domum suam descen-  
debat.

Alij Iesuitarum eum iustum esse definiunt, qui ita iuste agat, vt ei  
motus physicus beneficiandi ad iustitiam sit inditus. Quod certè nihil  
aliud est, quam dicere: hominem propter naturalem suam dignitatem,  
qualitates & virtutes, quibus naturæ instinctu, se ad iustitiæ actus & iuste  
agendum præparat, iustum & beatum esse. Hi ergo non à penitentia seu  
conuersione ad Christum, aut à contritione & peccatorum dolore, ne-  
que à fide, qua se post peccatorum agnitionem rursus erigant, suum ius-  
tificandi actum inchoant: sed iam ante, propria virtute, vi & valore na-  
turali tales esse volunt. Voluntas ipsis est causa iustificationis efficiens,  
sine gratia seipsum ad gratiam præparans, & iuste ex se agens.

At sacra Scriptura nobis longè diuersum commonstrat. Causam enim efficientem nostræ iustificationis, solam & vnam sanctam & adorandam Trinitatem esse affirmat. A Patre enim qui in cœlis est, tanquam ex fonte & originali causa, iustificationis nostræ initium profluit: dum filium suum ~~quos~~ nobis gratis donat. A filio verò coetero, qui propter nostram salutem homo factus est, faciendo & patiendo precium redemptionis nostræ persoluit, iustificatio nostri est acquisita. A Spiritu autem sancto ex gratia fides donatur, qua Christum Mediatorem & Reconciliatorem agnoscimus & apprehendimus. Dum ergo homo ab Evangelio institutus, ex fide prouocat à throno seueræ iustitiae diuinæ, ad thronum gratiæ, propter interueniens meritum sanguinis Christi, gratiæ iustificatur, hoc est, Deus Pater, peccatorem, qui iam sustinuit iustam sententiam Legis, per & propter Christum restituit, & absoluit à reatu & sententia damnationis, imputata ipso per fidem iustitia filij sui Mediatores.

- Eph. 2.* Itaq; non homo vel eius dignitas, virtus aut qualitas, sed mera ~~q̄mār̄p̄~~  
*Tit. 2.3.* & *χειρότης* Dei in genus humanum, iam propter peccatum damnum, nos iustos facit. Et hoc est, quod Propheta dicit: Iehoua est iustitia nostra. Cuius iustificationis forma in nobis nō est ipsa fides, vel caritas, aut illa qualitas mortalium: sed sola peccatorū remissio propter Christum,  
*Ier. 23.* qui nobis à Deo Patre iustitia, sanctificatio & redemptio factus est.

- 1. Cor. 1.* Alij Iesuitarum tradunt hominem iustificari facilimè, si mundum deserat: hoc est, illorum sensu, si religiosus fiat, & ordinem aliquem Monachorum, vel Societatem falsò se titulo I E S U iactantem ingrediatur: si votis suscepitis, quotidiè se mortificet, vt ipso loquuntur: id est, interpretibus Iesuitis, disciplinas subeat Ecclesiæ Romanæ consuetas, quales sunt: nocturno tempore seipsum virgis cædere, seipsum ad sanguinem usque flagellare, cilicijs carnem macerare, ieunijs vires corporis opprimere, & reliquas penitentias ac satisfactiones sibi à Superiori vel Confessario impositas perficere. Ad hanc sanctitatem & iustitiam, secundum illos, multum conferit peculiaris habitus & vestitus, videlicet pilei quadrati, oblongæ tunice, zona pilosæ, esse rasum & chrismatum. Hoc habitu si quis sepieliatur, eius corpus Deo gratum, à dæmoniorum insultibus liberum, & S. Angelorum custodia munitum esse tradunt: sicuti Iesuitas in suorum exequijs nugantes ipse audiui. At si hoc verum esset, non rectè diceretur: iustitia gratuita, iustitia imputativa, iustitia Christi, aut iustitia Christiana, sed secundum illos denominanda esset, iustitia habitualis, iustitia pileata, iustitia cilicina, iustitia flagellarja, iustitia tunicata.

nicata, iustitia cinctuta, iustitia rasa, iustitia chrismata, iustitia cucullata,  
& nescio quibus nominibus appellanda.

Debebant autem Iesuitæ ipsi explicare, quomodo hanc suam de iustitia doctrinam intellectam vellent. Inde enim manifestum foret, quām contumeliosa illa esset in filium Dei & eius meritum. Nos tamen ne bonos illos viros nimiū irriteremus, quām cōmodissimē poterimus, interpretabimur. Existimamus ergo ipsos, istos ordines & disciplinas Ecclesiasticas ponere ceu causam instrumentalem, qua veram iustitiam sibi ipsis applicent. At hæc etiam lenissima interpretatio nullius est momenti. Christiana enim religio tantum duo media seu causas instrumentales iustificationis tradit. Vnam respectu Dei, ministerium scilicet verbi & Sacramentorum, per Christum institutorum, per quæ de Redemptoris merito & instituimur & illud nobis offertur. Et sic testatur Scriptura, nos mundari lauacro aquæ in verbo. Alteram respectu nostri, fidem, qua Christi beneficia oblata grata manu excipimus, & nobis propria facimus. Atque sic teste Scriptura fide iustificamur. Dum ergo Iesuitæ extra verbum Dei causam & media iustificationis suæ constituunt, *Eph. 5.* sua opera & qualitates inherentes, quas Paulus in cora dicit: dicimus *Luc. 18.* nos cum Prophetis, illos opus manuum suarum adorare, confidere in *Phil. 3.* semetipsis, & Dei iustitiam abnegare.

Alij, ut Gregorius de Valentia, acriter contendunt, nos non gratis iustificari, quia exclusua, Sola, non sit in sacra Scriptura, neq; apud orthodoxos Patres. Sed dicit is hæc veritate Hispanica, quæ Germanis in eiusmodi rebus, est mendacium. Nam licet particula SOLA ad verbum seu secundum literas in S. Scriptura non legatur: tamen æquipollentes habemus dictiones: quales sunt *Luc. 8.* Solùm crede: & *Gal. 2.* Nō nisi per fidē. Quid autem sunt Solùm, Tantùm & Non nisi, quām sola fide? His cognata sunt: Nemo venit ad Patrē nisi per M E: & particula: Gratis, per *Ioh. 14.* gratiam, absque operibus, Fide, fiducia Mediatoris, &c. Neq; Lutherus, *Rom. 3.* vi falsò pro concionibus dixit Landspergæ Iesuita Lutzius, Ecclesia impiam & blasphemā, vtor illius verbis, exclusuam, SOLA, obtrusit: sed piè & orthodoxè eadem particula, in iustificationis articulo vñ sunt, sancti Patres. Ambrosius ad *Rom. 3.* SOLA fide iustificati dono Dei. Et Augustinus in *Psalm. 88.* Et quia SOLA fides Christi mundat. Basilius. SOLA autem fide in Christum iustificatum. Chrysost. Qui SOLA FIDE nititur, is benedictus est. Sed hi Patres, imò Paulus & ipse Christus, dum docent hominem sola fide iustificari, istis fraterculis hæretici sunt, & Doctores aperte *Esa. 42.63.* ridentes

Nazian- rientes fenestras ad perpetrandā peccata. Interim autem non attendunt,  
zenus: pō- se esse sacrilegos, qui Christo honorem redēptionis suffurentur, sibiq;  
vov rō wī- gloriā Mediatoris rapiant, quiq; fiduciam in Christum perterritis cō-  
s̄ & su nos scientijs auferentes, eas dubitationi inuoluant & ad infernalem ignem  
iustificat. promoueant: dum suas Missas, opera & regulas, pro salutis meritis ven-  
dunt.

Alij Iesuitarum dicunt nostram iustificationem seu iustitiam, qua  
coram Deo consistere possimus, esse fidem, caritatem & reliqua opera si-  
mul. Hominem enim neq; fide sola, neq; solis operibus, sed fide & ope-  
ribus coniunctim, coram Deo iustum esse. Verū Iesuitæ nostri, acuti &  
valdè ingeniosi Philosophi, seu potius astuti Sophistæ, hanc suam falla-  
ciam secundum non causam vt causam, in dōctos, vt loquuntur, & rudes  
Lutheranos, latere putant. In quo tamen multū errant. Neq; enim Dei  
beneficio iam ea est seculi nostri ruditas, vt cępās & fallacias illas videre  
non possit. Nostrī ergo non docēt: Fidem iustificare quatenus est opus,  
sed quatenus Mediatorem Iesum Christum apprehendit: neq; propter  
opera, quibus vera & viua fides declaratur, sed in, per & propter Chri-  
stum (qui solus nostræ iustitiae & principium, medium & finis) eligi-  
mur, antequam quicquam bonorum operum facere possimus, sicq; gra-  
tis iustificamur. Ac licet iustificati (sicut filios lucis decet) bona opera fa-  
cere debeamus: ea tamen, vt Augustinus ait: sequuntur iustificatum: non pra-  
cedunt iustificandum. Sed bellī nostri Iesuitæ, totius Philosophiæ candla-  
bra, inter causam & effectū distinguere nesciunt: aut si sciunt, veritatem  
tamen, pœna Papę deterriti, profiteri nolunt: sicq; iuris & damnati in suis  
stercoribus & menstruatis pannis, id est, in suo habitu, cucullis, rasuris,  
Missis, libero arbitrio, proprijs viribus, virtutibus, meritis, regulis, flagel-  
lis, cilicijs, studijs, operibus, laboribus, ordinibus, dignitatibus, peregrin-  
ationibus & votis miserè suffocantur & percunt. Neq; enim per ea co-  
ram iudicio & tribunalī Dei consistere, aut à culpa & pœna peccatorum  
absolui possunt: sed in, cum, per, & propter illa electitia sua opera, quæ  
illorum Dij sunt factitij, accusantur, iudicantur & damnantur. Ratio est  
manifesta: quia Christi meritum proculcant: quia illa opera sunt mala,  
sine fide, sine verbo, sine mandato Dei edita, & proinde, vt infidelium  
opera æternæ condemnationi obnoxia: quicquid tandem Iesuitæ de sua-  
rum regularum perfectione, de disciplinarum valore, de votorum meri-  
tis, de supererogationum operibus, de caritate inharente, de habitu per  
caritatem elicito, & alijs huiusmodi nugacissimis nugis nugentur.

Huc

*Apoc. 1.*  
*1. Cor. 1.*  
*Eph. 1.*  
*Rom. 9.*  
*Matt. 5.*

*Ph. 3.*

Huc etiam pertinent hereticæ illorum conclusiones, quibus dicunt, iustificationem esse Dei virtutem, qua vnicuique tribuat secundum id, quo quisque dignus est. Christum misericordiam dare, seruatis Legem, vitam. Iustificari idem esse, quod renouari & virtutibus augeri. Iustificari idem esse, quod habere virtutes per Christi passiones infusas, nouas vires, opera ex caritate profecta. Non gratis dari iustitiam, sed promerendam. Christum nihil aliud sua passione effecisse, quam ut iam possimus proprijs operibus vitam & iustitiam promereri, & hanc iustitiam priori esse perfectiorem: hoc est, Christum iuxta vetus commentum Scholasticorum, tantum primam gratiam promeruisse, quam nobis infusa, ipsi salutem aeternam mereri possumus. Et hoc meritum, gratia illi longe preferendum. Hominem se debere ad gratiam preparare. Fidem tantum monstrare iustificationem, opera illam consequi. Neminem iustificari iustitia extra se posita: sicut & nemo aliena vita viuat. Dicere hominem fide iustificari, perinde esse, ac si quis dicat: (horresco referens) asinum sua natura asinina, esse hominem, quia fides fidelem, iustum autem iustitia faciat.

Et quid multis opus? Paucis nos expedire possumus, ut summam impietatis ipsorum habeamus. Crux Iesuita Landsperg in regularium suarum explicatione aperte dixit: *Nostra iustificatio est nostrarum regularum obseruatio.*

Quia autem nemo Christianorum ignorat, illa omnia non à Christo, neque à Prophetis aut Apostolis: sed à Philosophastris Iesuitis, Satanæ seruis, & Antichristi mancipijs profecta, insuper pleraque illa aperte in Christi meritum blasphema, atque omnibus fidei articulis *en diauerterps* contraria esse: Ideo ea rejecimus, & execramur: scientes nos sola fide in Christum, absque operibus Legis, à Deo patre gratis iustificari, absolvi & salvare.

### 13. De fide Iesuitica.

**F**ides Christiana firmissime assentitur verbo Dei. Fides seu manus Christum cum omnibus suis beneficijs tenacissime apprehendit. Fides firma fiducia secure acquiescit in Deo propter Mediatorem propitiatio. Fides hominis conscientiam in veris pauoribus erigit. Fides vitam & latitudinem in Deo sentit. Fides *μετα πρόσωπος* ad Deum accedit & eum invocat.

*Esa. 26.* vocat: Fides pacem Christi in corde habet. Fides iustificat. Fides hominem in ærumnis erigit & consolatur. Fides certa fiducia oblatum Dei munus, ceu mendica manus gratam eleemosynam, hilaris accipit. Fides Christum totum suum esse certò statuit. Fides sine *διαγνώσιᾳ*, dubitatione & diffidentia Deum adorat, & perseverando vincit. Fides ea, que non videt, sed in verbo Dei promissa habet, certissimè & firmissimè credit, & se certum facit de misericordia Dei. Et quis fidei dona & effectus, quos habet illustres, operante eam Spiritu sancto, omnes recenseat?

*Heb. 11.* Quò autem ea præclarior & excellentius Dei donum est: cōgrauis peccant *διατιστοι* & infideles Iesuitæ, illud aspernantes, ridentes, calumniantes & proculcantes. Nam quidam dicunt, fidem prouenire non ex auditu verbi Dei, sed esse virtutem & qualitatem hominibus infusam.

*Rom. 10.* Quorum vanitatem Paulus arguit, docēs fidem esse ex auditu verbi Dei:

*2. Thess. 3.* & esse donum Dei, non omnium, sed eorum, quibus à Spiritu sancto do-

*Rom. 12.* natur.

Quidam, vt Iesuita Lützius, fidem Lutheranam, id est, Euangeli-  
cam seu Christianam, vocat fenestram & ianuam, ad scelera perpetrandam.  
Nos verò illam fiduciam & motum cordis accensum per Spiritum sanctum, innitentem gratiæ Christi, cuius merito saluamur, dicimus: quæ  
fides non est mortua, sed viua: & per bona opera frugifera, bona & ef-  
ficax.

*Jacob. 1.* Quidam, vt Colonenses Iesuitæ, fidem nihil aliud esse dicunt,  
quam credere omnia vera esse, quæ Deus in verbo suo docet. Quam qui-  
dè fidē historicam & nudā noticiam, nos à vera fide non excludimus, sed  
candem ad salutem sufficientem esse negamus. Alioquin enim & démo-  
nes & Iudas proditor, qui habuerunt noticiam historiæ de Christo sal-  
uarentur. Requirimus autem ad fidem veram, fiduciam, qua credimus  
Christum esse nostrum Salvatorem: nec in nuda historia acquiescimus;  
sed promissionibus diuinis assentimur, easq; ad nos pertinere absq; du-  
bitatione, credimus. Contrà verò dæmones, & Ischariothæ fratres Iesuitæ,  
ad Christi noticiam contremiscunt, carentes illa fiducia, qua ad Chri-  
stum accedere & in illo acquiescere nos necesse est, si pacem consciencię  
habere velimus.

*Heb. 11.* Iesuita Canisius, in suo minori & maiori Catechismo, fidem fidu-  
ciam esse negat. Sed refutat eum Paulus, veræ fidei robur, hypostasin,  
confidentiam, πληροείαν & περπάντιαν, tribuens.

Ingolstadiensis Iesuitas hoc affirmare audiui, fidei obiectum, non  
tantum

tantum esse Deum, & omne Dei verbum: verum etiam decreta Papæ, & traditiones Patrum, cui non minori assensu, quam Dei mandatis & promissis adhaerere & acquiescere debeamus. Sed vanitas eorum opinionis manifestatur in eo, quod contra mentem Pauli Apostoli, fidem ab auditu verbi divini certi, ad traditiones inutiles & futilles pertrahunt, & veram fidem limitibus Scripturæ sanctæ circumscriptam, in opinionem vagam transmutant. Cum tamen fides vera tantum Dei verbo, tanquam fundamento certo nitatur. Vbi igitur sunt traditiones humanæ, & verbum Dei exultat, ibi non est fides, sed opinio, imaginatio fallax, & vana superstitione: vt sit inter Iesuitas, qui se perfectos esse, aut certè perfectos reddi credunt, obseruatione regularum Ignatij Loiolæ, & votorum suorum. Haec & alia sunt illorū Deus, cuius merito nituntur: quem vera fides, cœu abominandum idolum auersatur, vt quæ solo Christo Gal. 2. contenta viuat, & contra dubitationem, prauos concupiscentiæ motus, Eph. 3. tentationesq; varias ad Abrahami & Iacobi exemplum luctetur, nec Rom. 4. quiescat, donec benedictionem & salutem à Filio Dei consequatur.

Quidam fidem omnino tollunt, sicuti Romæ, Iesuitarum controversiam (sic enim vocant Professorem, qui controversias tractat) dicentem audiui: Fiduciam Lutheranorum esse plus quam Luciferianam superbiam, & diabolicam præsumptionē. Is in locum fidei furiosè substituebat dubitationem, afferens: non certò credendum esse, an simus in gratia, an habeamus remissionē peccatorum, an simus iusti coram Deo.

Quorum recordatione reuera mens mea horret. Quid enim istud aliud est, quam Christum ipsiusq; meritum extenuare aut etiam penitus tollere? Deum, impacta ei alapa, mendacijs arguere? Deum non esse fervantein promissionum vociferari? Quorum blasphemias detestandas, promissio, potentia, misericordia, iuramentum Dei, Christi meritum, Euangelij ministerium, vsus Sacramentorum, Dei mandata, vt filium eius audiamus, consolationes à Christo traditæ, Spiritus sanctus arrhabo & obsignatio, adoptio in filios Dei, fiducia & animositas sanctorū, quotidiana piorum lucta, reprehensio dubitationis aliquoties in Euanglio repetita, piorum gemitus & precatio, desiderium vitæ æternæ, discrimin Legis & Euangelij, & vt brevibus omnia comprehendam, Christus cum uniuerso suo merito, beneficijs & tota Euangelij doctrina, satis refutant. Siquidem ista omnia vana & mendacia essent, si dubitandum foret de Dei gratia & bonitate; aut de nostra iustitia, vita & salute in Christo. Quin ergo audiantisti suum Bernhardum, dicentem: Tria considero, in quibus tq.

Bernh. in his tota spes mea consistit: caritatem adoptionis, veritatem premissionis & potestam. Ser. de tem redditionis. Murmuret iam quantum voluerit inspiens cogitatio mea (vel Ie-  
septem pa- suita infidelis) dicens: Quis est tu, aut quanta est illa gloria, quibus sumus meritis hanc te-  
nibus obtinere speras. Et ego fiducialiter respondeo: Scio cui credidi, & certus sum, quia in  
caritate nimia adoptauit me: quia vera est in promissione: quia potens in exhibitu-  
ne. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem nobis est patria nostra in hunc  
cacerem vsq[ue] dimissum firmiter obsecro teneamus, ut ipse nos subleuet, ipse nos tra-  
bat, vsq[ue] ad conspectum gloriae regni Dei. Hæc ille olim: quæ si hodie viuens  
inter Iesuitas doceret, absq[ue] dubio vulcano commendaretur.

Quidam Iesuitæ, sicuti & Ziegler meus popularis, fidem nobis in-  
natam, & naturaliter insitam tradidit: quod scholastici dicunt, qualita-  
tem inhærentem & habitum infusum. Hæc illi absq[ue] armaz; licet aliâs  
hæc inter se pugnant, infundi & adhærere, aut esse de substantia seu na-  
turâ insitum, & extrinsecus inditum. Vtriusque tamen parem falsitatem  
destruit Paulus, vocans Fidem Dei donum, nō opus nostrum, aut natu-  
ralem virtutem. Est enim fides non omnium, non materiale quiddam,  
sed effectus Spiritus S. per Dei verbum in nobis excitatus. Itaq[ue]; fides non  
est Enthusiastica aut scholastica infusio, vt Esauitæ fingunt: sed datur  
nobis per auditum Euangelij de Christo, & confirmatur per ysum Sa-  
cramentorum, sicut Christus & Paulus docent. Hæc fides ex fontibus Is-  
raëlis hausta hos parit effectus, vt eleganter Spalatinus cecinit.

*Sola fides hominem cœlesti donat honore:*

*Sola Deoq[ue] potest conciliare fides.*

*Sola fides hominem peccato liberat omni:*

*Sola fides mortem, diragata premit.*

*Sola fides Christi fratres, sociosq[ue], potentes*

*Efficit, & cœlus inserit una fides.*

*Sola fides animos tetrico morore iacentes*

*Erigit, & miseris pectora leta facit.*

*Sola fides Satanam subigit, stygiasq[ue], paludes:*

*Clanibus his soli sydera celsa patent.*

*Sola fides viuis, morientibus omnia donat,*

*Omnia sola fides, Te Duce Christe, potest.*

Manet ergo conclusio Pauli immota & vera: Fide homo iustifica-  
tur. Sicut etiam Ambrosius piè inquit: Non hi sunt iusti, qui Legem audiunt:  
sed qui credunt in Christum, quem Lex promisit. Hi faciunt Legem. Verum hæc  
sunt Iesuitis Lutherana, hæretica & comburenda; sunt præsumptuosa  
& super-

& superba. Ut tamen sciant se verba sine spiritu & veritate fundere, Augustinum audiant dicentem: *Audebo ergo dicere, quoniam Sanctus sum? Si san-* In Psal. 84.  
*ctus, tanquam sanctificans, & nullo sanctificantē indigens, superbus & mendax sum.*  
*Si autem Sanctus sanctificatus, dicat vnu quisq[ue] fidelium, Sanctus sum. Non est ista su-*  
*perbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te sanctum esse ex te, superbus es.*  
*Rursus fidelis in Christo, & membrum Christi: Si te non dixeris esse sanctum, ingratus es. Itaq[ue] nec superbus sis, nec ingratus.* Si Augustinus hæc in conciliabulo Tridentino contra dubitationem dixisset: procul dubio excommunicatus, & pro heretico habitus fuisset. Nam secundum istud, & Iesuitarum somnia, semper est dubitandum: eò quod dubitatio assit nobis naturaliter. Quam dubitationem naturalem, sicuti etiam motus conscientia naturales, bonam esse dicunt. Ita ut licet naturalia illa sint corrupta, & peccata, qua Lex arguat: *nihilominus tamen Iesuitis sint virtutis actiones, & humilitatis* ~~modestia~~.

Alij Iesuitarum, veram fidem etiam impijs inesse & in ijs manere, dicunt. Sicut etiam Turrianus contra Sadéelem, impios vera & viua Ecclesiæ membra esse asserit. Cur illud? quia negant fidem iustificare. Id ut eò facilius obtineant, oportet illos affirmare, quod etiam fides sit impiorum ac ~~impiorum~~, licet sit absurdissimum. Sed diuus Paulus corum vanitatem in Epistolis ad Romanos & Galatas copiosè refutans, docet hominem fide iustificari, & iustum fides sua viuere. Non credentem verò in sua ~~consensu~~ damnari, eò quod Deum, ut Christus ait, in promissis suis Ioh. 3. mendacem faciat.

Alij formam fidei dicunt esse Caritatem: sed quanta cum absurditate id faciant, nemo ignorat. Etenim non caritas fidem, sed hæc illam informat. Nisi enim adsit fides, caritas non est syncera, sed fucata: Et caritas effectus est potius fidei, quam forma fidei. Fides ergo apprehendens Iesum Christum formata est, absq[ue] quo fides non est vera. Dum autem Iesuitæ Antichristo seruiunt, sit ut & vera fide in Christum & syncera caritate Dei ac proximi destituti, deformes, cum stultis illis virginibus, miserè damnentur.

Alij dicunt, fidem catholicam niti Ecclesiæ Romane decretis, & sedis illius Apostaticæ placitis. Verum Paulus docet fidem, neque legibus Decalogi, neque alijs traditionibus, sed solo Christi merito niti, in Rom. 4.10. quo etiam, quasi in suo centro, quiescit, & pace Christi fruitur. Dum autem Epis. 3. Iesuitæ hoc negant, Paulum extra Ecclesiam ejiciunt. Sicut Iesuita, Phil. 3. aut potius Antipaulinus Fabricius Romæ dixit: *Satius est Ecclesiæ Romane,*

epistolas Pauli extra Ecclesiam eiicere, quām cum sedis Apostolice detrimento eius epistolā legere. Consimiliter Iesuita Pietro Hispanus persuasit Rectori no-  
uitorum Landspergensium, vt sub flagelli poena interdixerit omnibus  
lectione Epistolæ Pauli ad Romanos. Sic namque dixit: *Illi, ad quos scri-  
psit, sunt mortui. Præterea non agit de legibus moralibus, vel Pontificis & Romana Ec-  
clesia traditionibus: sed tantum agit contra Iudeos, quos legibus, hoc est, ceremonia-  
rum & forensium legum operibus, iustificari negat. Quæ quām vera sint, omnes  
nouerunt, qui modò primis, quod dicitur, labris dictam D. Pauli Epi-  
stolam degustarunt. Notum enim est, Paulum omnium hominum ope-  
ra & merita, omnes leges, Decalogum, ceremoniales & forenses, à causa  
efficiente iustificationis remouere. Eò quod lex sit spiritualis, nos au-  
tem carnales: qui non intelligamus, quæ sunt Spiritus, nedum ut illa, in  
tanta naturæ corruptione, perfectè facere, sicut legem Dei implere pos-  
simus.*

Rom. 7.

Alij dicunt, fidem nihil aliud esse, quām præparationem quandam  
ad iustificationem. Et opera fidei, dare fidei vitam. Argutè certe. Neque  
enim hoc aliud est, quām si quis diceret: effectum esse causam operantis.

Alij dicunt, fidere idem esse, quod sperare, cuius dubius sit even-  
tus. Itaq; cùm David ait: In te Domine speravi: aut in Domino confido:  
idem ipsi est, ac si dixisset: Dubito de Dei erga me voluntate. Aut quan-  
do Christus ait: Confide fili; idem valet ipsi, ac si diceretur, dubita, noli  
credere, noli confidere. Quis autem vñquam Sophistarum contraria ita  
absurdè inter se coniunxit? aut quis contradictionia eadem esse dixit? sed  
nō est tam impudens Papæ mendaciū, quod Iesuitæ nō aliquo fuco orna-  
re conentur, aut etiam verum dicere ausint. Illorum enim proprium est,  
iustificare impium, & damnare innocentem. Quæ tamen omnia in eum  
finem faciunt, ut opera sua alijs vendere possint. Hinc fit, ut laudent ve-  
nales, quas volunt extrudere, merces. Quas retinere cogarentur, si istam  
suam Academicam dubitationem abijcerent.

Gal. 2.

Alij tradunt, hominem spiritualem suam vitam neq; ex fide, neq;  
ex Christi merito, sed per opera habere. Verum hi Paulo in os contradic-  
tunt affirmant: non iam ego amplius, sed Christus in me vivit: & vitam  
quam nunc viuo in carne, viuo per fidem filij Dei. Quin negant nos in  
Christo viuere, & Christum omnium esse vitam.

Alij fidem omnino à iustificatione tollunt, & in locum eius subor-  
dinant spem & charitatem, &c. quod fides tantum generalia, dictæ vero  
virtutes specialia comprehendunt. Sed quid dicant, ignorant. Neque e-  
nim

nim generalis vel historica fides, qua homo in genere quidem omnia vera esse credit, quæ de Christo scripta sunt, sed in specie cum dæmonibus, Iudaïs, Turcis & infidelibus Papistis dubitat, an etiam Christus ad se pertineat, vera fides est & iustificans: sed quisq; in specie sibi salutem per fidem in Christum applicare debet. Et hæc est viuifica specialis fides: de qua Propheta, Iustus sua fide viuet. Hinc Paulus ait: 2. Timot. 1. Non i cui crediderim, & persuasum M I H I est, cum posse depositum M E V M in illum diem seruare. Sed Iesuitis, quæ Deus tradit, sunt incerta, dubia & ambigua: quæ verò Papa tradit, ea ipsi sunt certa, firma, simplicia ac rata. Qua blasphemia in Spiritum sanctum ne à dæmonে quidem atrociorē excogitari potuisse arbitror. Quam etiam saniores Papistarum ipsi repudiārunt: sicuti in Canonibus prouincialis consilij Coloniensis, circa annum Domini 1536. celebrati cernere licet.

Sed missos faciamus ista bruta Pontificis animalia, de sua maledictione certa. Quia enim volunt esse sub lege, & non sub gratia, neq; operibus suis legi Dei satisfacere possunt, sed Legis operibus suis adiumentibus aduersantur: vel Sole meridianō clarius est, Iesuitas de sua maledictione esse certissimos. Quia omnes, qui sub Lege sunt, teste Paulo, sub maledictione manent. Transeamus ergo ad locum de operibus.

### 10. *De bonis operibus.*

**E**TIAM si nostri Doctores, ceu fidi mysteriorum Dei dispensatores, fermentè omnibus in concionibus ac scriptis fideliter populum ex Dei 2. Thess. 4. verbo ad bonorum operum studium inuitant: & docent opera à Deo Eph. 2. præcepta interiora & exteriora facienda esse; denique ex Paulo demonstrant, omnes homines bonorum operum debitores esse: tamen quia ij. Matt. 5. dem fredi auctoritate Christi, docet, opera à Deo non præcepta non esse 1. Tim. 1. cultus Dei, sed res & opera inutilia, quibus frustra Deus colatur. Vociferantur Ioh. 1. rari solēt Iesuitæ, maximè Monacenses, Dullingani & Landspurgenses nocturni. Jacob. 2. stratos, Theologos, bona opera prohibere, & fenestras ad omnia scelera a. 2. Pet. 1. perire. Quam autē ob causā hoc nostris obiciunt? ob hanc vnam: quia dicunt Ecclesiæ Romanae præcepta non esse facienda: quæ tamen Iesuitæ ad salutem necessaria affirmant.

*Et quid boni agerent Lutherani, aiebat Iesuita Lutzius, qui neque statutos Ecclesiae festos dies celebrant: neq; sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audiunt: neque ieiunia certis diebus & temporibus inducta obseruant: sed in quadragesima-*

*Li, & diebus Veneris, Sabbatiq; carnibus vescuntur: neq; peccata sua Sacerdoti proprio specificè enumerant: neq; Eucharistiam more Romano accipiunt: neq; Papa obediant: neq; religionem ingreduntur, sed Monachos ac Moniales rident: neq; peregrinantur: neq; Diuos adorant. Tales cùm sint, quis neget eos tribulos, spinas & malas arbores esse? Nihil apud illos sonat præterquam verbum Dei, verbum Dei, Lex Dei alter docet: Sic Paulus loquitur. Eos ergo ceu Ecclesia Romana hostes, & operarios inquietatis devitemus.*

Sed eo ipso, dum Iesuitæ hæc proloquuntur, quales sint demonstrant; & quod ipsi nobis vitio vertunt, id nos laudi ducimus, Deo gratias quas possumus agentes maximas, quod nos ab ipsis Antichristi legibus & vinculis, ostensa per Lutherum sana de Christiana libertate doctrina, soluit & exemit. Neq; ista factitia & electitia opera, ob quæ isti hypocritæ Dei præcepta nimis securè negligunt, curemus. Occupati sumus in obseruandis præceptis Dei, quorum obseruatio sedula, tam multum negotij nobis faceret, vtistarum nugarum facile obliuiscamur. Interim sanè turgidi sint Esauitæ deuotorij, supererogatores, operarij iniqutatis, iustitiarij, & sanctuli factitiij, ex factis suis operibus, quantum poterunt: nostrorum operum & vita nostræ regula est Decalogus, & lucerna pedibus nostris verbum Domini.

*Psal. 119.* Dicimus ergo (vt breuius in transcursu illorum legibus respondeamus) *Primo:* Sanctos adorare vel inuocare, esse idololatriam in primo Dei præcepto prohibitam. Ac proinde eos adorare, eorumq; imagines colere, non est bonum opus, sed abominabile peccatum, spiritualis fornicatio & sacrilegium, quo Deo suus honor adimitur. *Deinde,* non opus esse peregrinationibus: quia Christus ubiuis terrarum nobiscum est, vt que ad seculi consummationem, per verbum & Sacramenta: non aut hic aut illis parcarum carcere clausus, aut in hierotheca impanatus est, vt Pseudopropheta Esauitæ tradunt. *Tertio.* Cur Monachos & Moniales non rideremus aut etiam damnaremus, cùm nihil præterquam mala opera faciant? Vbi enim verbum Dei? vbi præceptum Dei? quo iubentur parentes deserere, impia vota suscipere, iners ocium sectari, & alienorum laborum fructus consumere? Quin hæc omnia à Deo prohibita esse notum est. *Quarto.* Quomodo Papæ obediemus, qui est manifestatus *2. Thess. 2.* Antichristus, filius peccati, præscritum cùm Deus ipse hunc deuitandum, *Deut. 18.* Christum vero audiendum præceperit? *Quinto.* Quantum sacrilegium *Matth. 3.* commiserint Papistæ ~~το μειον λέπαι~~, suffurando calicem Laicis, vniuerso mundo non est ignotum: quis ergo vitio nobis vertet? quod dealienis peccatis

peccatis participare nolumus? *Sexto.* Non Sacerdoti Antichristiano peccata enumeranda: sed Deo confitenda, vera contritione dolenda, firma tamen fide crucis Christi, in qua expiata sunt, imponenda esse, nos sacre literæ edocent. *Septimo.* Leges ieiuniorum Pontificiorum propterea nisi. *Tim. 4.* hili facimus: quia vt Christiani, cum gratiarum actione omnibus Dei creaturis, liberè vti possimus, & scimus, regnum Dei non esse escam aut potum: neq; cibum, aut id quod intrat, sed quod exit ex homine, eum coquinare. Hoc autem verum ieiunium esse existimamus, abstinere à peccatis, & per vniuersam vitam temperantia studere. *Ottavo.* Quia Christus unicum est nostrum propitiatorium sacrificium illudq; sufficiens, ideo Missam securè negligimus, iras Papicolarum nō magnoperè curantes: quinid illam abominabile, detestandum & usurarium Papæ idolum esse profitemur. *Denig.* si quæ alia onera Iesuitæ suis impo- nunt, nos absq; conscientię vulnere facile negligimus: quia scimus eos minimi orbis iudices constitutos esse. Sed si quid Deus in verbo suo præcepit, de eo id, quod Dei verbum iubet, sentimus, loquimur, illudq; pro virili exequimur. Etsi autem venenatæ istæ viperæ, instar sycophantarum, diris morsibus nos impetunt: ita vt si quando ægrotos visitamus, hypocritas nos dicant: aut si nuptijs, & honestis ac sobrijs coniugijs intersumus, vocent nos potatores & helluones: non tamen magnopere id nos turbat, quia Pharisæos Christo idem fecisse scimus: & dum sensimus, nos miseram ouiculam esse, quæ lupo aquam turbavit.

Sed videamus etiam illorum de operibus opiniohes. Primo ergo sunt, qui dicunt, non principaliter operum Legis: sed consiliorum, id est, votorum, obedientiæ, castitatis & paupertatis, atq; traditionum Ecclesiæ, observationem, hominē perfectum reddere & iustificare posse. Hoc tradunt Iesuitæ in suarum regularum enarratione. Etsi autem verum sit, Legis observatione neminem iustificari: tamen id non sit vitio vel defectu Legis, sed hominum, qui carnales & venundati sub peccatum, in hac *Rom. 7.* & natura sua corruptione Legem adimplere nequeunt. Alioquin si absq; eo esset, & homo perfectè Legem interiori & exteriori obediētia præstaret, vtique iustitiam ex ea haberet, ipso Christo teste: qui dixit: Fac hoc, & vincis. Quod vero nugantur, præ Legis operibus, votorum observationem, quæ tamen Euangeliū penitus ignorat, potissimum esse iustitiae causam: illud falsum esse statuimus, attendentes illud Christi: *Fru-* *Matth. 19.* strâ me colunt tradentes mandata hominum.

II. Alij disputant, quodnam opus omnium sit maximè meritorium?

Nn

Atque

Atque ubi diu multumq; disputarunt: & alijs quidem videtur quod sit  
 alijs verò videtur quod non: ac rursum alijs hoc, alijs illud magis expia-  
 torium videtur: Tandem concludunt: omnium præstantissimum opus  
 esse videtur, obedientiam cæcam præstare Papæ Romano & Superiori  
 suo, in omnibus (vt Canisius in Catechismo ait) siue in Biblijs sacris scri-  
 pta sint, siue non: etiam in rebus, auctore Ignatio Loiola, sensibus repu-  
 gnantibus: quin & auctore Iesuita Fabricio, in rebus, quæ fidei articulis  
 repugnare & omnibus cœciliorum decretis contrarie esse videntur. At-  
 qui talem obedientiam Deus nispiam præcepit, sed potius prohibuit.  
 Mandat enim vt in præceptis suis, non in hominum traditionibus am-  
 bulemus: vt sibi obediamus; Christum audiamus: Antichristum verò  
 Romanum & eius pseudoprophetas Esauitas deuitemus. Soluitur igi-  
 tur illorum Videtur, non modò per nostrum non videtur: sed & cum pri-  
 mis per Dei prohibetur: Dum is dicit, in meis, non aliorum, præcepis  
 Deut. 12. ambulate. Item: Hoc quod egotibi præcipio tantum facito: Iesuite itaq;  
 Num. 15. dum mandata Dei securè transgrediuntur, propter suas traditiones, non  
 Filij obedientiæ, sed, vt Paulus prædixit, immorigeri & inobedientes, de-  
 nominandi veniunt: quod & Deo, & parentibus, & Magistrati, in ple-  
 risq; sint rebelles, & contumaces, id solùm curantes & obedienter præ-  
 stantes, quod Deus illorum, qui est Papa, præcipit, & ad quod iusatiabi-  
 lishonoris & gloriae cupido eos instigat.

Alij, etiam infideles, per exteriora honesta Legis opera, iustificatostradunt. Nos verò, quia illi nec haptizati sunt, neq; in Christum cre-  
 diderunt, neq; vlo modo ad foedus Dei pertinent, illos iustificatos esis,  
 auctoritate sacræ Scripturæ, dicere non possumus. Licet haud difficulter  
 confiteamur, ipsos Iesuitis in iudicio tolerabiliorem sententiam auditu-  
 ros. Iesuitæ enim sciunt voluntatem Dei, sed non faciunt eam: id eoq; va-  
 pulabunt multis.

Alij dicunt, non omnia opera iustificare hominem, vt Zieglerus  
 Iesuita: sed tantum renatorum, maximè autem illorum, qui in Societate  
 viuunt, quorum opera ob regularum perfectionem, præstantissima, &  
 vita æternæ meritoria vocant. At verò Scriptura docet, neminem ho-  
 minum propter suam dignitatem, aut virtutes, sed credentes tantum per  
 & propter Christum iustificari. Adhac, Monachorum & Iesuitarum o-  
 mnia opera non sunt bona, sed mala, imò peccatum: quia Lex Dei talia  
 opera, quæ extra Dei verbum, & sine fide fiunt, damnat. Habet quidem  
 iustitiam hominum monstrum, quadam opera, quæ in se considerata viden-  
 tur bo-

tur bona, vel etiam ratione operis bona sunt: verum, quia ipsi Deo non placent (quia eius mandata propter suas regulas transgrediuntur, & Evangelio non credunt) ideo nec opera illorum Deo placere possunt, etiam si in se bona sint, & ad disciplinam in hac vita pertinent. Licet ergo Iesuitæ vel Aristotelem sapientia, vel Ciceronem eloquentia, vel Scipionem castitatem, vel Aristidem iustitiam, vel omnes Heroas virtutibus superarent: tamen illorum ordo & opera non possunt coram Dei iudicio consistere, cum polluta sint contagione personarum, nec totus ordo ipsorum aliter se habeat ac Arbor mala, quæ interdum formosum profert pomum, quod extrinsecus speciosum videtur, intrinsecus autem putridum est & abominandum. Nos scimus ex sacra Scriptura, nullam humanam regulam, nec ullam ordinem humana auctoritate introductum, aut aliam villam rem sub cœlo facere, ut opera nostra Deo placeant, præterquam solam fidem in Christum. Hęc unica causa est, cur bona opera Deo placeant: sicut dicit Petrus. Offert Deo hostias spirituales, acceptas Deo propter Christum. Ergo propter Christum propiciatorem & assiduum interpellatorem, nostra opera, quæ ex fide facimus, Deo placent: non propter impium militem, & prophanum Sacerdotem Ignatium Loiolam: nec propter illius regulas, Dei verbo & ipsi naturae repugnantes.

Alij sunt blasphemi, qui quidem egredientes & ingredientes, se signo crucis signant, ut Italici Iesuitæ dicunt: Che sì fa, mettendo la mano al capo, & al corpo, alla spalla sinistra, è destra dicendo: In nome del padre, è del figliuolo, è del Spirito Santo. Id est, Quod sit mittendo manum in caput, vel corpus, versus humerum sinistrum, vel dexter, à dicendo: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Sed in rei veritate saeu crucis Christi inimici, ut Paulus eos nominat, esse reprehenduntur: qui merito suorum operum idem ascribunt, quod merito Christi, nempe iustitiam, Spiritum sanctum, salutem & vitam æternam. Sicut ex disputationibus Iesuitæ Gregorij de Valentia est videre. Quin quicquid Iesuitæ ex suarum regularum præscripto agunt, id æternæ vite meritum esse dicunt. Bobadilla Iesuita Romæ dixit nouitijs. Quot disciplinas facitis: rat lucrabitur in cœlo coronas. Per disciplinas enim, quasi per scalas, ad regnum cœlorum ascenditis. Ipse Claudius Aqua viua, Iesuitarum Generalis, à Papa secundus, in festo S. Andreæ pro exhortatione dixit. Nolite Anno 1583. esse segnes in regularum nostrarum obseruatione. Nam etiam bona de illorum obedientia cōcepta cogitatio, coronam vita æterna recipiet. Qui vero factis eas impletis, in regno cœlorum a latere Ignatij Loioli primi nostri Patris sicut Sol fulgebit. Qui autem modò illas obseruant, modò in illas delinquunt, hi in star stellarum tantum radiabunt:

Qui verò eas negligunt, hi cum Lucifero in inferno perpetuas penas dabant. Quamobrem, inquit, vota reddite: regulas seruate. Habetis enim ignem & aquam ante vos. Scitis plerosq; nostrorum animas agentium & sub extremi Spiritus egressu, nihil aliud conqueri, quam quodd, ut voverunt, regulis obedientiam non prestiterunt. Verum has & alias Iesuitarum blasphemias in Christi meritum contumeliosas, cœu

*Act. 4. 10.* doctor veritatis, omnes Prophetæ & Apostoli ~~doctri~~ <sup>dicti</sup> Cantat, totus credentium seu verè Christianorum ordo, nos non aliter, nisi sola fide in Christum iustificari & saluari; nec ullis operibus humanis iram Dei aduersus peccatum sedari posse, sicuti supra sufficienter demonstratum est. Id quod negantes Iesuitæ, seipso vina Antichristi membra faciunt: qui honoré filio Dei debitum, auferunt, & illum ~~ad te~~ pro nobis soluisse negant: qui firmam consolationem & salutis certitudinem conscientijs sensu peccatorum saucijs suffurantur, dum remissionem peccatorum ex nostrorum operum dignitate dependere fabulantur: qui Legem & Evangelium confundunt, subuertunt & soluunt: qui deniq; inuocacionem impediunt, & homines de Dei erga se gratia dubios redditunt. Quorum finis erit, ut Paulus prædictit, perditio.

*Phil. 3.*

Alij perhibent, hunc esse finem, ob quem bona opera sint facienda, ut per ea, vitam aeternam consequamur. Sic enim Iacobus Crusijs Iesuita Landspergæ in regularum explicatione dixit. *Quare tantum opere nostrorum regularum observationem virginem? quia sunt perfectæ, & per illas perfectionem consequimur. Quare illas obseruandas & faciendas tradimus?* An ut uos ab alijs tantum separaremus, vel ut uictum & amictum à maioriibus accipiamus? Absit. Sed ut per regularum opera, perfectionem & vitam aeternam consequamur. Nostre enim regula (vtr ipsius verbis, quibus homo iste perditionis abitebatur) sunt, ianua, porta, via, per quam ad celorum regnum tuò peruenire possumus. Nostra Societas est Arca Noë, qua per mundi diluvium, ad paradiſum deducimur. Hec est arca Moysis & propiciatorijs apud quam est Dominus, & toti orbi, quid faciendum sit respondet. Hæc isti. Nos verò eorum regulas inutiles traditiones maleficatorum Esauitarum ac illorum Societatem, Satanæ Synagogam, spiritualem Babylonem, Ægyptum, Canaan & Augiae stabulum esse, in quo Iesuitæ non magis, quam Diabolus in inferno, Deum operibus suis laudent, profitemur.

Sacra scriptura non ideo bene operandum docet, ut per opera contraria iudicio Dei absoluamur; sed viam absoluti mandato Dei obediamus, scq; gratitudinem, pro gratuita absolutione declaremus. Hoc sensu Paulus nos Dei debitores vocat, ut in praceptis ipsius ambulemus. Est enim

enim Dei voluntas (non ut male operemur) sed sanctificatio nostra, ab *2. Thess. 4.*  
 stinere à scortatione, & unusquisque vas suum possideat in sanctificatione  
 & honore. Certum etiam est, eos, qui secundum carnem vivunt, fidem  
 seruare non posse. Ne ergo illius naufragium faciamus, decet nos ad in-  
 star filiorum lucis ambulare. Et Iohannes dicit: Qui facit peccatum, ex *1. Joh. 3.*  
*diabolo est. Et Paulus: Si quis suorum, & maximè domesticorum curam* *1. Tim. 5.*  
 non habet, fidem abnegavit, & est infidelis deterior. Si igitur Dei poenas  
 deuitare volumus, peccata etiam & eorum occasiones fugiamus. Deus  
 enim propter iniquitates homines corripit. Propter has causas facienda *Psalm. 39.*  
 sunt bona opera: & qui sic pietati studet, is habet promissiones praesentis  
 & futurae vitae. Non quasi futuram vitam ijs mereatur. Hanc enim acci-  
 pit gratis, propter Christum, in quem credit. Sed quod in altero beato- *1. Tim. 4.*  
 rum seculo, credentium opera, ex mera liberalitate & misericordia Deus  
 coronabit.

Alij inter Iesuitas reputantur omnino sancti & perfecti, qui glo-  
 riabantur se esse *ἀνθρώπους*. Sic Bonaventura Iesuita Ingolstadij dicebat: *Anno 1512*  
*Habenus in nostra Societate adolescentes planè angelicos, qui nullo carnis sensu, vt*  
*michi confitentur, tanguntur. Pater Octavianus Iesuitarum minister Romæ,*  
*apud S. Andream, retulit mihi, Iesuitæ Ladesine angelum zonam castita-*  
*tis dedisse, à cuius cinctura, sine peccato vixerit. Plerique iuniorum Iesui-*  
*tarum Ignatium Loiolam vocant: Deum terrestrem, angelum humana*  
*forma indutum. Primos item Patres, absq; peccato vixisse aiunt. Hi sunt*  
*nimirum viri, qui dicere possunt: Nos non sumus sicut ceteri hominum.*  
*Sed quid inde infert Bernhardus? Ergo es tu sicuti ceteri demonum. Non sic*  
*Paulus de se etiam renato & in tertio celo Doctore creato dicit: Ego sum*  
*angelus terrenus: sed, Act. 14. Nos sumus homines *ἰουταδεῖς*, ijsdē qui-*  
*bis vos affectionibus obnoxij. Et rursus. Nullius quidem rei mihi con-* *1. Cor. 4.*  
*sciens sum, non tamen per hoc iustificatus sum. Si Paulus bonorum ope-*  
*rum studio clarus, non potest dicere, se per bona sua opera iustificatum;*  
*certè multò minus, vel potius nullo modo se ijs vitam æternam conse-*  
*qui posse, profitebitur. Christus etiam non dixit discipulos suos *ἀνθρώπους*,*  
*nec illos bonorum operum studio saluos fore professus est: sed,*  
*cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Quid dicant? Num *Luc. 17.**  
*quod sint Saluatores hominum, aut Iesuitæ, aut domini de laudabili*  
*societate Iesu? Absit. Sed: Serui inutiles sumus, quia quod debuimus fa-*  
*cere, fecimus.*

Alij, vt doctiores, vel potius astutiores inter Iesuitas, faciunt *overtu-*

**D**icitur, dicuntq;: Bona opera non esse quidem totalem iustificationis & vita æternæ causam: aliquid tamen iuuare, & causam esse, sine qua non. **P**artialis, Verùm dicere nos gratis iustificari: & simul affirmare nos partim etiam minus prius operum meritò saluari, id est contradictionem inducere. Abeant ergo cipaliſ cauſi oꝝ Magistri cùm sua vaſritie ad alias, qui hasce ipsorum tricas non intelligunt.

Alij, vt Iesuitæ Colonenses, dicunt: opera ad primum iustificationis actum esse necessaria, ad secundum verò meritoria. Sed vnde hæc noua distinctio? In quo sacra scriptura capite, in quo paragrapho ea continentur? Nuspiam in sacris Biblijs, de quo certus sum, eam demonstrabunt. Nihil igitur erit, quā nouum Iesuiticum somnium ipsis à dæmo ne oblatum: ideoq; etiam, ceu dæmoniorum doctrina, damnandum.

Alij bonorum operum mercedem, dicunt esse vitam æternam. Iesuita Lutzius dicebat: Non possumus damnari. Nam si regulas nostras obſeruamus, Deus iustus est, & non potest non nobis illarum mercedem, qua est vita æterna, dare. Hi socij Christum & meritum eius nalo suspendunt adunco, aperte rideant, imò blasphemant. Nam profiteri non erubescunt, Deum ex debito teneri illis regnum cœlorum possidendum tradere. Vnde non opus erit, vt Christus in extremo iudicio hosce socios vocet, & dicat: Venite: sed ipsi vltro venient, sequi obtrudent, atque mercedem laborum ac debita sua reposcent, ad cœlos nimirum, sicuti vaccæ per foramen acus, transituri. Quis quæſo Christianorum, exceptis hisce superbissimis Pontificis bestijs, adeò impudens & insanus est, si suam ipse consulat conscientiam, vt ausit affirmare, sua opera esse digna vita æterna, aut sibi pro ijs vitam æternam deberi? verùm, quid non audet nouus Pharisæus Iesuita?

Alij, confitentur nostra opera quidem neminem iustificare, eò quod finiti ad infinitum nulla sit proportio: Christum autem sua passione, nobis, nostrisq; operibus tantam promeruisse vim: quanta ad nostri iustificationem sufficiat. Verùm quid dicant, ipsi non intelligunt. Si enim hoc ipsorum oꝝ ratiōne verum esset, sequeretur Christum non propter nostra peccata, sed propter nostrorum operum valorem natum, passum & mortuum esse: nec ipse nobis vitam æternā promeruisse, sed sua passione hoc tantum effecisset, vt ipsi nostris operibus vitam æternam promereri possimus. Id quod est aperte negare Christum nostram esse iustitiam.

Hæc & alia partim manifestè impia, partim etiam blasphemata do-  
gnata, quorum nonnullos etiam inter ipsos pudet, pleriq; tamen mor-  
dicus

Dicunt retincent Iesuitæ: hunc solum ob finem, ut sua electitia opera alijs vendere, suamq; monasticam & pharisaicam hypocrisin tegere, Papæq; regnum iniquis opibus locupletare possint. Sed Christus Iesus, iustus iudex omnium, hosce institoris aeternæ condemnationis flagellis è regno cœlorum ejicit. Pergant ergo in hoc mundo, sepe, ut loquuntur, disciplinare, ut illic dæmoniorum flagella eò facilius sustinere discant. Verum enim esse aliquando experientur hoc distichon.

Venidit & cœlum Romanus & Astra Sacerdos:

Ad sygias igitur cogitur ire domos.

Displacent namq; Deo omnes, & qui talia agunt, & qui ipsis contagiuntur: nec quicquam aliud merentur, quam iram Dei, & aeternam condemnationem. Sunt autem hi ipsi Pseudoprophetæ illi, qui etiam electos, si fieri posset, seducerent: qui doctrinam Euangelij suis traditionibus deformant: qui gloriam Dei, suis iniustitijs & factitijs operibus obscurant: qui antiquas Papatus tenebras vñacum bello, fame, peste & alijs aeternis Germaniæ superiaducunt: qui instar ranarum & locustarum omnia depascunt: qui simpliciores Diaboli & Papæ tyrannidi subiiciunt, & magnam iuuentutis Germaniæ partem, yotorum laqueis, & falsæ doctrinæ loris, captiuam ad Papæ voluntatem ducunt: qui cursum Euangelij & omnia spiritualia exercitia impediunt, qui deniq; quantum in ipsis est, Lucem Euangelij extinguunt: vnde sit, ut multi gratia Dei excedant, circa fidem naufragium faciant, Spiritum sanctum amittant, ad vomitum & ollas papales redeant, sicq; miserè corpore & anima perirent. Deus hanc Ignatij Loiolæ ollam, mendaciorum & abominationis plenam, confringat & conterat Amen, Amen, Amen.

### 15. De Pœnitentia.

**Q**VIA omnes conclusi sumus sub peccato, adeò ut iustus quoque in die sc̄pties cadat: nostri Doctores sinceri verbi diuini ministri, ne loél 2. impenitentes pereamus, ad exemplum Christi & Apostolorum, crebrò Luc. vlt. gregem Domini ad pœnitentiam, hoc est, ad peccatorum dolorem, ad Act. 26. salutarem conversionem ad Deum, ad vitæ emendationem, ad bonorum Matth. 3. operum studium, & ad vitam Christiano homine dignam cohortantur. Et peccatores de peccato, de iudicio, atque de iustitia arguunt: & resipi- Ioh. 10. scere

scere no lentibus, æternas pœnas denunciant. Definiunt etiam pœnitentiam seu *pœnitentia*, tum interno cordis dolore, ex peccatorum agnitione suborto; quo sentit homo Deum sibi iratum, ac proinde de admissis peccatis dolet: tum fide in Christum, pœnitentes ad se vocantem & absolucentem, qua homo nullam nec in Lege, nec in se consolationem inueniens, in Christo mundi Saluatore se erigit, resipiscit: & inde fructus pœnitentia dignos profert. Ita vt ex infideli credens, ex ebrioso sobrius, ex avaro liberalis, ex iniusto iustus fiat, talemq; vitam instituat, qualem scit sibi in verbi Dei prædicatione præscriptum esse. Hæc de pœnitentia nostri ex Dei verbo proferunt: quæ etiam contra inferorum portas firma esse certi sumus.

Longè aliter Iesuitas de pœnitentia loquentes, audiui: & alias pœnitentias, quām præcepta Dei iubent, facientes vidi. Nam si quid peccant, non à Deo peccati agnitionem petunt, neq; ex lege Dei peccatorum turpitudinem addiscunt: sed in examinibus suis, quæ conscientiarum scopationem vocant, tantū ad regulas suas configuiunt, eas scruntur, & iuxta illas actiones suas examinant, an contra illas cogitando, loquendo & faciendo, deliquerint. Hinc postea quotidianas pœnitentias habent, & faci ut sic, vt illorū pœnitentia nihil aliud sit, quām externa quādā, sine vlla vera cordis contritione, corporis maceratio & exercitatio, parūm vtilis, qua corpus flagris lacerant, & seipso instar insanorum cädunt & conterunt. Verbi gratiâ: Inter alias regulas & hanc habent: vt omnes Missæ reuerenter & decenter intersint. Si ergo accidat, vt Iesuita talem se non gesserit, & à corycæo notatus sit, tenetur suam culpam confiteri, & pœnitentiam facere. Est alius, qui sub Missâ risit: vel vultum ad sexum feminine conuertit: vel strepitum tussi excitauit: vel aliquid aliud indecenter, coram idolo isto Mauzim admisit. Huius pœnitentia est, inter prandij & coenæ tempora, in genua procidere, & dicere: Reuerendi Patres, carissimi fratres, dico vobis meam culpam, quod hodie in Missâ vultum à Sacerdote auerti, feminas aspexi, & tussitando Sacerdotem impediui: quamobrem mihi hæc data est pœnitentia, vt semihoram vultum ad B. Mariæ virginis imaginem conuertam: patrum pedes exosculer, & sub mensa cibum capiam. Consimiliter si quis manè signo dato non statim ex lecto surgat, vel minus decenter se induat, pœnitentia eius est: tempore prandij stratum suum deportare in coenaculum, ibidemq; in medio refectorij, quandiu Patres prima mensa fruuntur, dormire & reliquos dissolutus præterire. Ita si quis horis orationis

tionis dormiuit: tenetur in refectorij medio considere, & somnum fingere, vsque dum Rector dicat, Expergiscere. His & consimilibus ridiculis ineptijs & nænijs, suas pœnitentias peragunt. Quibus æternæ salutis meritum adscribunt, licet in illorum lusu nulla Dei cogitatio mentes ipsorum subeat, nullaq; peccati agnitus assit. Neq; ego vllum alium pœnitentiarum illarum finem & vsum cognoui, quam ut tales pœnitentes reliquis sœcijs epulantibus risum excitarent, & prandij tedium leuarent.

Deinde singulis diebus Sabbati, omnes, qui non sunt Sacerdotes, obligantur ad pœnitentiam illam accedere, quæ ipsis Sacramentum est. Hanc definit Iesuita Canisius, esse secundam post naufragium tabulam, & necessarium relapsis Sacramentum, in quo remissio peccatorum, & à reis petitur, & à Sacerdotibus tribuitur. Huius partes constituit contritionem vel dolorem animi, peccata sua detestantem: confessionem seu explicationem peccatorum suorum coram Sacerdote factam: & satisfactionem seu vindictam, punitionemq; criminum de seipso sumptam. In Catech.

Etsanè, si Iesuitæ, contritionem, confessionem & satisfactionem recte, secundum fideli Analogiam explicaret, forsan aliquo modo ista tollerari possent. Sed licet verbis vtantur speciosis & bonis, tamen longè alter sentiunt & faciunt, quam verbis dicunt.

Nam contritionem dicunt oportere esse perfectam & sufficientem: propter quam homo remissionem peccatorum consequatur. Hic multa subtiliter, sed inutiliter, de contritionis sufficientia & attritionis imperfectione ociosè & nugatoriè disputant. Restamen omnis hucredit. Si quis est inter ipsos hypocrita, qui coram confessioni strono seu sella, dum catalogum, in quo sua peccata scripta continet, specificè recenset, peccatum tundat: alta suspiria ducat: lacrymas sibi ipsi violenter extorqueat: se vsq; ad sanguinem flagellet: humili cubet: nudipes incedat: reliquorum pedes exosculetur: vbiq; stans & sedens labia moueat: oculos nunc ad terram, nunc in cœlum defigat: globulos rosarij vertat, striatum silentium seruet: ad omnes imagines te incuruet, & caput aperiat: hic, licet corde procul à Dœ absit, & totus sit hypocrita, tamen veram contritionem habere dicitur. Imò si hoc modo seipsum ieiunijs, cilicijs & flagellis occideret, atq; penitus è medio tolleret, vel desperaret, vt Cain, Saul & Iudas: tamen cum veram contritionem habere dicerent. Sicuti Zieglerus Iesuita dixit: Iudas quidem veram & sufficientem habuit contritionem, sed finis eius non fuit bonus. Deinde in hac contritione non dolent ob peccata in Decalogum admissa: sed quod regulas Ignatij Lo-

iolæ non perfectè custodierint. Facientes scilicet peccata ubi non sunt peccata: sicut & olim Pharisei, quorum sunt successores & imitatores, idem facere solebant.

*Psalm. 51.* Talem contritionem sacra Scriptura ignorat. Vera enim Christiani hominis contritio est, cor contritum & humiliatum, ac spiritus contribulatus, seu confractus animus, sensu iræ Dei planè confernatus, & vehementer perturbatus, propterea quod Deū suū transgressione mandatorum ipsius offenderit. Talem animum Deus non despicit: sed instar rationalis sacrificij, gratum habet, & clementer respicere solet. De quo sacrificio, Deo gratissimo, Iesuitæ nihil nouerunt: vt nec conscientias sensu iræ diuinæ perteritas erigunt: sed ignem igni addentes, multos ad dubitationem, & per hanc ad extremam desperationem adigunt. Ideo etiam illorum contritionem, neq; dolor peccati, neq; præteritæ vita tædium, neq; propositum emendandi vitam, neq; villa virtus: sed mera hypocrisis, supersticio, irrisio Dei, ac tandem perditio sequitur: tantum absit, vt ea (sicuti putant) peccatorum remissionem consequantur.

Sic & confessio oris, ipsis non, vt Davidi, est Deo confiteri sua peccata: sed omnia factorum, verborum, cogitationum etiam peccata Sacerdoti specificè explicare: ita vt etiam cor tuum & conscientia, ipsi sit, vt Ignatius Loiola præcipit, manifestata & aperta. Si quis vero vnius peccati obliuiscatur, vel volens non recenscat, eum non posse absolui, & tandem sacrilegium insuper committere, Sacerdotemq;, qui iudicis vices subeat, decipere, affirmant.

*Psalm. 110.* Sed Iesuitæ neq; Sacerdotes sunt Dei, neq; sunt iudices. Nos enim vnum habemus æternum Sacerdotem, Christum Iesum, cuius reliqui Ecclesiæ Doctores omnes sunt ministri. Omnia item nostrum iudex

*Rom. 13.* est Christus, & in hac vita pius Magistratus à Deo ordinatus. Neq; Ecclesia est forum, in quo minister iudicis habeat partes: sed quicquid hic peragit, illud omne Dei opus est, ad quod Ecclesiæ Doctor tantum ministratricem suam locat operam, vt in nomine Christi absoluatur

*Psalm. 19.* pœnitens. Illa insuper auricularis confessio, neq; à Deo mandata, neque possibilis est: ideo repudianda. Iesuitæ autem auricularem confessionem propterea urgunt: quia quæstum facit: & hoc compendio exploratores & proditores Christianorum esse possunt, quos, postquam latebras cordium ipsorum perscrutatis sunt, ceu Saulitæ, persequuntur, ad inquisitiones hæreticæ, vt vocant, prauitatis, pertrahunt, illorum bona vel fisco adscribunt, vel Papæ subiiciunt, vel libi ipsi rapiunt. Hæc, hæc est vera causa

causa illius scrutirij, in examinandis per Confessionem Laicorum conscientijs. In eadem, non examinant, sicut fit apud nos tristis, rudes, nec eos instituunt: nec impoenitentes terrent: nec perterritos consolantur: nec dubios de salute certos reddunt: sed carnificum instar conscientias miserere excruciat, & perterritis, ut olim Pharisæi, Scribæ & Sacerdotū principes Iudeæ, dicunt: Vide tu quid feceris. Vel, si mitius agant, dicunt: Si hanc domum, istum agrum, illum hortum, in spiritualem nostrorum usum dederis, vel nobis ad ædificationem Collegij nostri hanc vel illam pecunia summa contuleris, nos pro te orabimus, nostrisq; operibus, tua peccata expiabimus: sin minus, te iuuare non possumus. Sic in Confessione ab ipsis diues absoluuntur: pauper damnatur: liberalis recipitur: tenacior dimittitur. En, haec tam iusta est & rigorosa istorum iudicium iustitia & æquitas. Digni certè, quibus à Cambyses aliquo cutis detrahatur, supra quam collocentur illorum parvuli seu nouitij, ut melius Partibus suis iudicare discant.

Satisfactio illorum, ut Iesuitæ loquuntur, est tantum externa aliqua mulcta, poena, vindicta, punitio & castigatio vel pecuniaria, vel corporalis (qualia sunt: iejunare, cibilia induere, scipsum flagellare, peregrinari, eleemosynas elargiri, & similia opera electitia) à sacrificulo, ad expianda peccata commissa imposta. Et talis satisfactio ipsis multum ad farinam ac culinam facit.

Quia autem Dei verbum hanc penitus ignorat: Ideo eandem ceu impiam & idololatricam nos rejecimus ac damnamus. Ut igitur summam omnia dicam: Nostra contritio est, verus animi dolor, quo ob peccata admissa angimur, & ingemiscimus, dolentes, summam Dei bonitatem à nobis esse offensam. Hic dolor facit, ut postea peccatorum occasiones vitemus, & dignos poenitentia fructus faciamus. Nostra confessio ad Deum, & ad eius ministros, ceu ministros est directa. Ea fatimur, nos grauiter in præcepta Dei deliquisse, delictisq; nostris cum temporalem eternam peccatum Dei commeruisse. Interim tamen profitemur de misericordia Dei nos non desperare, quam Christus merito passionis suæ nobis impetravit. Eam ergo nos fide firma apprehendere, à Deo per ministerium ipsius remissionem peccatorum humiliiter petere, atq; c. Heb. 9. mendationem vitæ in melius serio polliceri, fatemur. Nostra quoq; sa. 1. Joh. 2. tisfactio est unica tantum, nempe obedientia & oblatio Filij Dei, qua 1. Tim. 2. unica consummavit in eternum sanctificandos.

Si hoc modo Iesuitæ de poenitentia loquerentur, ciuisq; partes explicitarent,

plicarent, illorum sententiam vt eungat approbare possemus. Quanquam ne sic quidem articulum istum per omnia dextrè tractarent. Verum qui penitus extra Dei verbum euagantur, quis ipsorum sententiam probare potest?

Huc etiam referimus, quod pœnitentiam Sacramentum esse nugantur. Neq; enim ullum visibile elementum, quod à Christo ad Sacramenti huius actionem ordinatum sit, & quale necessariò ad definitiōnem & substantiam Sacramenti requiritur, monstrare possunt.

Impium est & hoc, quod tabulam vocant naufragij secundam, quæ ex diluvio iræ diuinæ & aternæ damnationis enatemus. Hac enim doctrina Baptismi efficacia, quæ ad finem vitæ usq; durat, extenuatur. Si quis autem lapsus est, ad Dominum conuertatur, inuocet Christum, (sicut Petrus, cùm mergeretur in mari, Christum inclamat) & Christus, quem fide cœu manu apprehendit ipsum ad salutis portum perducet.

Sic pari impietate multa nugantur de satisfactione Canonica, quæ nec contritione, nec fide cordis, sed publica castigatione corporis, externa disciplina, politica censura, lugubri veste, lacrymis, gemitibus, fletibus, suspirijs, abstinentia à conuitijs, balneis & consuetudine coniugali, ieiunijs crebris, & cæteris rebus externis ipsorum opinione perficitur. Quæ omnia Iesuitæ cœu rem spiritualem ac expiatoriam vendunt.

Sic Iesuitæ etiam magnificè extollunt pœnitentiam suam scholasticam, cuius virtute gloriantur se maiora & præstantiora opera, quam Lex iubat, facere. Dicta est hæc ipsis indebita & *καὶ εἰς χρόνον* supererogativa, propter opera consiliorum Euangelicorum: quibus pœnas ficticij sui purgatorij ignis (quo focum suum laute fouent) se effugere & alias pœnas temporales declinare posse perhibent. Huc pertinent vota pauperatis, continentia & obedientia, horæ canonicae, rosaria, grana benedicta, stationes, peregrinationes, battologia, mugitus, boatus, murmur preclarorum & sexcentæ alia consimiles nugæ. Verum quia ista omnia expresso verbo Dei carent, & si quis satisfactionum usus esse potest, potius ad curiam forensem, quam ad Ecclesiam spiritualem inspectat, ideo illas ad suum forum remittimus, & ad alia nos conferimus, ita hunc locum concludentes. Omnem Iesuitarum pœnitentiam esse hypocriticam, impiam & falsam. Nullam facit mentionem Christi Mediatoris: non meminit fidei saluantis: multa absurdæ & impossibilia tradit: blasphemia deniq; afficit meritum Christi, dum imperfectæ sua contritioni, coactæ confessioni, & externæ satisfactioni, aternæ salutis meritum tribuit.

tribuit. Quos tetros Iesuitarum errores execramur, damnamus, & vnā cum auctoribus deuitandos iudicamus.

Nec maioris facienda existimamus, illorum vel absolutionem, vel excommunicationem. Neque enim in nomine vel merito Christi, homines ligant vel soluunt: sed mandato Papæ, & meritis B. Mariæ ac omnium Sanctorum, qui ignorant nos, quique suis operibus non seipsoſ, multò minus alios iuuare, absoluere, vel remissionem peccatorum ipsis Iesu Gal. 6. promereri potuerunt. Nostra absolutio Christus est, per verbum & Sacramenta manu ministrorum Dei oblatus: qui si nos absoluīt, verè liberi & mundati, Deo accepti & grati sumus. Etiam si diabolus & eius Vicarij Papa, Cardinales, Episcopi, Prælati, Abbates, Canonici, Monachi, Iesuitæ, & tota perdita Pontificiorum turba nos liget & excommunicet. Nihil enim illorū mina & Bullæ sunt, præterquam inane fulgor ex pelli. Imò illorum maledictiones nobis in benedictionem cedere minimè dubitamus. Pīs enim virtute Dī omnia cooperātur in bonum: & beatos esse, testatur Christus, quos tanti Dei hostes persequuntur. Rursus si Christus à peccatorum vinculis nō absoluat, frustraneæ erunt, vel milie indulgentiarum Bullæ à Papa concessæ. Quia is vnuſ est Sanctus ille & verax, qui habet clauem Davidis: qui aperit, & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit. *Psal. 109. Rom. 8. Apoc. 3.*

## 16. De Ministerio Euangeliij, & huius ministris.

**L**icet Deus ipse primam Euangeliij concionem ad primos nostri genitores parentes habuerit: licet ipse Dei Filius Euangelium publicè in Iudeorum Synagogis docuerit: licet Spiritus sanctus ipse Euangelijs Doctor extiterit: Licet ab Adam ad Lutherum usq; ab hoc ad usq; nostra tempora, multi Reges & Prophetæ, Euangelijs præcones fuerint: ipsiusq; adhuc Dei beneficio, dignos operarios in vineam suam conductentis, multi fidei dispensatores vocentur, ordinentur & habeantur: licet denique summæ adeoq; infinitæ sint Euangelijs dignitates & utilitates: tamen Iesuitæ (quod sape ex illorum ore audiui) scurrilibus dicterijs & conuictijs, tū dictu horrendis tum re blasphemis, omnes Euangelijs Doctores miris modis proscindere non verentur. *Ingolstadtij*

Cum aliquando interrogarem Iesuitas, quam ob causam ministros & Boni  
Oo 3 verbi nia.

Ier. 23.

verbi & Euangelij ita exagitarent & pro publicis concionibus ac disputationibus tam indignis modis diffamarent? Respondit mihi Iesuita Bonnius, Ingolstadij Hebraicarum literarum Professor priuatus: id non sit propter Euangelium: sed quia non sunt legitimè vocati, neq; a Papa, neq; ab Ecclesiâ Romanaâ Episcopis vñcti & ordinati. Fruolum enim est, quod à Lutherô apostata se ordinatos esse dicunt. Qua nam auctoritate aut à quo accepta potestate docuit & fecit illa Lutherus? Nosti autem, quid apud Prophetam scriptum sit: Non miseram prophetas, & ipsi currebant: nec locutus eram illis, & ipsi prophetabant. Non igitur laudat Deus illos, qui currunt, nec ab ipso missi sunt. Ideo nec Lutherum, qui à Christi vicario emissus non est, approbare possumus: nec illius ministerium recipere. Nos autem Christi vicarius muneri docendi præfecit. A nobis ergo, vel à Christi vicario, ac Romanæ Ecclesiâ Episcopos constitutos esse oportebat Euangelij ministros. Lutherani verò non solum hoc non habent: Sed insuper etiam nostra, & Romanæ Ecclesiæ dogmata reiiciunt: Ideoq; non sunt diuinitùs ordinati: sed suopte currentes impulsu, nostram Ecclesiam perturbant. Heus, ait, quis Lutheranos docere iussit? quis Sacraenta administrare? Non sunt vñcti, non ordinati ab Episcopo adhæc facienda. Hac de causa illos, vt Sacerdotes non vñctos ridemus: & populo nostro contemnendos proponimus.

Sed quia meus popularis erat, confidentius ei opponebam. Fratell, tu eadem mihi obijcis, quæ Christo Pharisæi: & videris mihi ipsa natura Pharisæum exprimere, qualem te etiam verba tua produnt. Sed vt scias, qua auctoritate Lutherus & Lutherani doceant, hoc habeto responsum: Tu putas nullum verum Dei, & Euangelij esse ministrum, nisi qui sit à Papa, vel ab aliquo ciui Episcopo, rasus, vñctus, chrismatus, cereatus & phaleratus. Sed erras; ratio est: Quia non Deus Pontificem Romanum constituit, nec Episcopos ministrorum Euangelicorum vñctores & consecratores ordinavit. Sed hi ipsi sunt, de quibus paulò ante dixeras, quod suopte impulsu currenerent. Neq; enim ignoras Papam nullius hominis auctoritate, & insuper contra omnem Veteris & Noui Testamenti doctrinam, sepe pro capite totius Christianæ Ecclesiæ, pro vniuersali omnium catholicorum Episcopo venditare. Ideoq; ipse potius cum suis exagitandus esset. Quis eum constituit Pontificem? Quis eum sacrificulos radere & vngere iussit? Verus & vnicus Pontifex ipse Christus est. Cuius (non Papæ Romani) typum & figuram Veteris Testamenti Pontifex gerebat. Nec Chrisma, quod iactas, ministrū Christi facit, vel quicquam

quam vos iuuat, aut ordinem vestrum tuetur: sed Spiritus sanctus, qui propter meritum Christi effusus est, nos idoneos facit ministros Noui <sup>2. Cor. 3.</sup> Testamenti. Quid? Quod Lutherus Theologiae Doctor à vestris creatu-  
tus, ea simul etiam potestate ornatus est, ut Euangelium diceret, & alios de voluntate Dei eruditiret? Siquidem Panormitanus vester cuius Theologiae Doctori creato potestatem concedit: redarguendi & conuincen-  
di peccata atque corruptelas, quæ in Ecclesiam Dei irrepserunt. Imo significa minimo etiam ministro iustas causas afferēti id concedit. Accedit, quod sti. Extra non ab Episcopis tantum Ecclesijs olim præfiebantur, qui docerent: de Elec-  
t. verū à populo etiam. Cui ergo vel Ecclesiæ auctoritate, vel eorū qui In concer-  
bus Ecclesia committit iudicium, commendatur ministerium verbi & nentib. fi-  
Sacramentorum, is legitimam & verè diuinam vocationem habet: Li- dem, etiā  
cet ab Episcopo Romano, non sit chrismatus, neq; ab ipsius tonsoribus vnius pri-  
rasus, aut mercatoribus palliatus. Sufficit, si non vltro currentis aut se- uati dictū,  
ipsum obtrudens, aut precio preceue functionē redimens, sed specimi- preferen-  
ne eruditionis edito, & vitæ integratatis testimonio producto piorum dū est di-  
iudicio, qui illius & vitam & eruditionem probārunt, ministerio verbi &to Pape, si  
& Sacramentorum Christi præficiatur. Tales enim, licet Papa cum ille moue-  
sua cohorte id ignoret, vocantur ab Ecclesia Dei, quæ est mater familiæ retrur me-  
habens clauem, & ius eligendi & vocandi. Et quid tu desiderabis in vo- litorib. au-  
catione eorum, qui idonei sunt ad docendum & exhortandum: qui bo- ñoritatib.  
na testimonia ab Ecclesia habent; qui se & in doctrina sana & in vita ho- Noui &  
nesta & in ceremonijs Ecclesiæ consuetis, rite, decenter & irreprehensi- Veteris Te-  
blicher gerunt: & ab ijs per preces & impositionem manuum ordinan- stamenti,  
tur, qui sanam, synceram atq; incorruptā verbi Dei doctrinam sonant? quam Pa-  
Quid ad Christi seruum & ministrum Noui Testamenti, Leuiticorum pa.  
Sacerdotum vñctio aut rasura? Christus ista omnia abrogauit, & Apo- Vide Epi-  
stolos ad ministerium verbi & Sacramentorum vocans, non more leui- stelam ad  
tico, multò minus pontificio, consecravit. Quorum vocatio, ordinatio Tit. &  
& consecratio erat manuum impositio, & Spiritus sancti donatio, qua- Tim.  
rum illam Lutherani adhuc usurpat, hanc illis quoq; merito Christi  
imperatam esse, vos negare non potestis. Quid ad illos Papa & illius  
Episcopi? quid sacrificuli genus hominum aut potius monstrorum pri-  
mitiæ Ecclesiæ penitus incognitum? Qui non ad docendum Dei ver-  
bum, nec ad Sacraenta à Christo instituta administranda: sed tantum-  
modo ad Missas verbo Dei prohibitas faciendas, magicè, nescio quibus  
characteribus, oleo & ynguentis consecrantur? Neque etiam tantum  
est Ec-

est Ecclesiasticorum, quos vos spirituales vocatis ministros, vocare & eli-  
 gere. Cyprianus ait: *Plebs maxime potestatem habet, vel eligendi dignos Sacerdo-*  
L. i. epist. 4 *tes, vel indignos recusandi.* Præterea pij Reges, vt Ezechias, Iosias, Constanti-  
 nus Magnus & similes complures, religionis curam suscepérunt, falsas-  
 que doctrinas cum auctoribus earum ab Ecclesia exterminarunt. Qua-  
 de causa igitur non licuisset etiam Germanæ Principibus, pietatis zelo  
 flagrantibus, consimilem Ecclesiæ curam suscipere: præsertim cùm ve-  
 stri Episcopi & sacrificuli, sub Papæ vestri patrocinio omnia securè ne-  
 gligerent, & tantum non dormirent, adeoq; rerum diuinarum euræ, hu-  
 ius seculi studia (vt sunt dominandi libido, venationes & voluptates cor-  
 poris) anteferrent: quidam etiam magis Martis, quam Christi signa se-  
 querentur? Ad hæc qua ratione vnicus vir, solus, atque omni humano  
 præsidio destitutus diuinus Lutherus, pontificium regnum firmissimis  
 vndiq; machinis communictum, tantoper labefactare, prosternere, ex-  
 fundamentis euertere, ex ciuitatibus & regionibus passim profligare po-  
 tuisset: nisi à Deo singulariter missus fuisset? Quamobrem idem te, mi-  
 amice Bonni, interrogo: quod in Euangelio Iudæos Christus. Doctrina  
 Iohannis vnde erat? Ex cœlōne an ex hominibus? Nónne è cœlo? licet Ioh-  
 annes à Pharisæis & Sacerdotibus nec vocatus nec ordinatus fuerat. E  
 cœlo autem fuit, quia cœlestem doctrinam de agenda pœnitentia, & cre-  
 dendo Euangelio proposuit. Ita, responde mihi. Doctrina Lutheri vnde  
 erat? Ex cœlōne, an ex hominibus. Si ex hominibus: non opus est, vt vos  
 Iesuitæ magnopè cam oppugnetis, quia sponte sua concidet. Sin ex  
 Deo: videtene & ipsi Deo repugnetis. Certe ex Deo eam esse negare non  
 potestis, quia cum Iohanne Baptista eandem pœnitentiam vitæ & fidem  
 in Euangelium Christi vrget. Itaq; vt Iohanni ordinatio non obstitit,  
 quò minus doctrina eius esset ex cœlo: ita nec Lutheranis obstat, licet à  
 Pontificijs non sint vñcti & consecrati, quò minus eorum doctrina sit  
 ex cœlo. Ac nunc Lutherani amplius quinquaginta annos ad liberum  
 legitimumq; concilium prouocarunt, hanc offerentes vobis condicio-  
 nem, si possitis ex verbo Dei euincere, ipsorum doctrinam non esse ean-  
 dem cum illa, quam Prophetæ & Apostoli docuerunt: se vobis æquo a-  
 nimo cessuros, suggestumq; relicturos. Sed non conuicistis eos, nec in-  
 hodiernum usque diem. Lutherani verò ex aperto Deiverbo conuice-  
 runt, vos in Tridentino Concilio, tum de pœnitentia, tum de fide, tum  
 de Coena Domini, tum de alijs multis Christianæ doctrinæ capitibus, di-  
 uersa à doctrina Christi & Apostolorum decreta proposuisse: & licet  
 toties

toties conuicti sitis, tamen mordicus ea retinetis, & pertinaciter contra conscientiam defendere ac tueri conamini.

Adhæc Bonnius more Iesuitico respondit. Hæc non Romanæ Ecclesiæ sensum, sed Lutheri spiritum sapiunt: sunt hæretica, nec ferenda: alioquin & Episcopi & nostra Societas exterminarentur. Bella in herclè responsio: malunt hi fraterculi, totam Scripturam S. interire, imò nec Deum, nec ccelos esse: quām vt ipsis vel minimum de sua auctoritate pereat.

Alij Iesuitarum, quando audiunt, vel in nostrorum libris hæc ministrorum verbi attributa legunt: Seruus verbi, minister Euangeliij, prædicator vel concionator diuini verbi, minister Euangelicus: tum ore distorto ~~mu~~<sup>mu</sup> ~~me~~<sup>me</sup> ~~l'ou~~<sup>l'ou</sup> ~~te~~<sup>te</sup> dicere solent: Papæ: Der Wortsfeind/ *Iesuitæ* der Wortsbuben. Quid sunt, ait Lutzius Iesuita, Lutheranorum prædicantes? Sic seynd (vtor ipsius verbis) Zungendrescher/ Worthansen / inania fer. Somprædicabilia, lose Predicanter/ selhame Predigtausen / aufgeloffene Buben/ mermann. nicht Euangelische/ sondern Ewighellische Predigtkrieg/ welche meynen sie seyten Lutzius. schon geweyhet/ wann sie nur diese Stück an sich haben: Als da seynd: Den Richard. Bayß/ Mönch vnd Nonnen schänden vnd schmähen: Kloster Güter an sich ziehen: *&c.* Bloder Hosen/ grosse Kreß/ turke/ gemütze Mantel/ vnd wie die Henckers. Landspurbuben lange Schwerter tragen/ Weiber neminen: In der Fasten am Freitag gæ Anno vnd Samstag Fleisch essen: Alles thun was dem Bayß zu wider ist/ das ist ihr 1582. 11. Weihen/ das ist ihr Ordnung. Quin omnes, vno ore, fermè omnibus in suis Oct. in reconnicionibus nihil aliud agunt, quām vt vel stolidas Pontificiorum nuncreatione. gas & fabulas enartent, vcl miserè & indignis modis Euangeliij ministros exagitent: in innocentes eos omnia conijcientes, quorum ipsi sibi sunt consciij, quod talia perpetrârint. Quo etiam modo & arte, Pharisæi cum Christo & discipulis eius ludere solebant.

Sed omittamus ista. Ipsa enim vanitas nostros excusat. Quantus vero sit luxus Iesuitarum circa victum & amictum: quanta & quām enormous libido: quanta omnium scelerum licentia: id illi potissimum nōrunt, qui aliquandiu inter ipsos sunt versati, siquidem ista vel cæcus inter ipsos palpare posset.

Alij eos veros Ecclesiæ ministros dicunt: qui tria habent bene, hoc est, bene possunt legere, bene canere, & bene Missas celebrare. Quæ vel colonus ab aratro & stiua aduocatus præstare potest. Quid enim sunt Missæ pragmata aliud, quām lusus quidem theatricus? In quo Deum & Schleida-homines ludunt? Nam ibi stat Sacrificus qualitate haud rusticó melior, num l. 21.

licet quantitate interdum maior, insigniter phaleratus, vertice ratus, nouo genere vestitus, recitans & demurmurans ea ; quæ nec ipse nec astantes intelligent, cæreos atq; lampades in ipsa, quod dicitur meridie, accédens: fumigationes atq; suffusus excitans thuribulis. Sacrificus cum ministro ad aram astans, alta suspiria ducit: nunc oculos ad cœlum attollit, nunc ad terram demittit: pronunciat omnia sermone peregrino, sibi & alijs ignoto : varijs ytitur, instar yrsi ad hastam saltantis, geniculatibus atq; simiarum gestibus: modò se inclinat, modò se erigit, instar a natum, modò ima aquæ modò eius superficiem potentium: nunc manus strigit, nunc distendit, mox comprimit, inde brachia dilatat, instar funiculariorij funes ad brachiorum extensorum mensuram vendituri: modò est clamofus, modò alto silentio clàm quippiam demurmurat: Iam in altum suspicit, modò pronus consistit, nunc in dextram nunc in sinistram partem commigrans. Videas etiam illum, digitis micare, inhalare in calicem, magicè certa quædam verba murmurare, calicem crucis forma signare, eumq; in sublimet tollere, postea reponere, certis locis nominare nunc viuos nunc mortuos, panem azymum in tres partes frangere, duas deuorare, tertiam in calicem demittere, pectus ferire pugno, suspirare, clausis oculis repræsentare somnum, rufus expurgisci, & inde refiduam particulam panis, ut missale habet, epotare cum vino totam, ne qua guttula remaneat, absorbere calicem, abluere manus, patinam deauratam auersam extenso brachio demonstrare populo, eandem facto signo crucis fronti atq; pectori admouere, nunc altare, nunc imagunculam argento vel metallo inclusam, vel librum Euangeli deosculari. Hæc inquam & id genus alia, quid aliud sunt, quam lusus tragicus: cuius catastrophe est detestandus Cœna dominicæ abusus & abominanda Christi crucifixio, suspensio, dilaceratio & enecatio?

Quis igitur hosce sacrificios non rideat? vel potius detestetur? quis eos à dæmone, aut certè per eius vicarium Antichristum Romanum inauguratos neget? Quis illorum ordinem, quem ipsi Sacramentum di-

- 2.Theſ. 2. cunt, non ceu Satanae excrementum abominetur? Ergo cùm Papa, Car-  
1.er.33. dinales, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Pilati, Sacrifici, Iefuitæ nec im-  
1.Tim.3. mediatè, nec mediatè à Deo sint vocati: insuper nec rectè in verbo Dei  
Tit.1. instituti; nec formam sanorum verborum tencant: nec *διάδοσις δικτύοι*, nec *δι-  
1.Tim.3. συνποίησις*, sed *αὐτοδιδάσκωις*, *αὐτόδεις & αὐτοπροπτίσκοποι* in omnibus repre-  
Matth.7. hensibiles sint: rectè illos sicuti Dominus præcepit cauemus & deuita-  
24. pius, ceu pseudoprophetas, nouos hypocritas & Pharisaos: atq; iudica-  
mus

mus, neminem ab illis ordinationem bona conscientia petere posse,  
quicquid tandem nonnulli, à partibus Hussitarum stantes, Bohemi de-  
farent.

### 17. *De septem Jesuitarum Sacramentis.*

**V**T se Iesuitæ in omnibus iuratos crucis Christi hostes, & Euangelijs  
inimicos declarant, Sacra menta Christi, vel extenuare vel mutila-  
re, vel veris Sacramentis noua quædam, Dei verbo prorsus incognita  
Sacra menta adiungere, & sponsæ Christi, quæ est Ecclesia, obtrudere  
solent.

Nam Baptismum quidem, quo ad substantiam retinent, eum ta-  
men partim Ethnicis, partim Iudaicis ceremonijs variè confupranc.  
Baptismi quoq; virtutem tollunt, dicentes: alterum suum Baptismum  
esse religionis ingressum, & votorum simplicium obseruationem. Tra-  
dunt insuper eum ita necessarium: vt etiam infantes, vel partus dolori-  
bus extintos, vel alio improviso casu percuntes, antequam parentes  
illos Christo in Baptismo offerre potuerunt, in locum nescio quem, in  
quo illis nec bene nec male sit, in quo tamen Dei conspectu priuatis sint,  
relegent. Qua vanitate & Dei omnipotentiam & infinitam eius miseri-  
cordiam ad necessitatem Baptismi ita alligant: quasi Deus in tali necel-  
latis casu, non extraordinariè cuiquam cœlum donare possit. Vnde &  
tales, ceu pecora campi, non in consecrato, vt ipsi loquuntur, cœmiterij  
loco cum reliquis Christianis, sed in angulo quodam non consecrato  
sepieliunt. Sed vel ipse Augustinus, quem tamen sequi se aiunt, ipsorum  
vanitatem arguit: dum asserit, non esse medium aliquem inter cœlum  
& infernum locum. Etsi conspectu Deitales infantes carent: visio au-  
tem Dei, teste Augustino, summa beatitudine sit, eius autem carentia, vel  
priuatio extrema maledictio: quomodo illi in loco esse possunt, in quo  
ipsis nec bene nec male sit?

Nos quidem auditores nostros, ne Baptismum, ceu ordinarium à  
Deo regenerationis nostra constitutum medium negligant, serio & se-  
duò hortamur. At si ineuitabili quodam necessitatis casu præpediantur  
Christiani, vt infantes suos per Baptismum Christo offerre non possint,  
eos bene sperare iubemus. Quia misericordia Dei est infinita, quia non  
minus abiq; medijs, quam per ea, in tali casu regenerationem & salutem

clementer & potenter operari potest. Certè Deus, non tantum adulorum & seniorum Christianorum Deus est: sed & infantum, adeoq; seminis nostri. Filijs enim nostris non minùs quàm Patribus facta est promissio. Legimus Iudeorum masculos quàm plurimos in quadraginta annorum peregrinatione per desertum mortuos, nec octauo die circumcisos, sicuti Dominus præceperat: quis tamen eos saluatos neget? Cùm necessitate itineris conficiendi impediti, non fuerint circumcisi? Ad eundem modum nec Christianorum paruuli damnandi sunt, qui baptizati nō possunt. Vnde & Christus, licet dixerit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur: non tamen infert, Qui non crediderit, & non baptizatus fuerit, damnabitur. Posterioriùs enim membrum oimitrit, quia in casu necessitatis, si non ex contemptu negligatur Baptismus, Deus credentes alio modo salvare potest. Siquidem infinitam suam gratiam & misericordiam, non ita ad Sacraenta alligauit, vt eam non nisi per hæc conferre possit. Christus enim etiam infans factus, non tantum se-nibus, sed & infantulis est natus & datus, qui vt potuit Iohannem Baptistam in utero matris sanctificare: ita etiam nostros infantes in utero materno regenerationis dono ornare potest. Quapropter Christiani infantes suos, non tam vlnis, quàm pijs precibus Deo offerre debent, vt eos in clementiæ suæ vlnas recipiat, cùm ordinario medio, de quo Ioh. 3. agitur, priuentur.

Causa autem cur Iesuitæ hunc errorem defendant, hæc est, vt opulentiores pecunias ipsis offerant, quibus impetrant, vt infantes non baptizati in loca ab ipsis magicè & ethnico more consecrata sepeliantur; & vt ipsi tum Missas celebrent, tum oua serpentum, rosariorum globulos dicere debuissent, pro illorum salute vertant. Hisce enim etiam in inferno constitutos liberari posse, dixit Iesuita Richardus.

Baptismi insuper efficaciam, quantum in ipsis est, eneruant: dum tradunt baptizatos imperfectos esse Christianos, tūm demum verò perfici, vbi confirmationis Sacramentum (quod ipsi commenti sunt) suscep- perint. Sic enim Doctorem Sommermannum Iesuitam Landspergæ dicentem audiui: *Baptizati, & non ab Episcopo confirmati, sunt imperfecti Christiani.* Iesuita Stör aiebat: *Non confirmati sunt instar militum armis & hastis destitutorum.* Sed & hæc confirmatio, seu vnguentū papisticum, vt & cætra omnia, quæ in pontificio regno magnifiunt, quæstus gratiæ est inuen-tum. Vidj enim Romæ & Augustæ suffraganeis multa & splendida of-ferri

ferri munera à parentibus, qui liberos suos vngendos & illiniendos vngentarijs illis adducebant.

Sic falsa quoq; Iesuitæ de Baptismo tradunt, dum baptizatorum concupiscentias & motus, omni peccatorum labo, in non consentientibus carere dicunt. Hoc verò eum in finem singunt, vt supererogationis suæ opera sic tueri, & Legis perfectionem sibi suisq; adscribere (quod est Christo suam gloriam nefariè adimere) possint. Insuper Iesuitæ omnino non baptizant, præterquam in India, & locis illis, in quibus nulli Sacerdotes sœculares haberi possunt. Ratio illorum est, quod raro Iesus, à quo se nominari dicunt, baptizârit. Item: Ne præmia & oblata sœcularibus admant Sacerdotibus, quæ ipsis à parentibus baptizandorum offeruntur.

Quod si verò breuiter, quid inter Iesuitas obseruârim, indicare debam: affirmo, quod de Baptismo nihil omnino sentiant. Nam aperte suis dicunt: Ingressus ad Societatem est lauacrum, quo ab omnibus mundi peccatis lauamur & perficimur. Item, Sacramentalis pœnitentia est tabula, qua ex naufragio mundi deferimur ad portum salutis. Quid verò atrocius ad contumeliam Baptismi, qui Paulo lauacrum regenerationis & renouationis est, dici posset? Sed veniet tempus, quo iustas suarum blasphemiarum pœnas luent.

De Sacramento Altaris quæ Iesuitarum sit opinio & falsitas, supra dictum est; neque cum tædio Lectoris eadem hic repetenda puto.

Adducunt autem præter duo illa Sacraenta à Christo instituta, quinque alia: nempe Confirmationem, Pœnitentiam, Coniugium, Ordinem & Sacramentum extremæ vocationis. Rectè autem vocant ea Sacraenta Ecclesiæ. Etenim non sunt à Christo instituta: sed sunt Ecclesiæ, & illius quidem non Christi, sed Antichristi vnguenta & figmenta, quibus munda Christi sponsa, ceu luto, contaminatur, ac vt Christus à Iudeis, sputis confpurcatur. Quia autem quinq; hæc falsò nominata Sacraenta, partim carent institutione diuina: partim promissione gratiæ: partim etiam elementis: ideo quilibet vel mediocriter in doctrina pietatis versatus intelligit, ea in numerum Sacramentorum nequaquam referenda esse. Sicuti Christi hostes Iesuitæ id ipsum ex Dei verbo & ex suis, quos citant, patribus discere poterant; nisi ad hoc se tantum voti Babylonios & ordinatos putarent, vt omnia Papæ mendacia defendant, & animalium venenum mel dicant, contra suæ conscientiæ testimonium, id quod reproborum proprium est.

Nostra confirmatio est doctrina Catechetica, per quam pueri nostri in Christiana religione & fide confirmantur. Sicut & olim catechumi*ni* instituebantur, & in doctrina fidei confirmabantur: Quibus Episcopi manus imponebant, testificantes illos veram doctrinam intelligere & amplecti. Ignorantia autem tum erant ociosae Papisticorum suffraganeorum ceremoniae, quales sunt, vnguentum, alapa, cereus, &c. quae tantum ad Christianum confirmandum & perficiendum conferunt, quantum Baaliticorum Sacrificiorum incisuræ ad ignem cœlitus supra sacrificium suum eliciendū. Et sunt ceremoniae illæ partim Leuiticae, quæ iam sunt abrogatae, partim vero magicæ & ociosæ, in quibus infulatus suffraganeus suum luxum, quem in vestibus ostentat, contemplandum, quaestus gratia exponit.

De pœnitentia suprà copiosè est dictum. Iam breuiter. Nostra pœnitentia est, peccata agnoscere & serio deplorare: nectamen sub sensu iræ diuinæ desperare, sed afflictam conscientiam fide in Christum erigere, atque per nouam obedientiam in præceptis Dei ambulare, sicque vitam Christiano dignam ducere. Hypocriticam autem illam & umbratillem Pontificiorum pœnitentiam penitus ignoramus.

*Gen. 2.* Coniugium confitemur esse ordinem ac statum sanctum, plium & à Deo institutum, in hunc finem, ut propagatione generis humani legitima terra impleatur, fornicatio vitetur, vita humanæ societas ac *coivaria* fraterna conseruetur, Deo cultores generentur, qui olim cœli incolebant. At Sacramentum propriè esse, nemo sanus dixerit: caret enim elemento: caret quoq; promissione gratiæ diuinæ de remissione peccatorum; quæ ad Sacramenti substantiam necessariò requiruntur. Mirum autem quod Iesuitæ & Papicola matrimonium Sacramentum dicunt, & tamen, tum semetipos eius gratia priuant, tum sacrificulos suos ab eo arcent. Cur vero non semetipos eius gratiæ participes faciunt? Sed hoc *Tim. 4.* ab ipsis fit, partim ut manifestum sit omnibus, illos esse Antichristi seruos, qui dæmoniorum doctrinam, quæ est coniugium prohibere, obseruent partim, ut salaces isti hirci, & spurci Epicuri de grege porci, eò liberiùs se se in vagæ veneris volutabro voluere possint.

Non firmiore fundamento ipsorum Ordo Sacramentum esse potest: eò quod peculiari promissione gratiæ, de remissione peccatorum, & elemento à Deo præcepto destituatur. Quin dum videmus, Papicolas nihil aliud agere, quam missare, & alienum ignem pro viatis & defunctis, offerre, illorum ordinationem tantam blasphemiam in Filium Dei esse dici-

dicimus, quanta maior excogitari non potuisset. Christus enim Apostolos ordinavit ad docendum Euangelium, ad ministranda sacramenta, iuxta suam institutionem, & gubernandum gregem eum, quem sanguine suo acquisiuit. At Pontificij suos ordinant tantum, ad celebrandam Missam. Quid verò factio illo suo Deo Mauzim & Missa sua peragunt aliud, quām quòd à verò Deo deficiunt, frustulum panis pro vero Deo colunt, & totum Christum, personam & officium eius in rei veritate abnegant? Sicut ij intelligunt, qui Missæ Pontificiæ idolomanias cognoverunt. Stultitia quoq; est illorum rasura, quæ illos, vt stultum cuculla, ornat. Vt & illorum vñctio, nihil aliud est, quām vel Leuiticæ vñctionis superstitionis abusus, vel ~~ταύτην~~ quædam, vel impressio indebilis illius characteris, de quo Iohannes in Apocalypsi scribit, quo filij Belial, & serui Antichristi scipios in thronum & officium filij Dei sacrilegè & & blasphemè intrudentes notantur.

Extrema deniq; ipsorum vñctio, ob easdem prædictas rationes in Sacramentorum censu esse nequit. Nostra autem vñctio est Spiritus sanctus, quo ipse Christus nos vngit, vt per eius gratiam ad omnes molestias animi & corporis preferendas robusti esse possimus. Olim quidem Apostoli homines vngabant ad sanitatem recuperandam. Pontificij autem eam non adhibent, nisi quando iam desperatum est de vita hominis, & vbi animaduerterint, iam iam Spiritum reuersurum ad eum, qui dedit *Vide D. I. ipsum.* Olim Apostoli ista miraculosa vñctione Euangelij doctrinam *cobi* *An-* confirmabant: hodie Pontificij quæstus gratia vnguentum istud ven- drea dispa- dunt. Itaq; vñctio illorum extrema nihil aliud est, quām magicus qui- tationem lusus, peruersa superstitione & ociosa ceremonia, quam in corpus pe- de Extre- nè exanime exercent. Quid quòd Christi meritum eo vnguento, ceu maynt. muscis inicctis, perdunt, dum membra quæ inungunt semimortua, o- minium peccatorum, quæ admiserunt, remissionem per istud lutum, non autem per Christi passionem, consequi asseuerant? Vnde & ipsi saniores Papistæ dicere solent: quid me fœtidum istud oleum in extremis iuuabit? Si viuis veniam non consequutus fuero, nihil mihi mortuo oleum istud professe poterit. Et ciuem quendam Landspergensem de- cumbentem dicere audiui: Nolo, vt me animam agentem sacrificuli vngant. Nam si damnatus fuero, & oleo vñctus ad ignem descendero infernalem, eò magis torquebor: & in sepulcro, vermes eò delicatiùs ha- bebunt, membra inuncta corrodentes. Hęc autem dixit, ridens astantem Iesuitam, qui adhortabatur illum, vt Sacerdotem aduocaret, & ab eo ex- tremam

tremam vunctionem acciperet. Iesuita autem illa audiens, excanduit, & discedens hominem istum Lutheranum & hæreticum esse dixit: ac proinde indignorem, quām cui catholica illa proponerentur. Sed valeant isti cum suis cacolycis. Nobis Christianis ad regenerationem spiritualem Baptismus, ad fidei confirmationem Sacramentum corporis & sanguinis Christi, ad plenariam peccatorum emundationem, solum meritum Christi & eius obedientia, quā per fidem nobis applicamus, sufficit.

Quæ autem Iesuitæ porro de istorum Sacramentorum suorum valore, extra Dei verbum sentiunt & scribunt: ea plenè refutata in disputationibus & alijs scriptis, à nostris Doctoribus editis, habentur. Quæ autem sit arcana, mystica & acroamatica Iesuitarum de ipsis opinio, & quomodo ipsis, ea sibi applicent, suo tempore, Deo iuuāte, declarabitur.

### 18. De Ecclesia, Iesuitarum sententia.

*Iesuita.* **E**CCL<sup>E</sup>SIAM Papæ & Iesuitarum, ipsissimum Antichristi cætum &  
*Turrianus* Satanæ Synagogam esse, nemo Christianorum inde à Lutheri tem-  
*Hoffaus.* poribus dubitauit, si modò illorum doctrinam & mores, vel ipsi inspe-  
*Matth. 23.* xerunt, vel de ijs legerunt & audiuerunt. Licet autem saniores Iesuitæ  
*2. Thess. 2.* non negent, multa in Papatu inueniri scelera, quæ Antichristum satis  
*Crusius* perspicuè demonstrent, & seipso illos esse, qui in cathedra Christi se-  
*Iesuita.* deant, sed eiusdem doctrinam & Euangelium oppugnent: ac proinde  
*Luth. Do-* tempa ut lutum lucerna exornat, orationis domū in latronum spelun-  
*min. 2. ad-* cam, populum Domini in Satanæ cætum, vineam Dei in solitudinem,  
*uent.* filiam Regis in turpe scortum, ouile Christi in luporum stabulum con-  
*Matth. 21.* uertunt: tamen scribere & dicere non erubescunt, propria conscientia  
 eos mendacij argente, se veram esse Christi Ecclesiam. Ut ergo illorum  
 vanitas etiam in hoc articulo omnibus innotescat, illorum de Ecclesia  
 opiniones qualiter eas ex illorum ore audiui & scriptas legi, referam.

Primò sunt, qui dicant Ecclesiam Christi in his terris esse visibiliem, cuius ornatus, non tam intrinseco quām externo splendore definiatur. Sic Iesuita Turrianus, ex sacrificulo Cardinalis Alexandri Farnesij, senis libidinosi, factus Esauita, contra Antonium Sadaëlem, Ecclesiam visibilem esse contendit: hanc solùm ob causam, vt visibilis capit<sup>is</sup> tueri possit.

Idem

Idem Philosophaster contra eundem Sadaëlem, Lutheri, sic enim ipse loquitur, Ecclesiam Christi cœtum esse negat. Rationes, quibus vti-  
tur, sunt. Primo quod ex Tertulliano profert. Semper veritas antecedit. Sed ante Lutherum illud Euangelium non fuit. Ergo Euangelium, quod docuit Lutherus, est falsum. Non autem videt Sophista, veritatem Lutheri, hoc est Euangelium quod Lutherus docuit, Papatum multis annorum saeculis antecessisse: vt pote quod ab ipso Dei filio primis generis nostri auctoribus statim post lapsum annunciatum est, ac inde per Patriarchas & Prophetas sapienter repetitum & explicatum, tandem autem per Christum & Apostolos vniuerso mundo propositum: quod tandem postremis temporibus, mendacia à Pontificibus interducta ita quidem per aliquot saecula obscurauerant, vt inter tantas pontificias tenebras in excæ-  
catorum cordibus lucere non potuerit: nunquam tamen defuerint, qui Papæ & cius assclis resisterent. Sicut series & historia temporum id comprobant, & in peculiari libro, qui inscribitur Catalogus testium veritatis, copiosè ab Illyrico demonstratum est.

Secundò ait, Ecclesia non potuit carere vera fide. Sed ante Lutherum caruit ipsius fide. Ergo fides Lutheri non est vera, sed falsa. Ah miseram & elumbem sophistificationem! Si de fide Lutheri cen individui loquitur, sanè antequam nasceretur, nulla ipsius fides esse potuit. Quia non entis nullæ sunt qualitates. Quod si verò de doctrina fidic Lutheri, quam ex Dei verbo proposuit, loquatur, manifestum est mendacium. Neq; enim Lutherus docuit fidem, quæ ante ipsum non fuerit: sed illam, quain ab origine mundi, Deus in verbo suo absq; intermissione per organa abs se excitata, vrsit. Id quod à nostris Doctoribus firmius & dilucidius est demonstratum, quam omnes Iesuitæ refutare possint. Iesuitis verò & Papistis hæc fides noua & ignota est, quia Dei verbo relieto, non veram fidem, sed vanas opiniones ex proprijs adiumentib; & inutilibus traditionibus tradunt & suis instillant.

Idem nugator sapientius dicere solebat: miseri Lutherani habent fidem nouam, nouum Euangelium, nouum verbum, noua dogmata. Scilicet sunt hec noua eodem sensu, quo Pharisæi & Iudei olim Christi doctrinam nouam esse calumniabantur. Quæ tamen usq; adeò noua non erat, vt omnes Prophetæ toti in eo fuerint, vt suis vaticinijs eius aduentum & doctrinam illustrarent. Vnde Christus ipsis dicit: Scrutamini Iohann. j. Scripturas, hæc enim sunt, quæ testificantur de me.

Idem Ecclesiæ Novum & ultimam differentiam dicit esse Roma-

num Pontificem: imò illum esse formam Ecclesiae substantialem. Nov-

*2. Thess. 2. certè ex Paulo, cùm Antichristum esse docemus. Et Ecclesiam, quæ Pa-*  
*Iohann. 10. pæ Romano adhæret (quem tota sacra scriptura furem, latronem, lu-*  
*Matth. 7. pum, leonem & Antichristum docet) non Ecclesiam catholicam, sed  
 coniuratum cœtum, vi dolisque veram Ecclesiam oppugnantem, esse,  
 proh dolor, re ipsa experimur.*

*Idem etiam reprobos vera Ecclesiae membra esse tradit. Necessari-*  
*um profectò ipsi axiomà. Si enim reprobos ex Ecclesia Romana tollas,*  
*nulla prorsus erit. Sed reuera reprobis eandem in Ecclesia Christi for-*  

*2. Pet. 2. man, quam diaboli & impostores in Dei cœtu, aut ~~in~~ <sup>in</sup> carnali pœnali, labes*  
*ac macula (vt eos Petrus nominat) in corpore humano habent, &c.*

Alij Iesuitarum, putant eam veram esse Ecclesiam, quæ Christum  
 Deum & hominem esse, fide historica credit: at simul statuere eundem  
 solum unicum totalem, sufficientem, perfectum Salvatorem & libera-  
 torem nostrum esse, id verò non de substantia fidei, in verâ Ecclesia vi-  
 genti, esse arbitrantur. Viderint autem Iesuitæ, ne ipsum quoq; diabo-  
 lum intra Ecclesiaz suæ gremium recipient. Neq; enim is negat, sed cre-  
 dit, scit & fatetur, Iesum Christum Deum & hominem esse. Viderint  
 quoq; qua ratione & quo titulo nomen Iesu sibi arrogent: cùm veros Ie-  
 suitas, hoc est, eos qui firma fiducia in Iesum credunt, eumque unicum  
 suum Salvatorem esse profitentur, ferro & igne necant, seq; ipsos cruci-  
 re innocentium aspergunt & inebriant: putantes eam unam & solam es-  
 se veram doctrinam, quæ homines suis proprijs operibus gratiam Dei &  
 æternam salutem consequi posse tradit, & eam catholicam Ecclesiam,  
 quæ huic doctrinæ assensum præbet. Netamen Christum penitus exclu-  
 dant, ei hunc deferunt honorem, quod is principium fecerit nostræ sa-  
 lutis. Sic enim Romæ, Iesuitarum in domo professæ concionator, in hor-  
 to Spinulæ mihi dicebat: Lutherani, vt audio, se sola fide in Christum,  
 quem pro nobis satisfecisse dicunt, salutem consecuturos putant. Sed  
 errant, non intelligentes nos esse illos, qui nostris meritis, incoharam à  
 Christo salutem, absoluere ac perficere debeamus. Non vident, ait (blas-  
 phemias euomens, & se ipsum Salvatorem constituiens, perditionis filius)  
 Christum tantum mortuum esse pro nobis, vt esset principium salu-  
 tis, nostrum verò esse illam plenè promereret. Annón huiusmodi sermo-  
 nibus se vivæ Antichristi membra esse declarant? Christi siquidem ber-  

*2. Thess. 2. cia negant, & seipso, quasi Dij vel Salvatores essent, in templo Dei o-*  
*stant.*

Alij,

Alij, vt Ingolstadienses Iesuitæ, Germanorum Lutheranorum Ecclesiam falsam propterea clamitant, quod inter illos subinde tot dissensiones, sectæ, errores & scandalia suboriātur. Quasi verò propterea damnanda sit ipsa doctrina Euangelij, quod hæretici eam depravant, & perulantia ingenia corrumpunt. Res ipsa ab abuso discernenda est: nec innocentia Ecclesiæ tribuendum, quod malitiosa quædam hominum mentes committunt. Sed Iesuitæ nostri sunt sapientuli isti, qui ipsam sapientiam iustificant, & Spiritum sanctum instruunt, qua ratione Ecclesiam absq; turbis & dissensionibus regere ac gubernare debeat. Si tamen quis rem penitiū inspiciat & diligentius consideret, quinam sint illi, qui ferant bella, excitent sectas, moueant seditiones, prodant Christianos, disseminent zizania, tradat falsa pro veris, quod isti nostri Ecclesiæ adscribunt: is reuera deprehendet maximè tales esse magistros nostros, censores rerum Theologicarum, Assistentes, Controuersistas, Decisores & Concluſores, sicuti ipsis nominant. Vsque adeò abest, vt vera Ecclesia ista faciat, vt potius magno cum tædio perfette cogatur.

Iesuvita Lutzius Landspergæ pro concione dixit, Nos, nos inquam, veram Christi Ecclesiam esse, minimè dubitemus, est enim inter nos alta pax, consensus, & doctrinæ concordia: Inter Lutheranos verò nil quam dissensio & discordia. Hæc ille. Atqui nos concedimus quidem aliquam inter ipsis esse concordiam: sed non quæ sit secundum Iesum, & quæ Christi glutino copuletur: verum talem, qualem confederati inter se latrones & eiusdem conspirationis, proditionis, seditionis & hæresios socij habere possunt. Conspirant enim & conueniunt Iesuitæ aduersus Christum & membra eius, & instar serpentum concatenati, per vniuersum terrarum orbem circumrepunt, falsaque doctrina Christianorum calcaneos mordent, verbum Dei corrumpunt, Sacramēta mutilant, pacem turbant; omnibusq; quibus possunt modis, pijs nocent. Quod verò olim sub Papatu & etiamnum hodie inter Esauitas pax inuenitur, nō est mirum. Satanas enim ibi quoque alta pace fruitur, & ceu in atrio suo quiescit: ideo & suos in pace relinquit. Nos verò, qui tyrannidem ipsius effugimus, & gladio spiritus ipsi resistimus, persecutur, nec tantum extrinsecus nos oppugnat: sed quantum possibile ipsi est, intra ipsa Ecclesia septa tumultuantur, piosq; turbat.

Alij, vt Iesuitæ Landspergenses, Ecclesiæ has adscribunt notas. Dicunt Ecclesiam esse *ueracarissimam*: *vham*: *sanctam*: *Romanam*: *Catholicam*: & *Apostolicam*. Cumq; haec notæ apud ipsis inueniantur, ipsorum Ec-

clesiam veram esse. Et sanè est ipsorum Ecclesia Apostolica, si intelligas Satanæ Apostolos, hoc est, dæmonum nūcios, qui circumneunt Christianorum greges, quærentes quos deuorent. Est enim Iesuitis à Papa speciali voto iniunctum, ut quoscunq; possunt, vel seducant, vel perdant. Alias eos verius apostaticos quam Apostolicos dixeris. Catholici quoq; sunt, si ~~gabbarinov~~ dixeris, quod vniuersale omnibus est commune, cumq; peccare omnibus hominibus commune sit, ipsis tamen Pontificijs etiam turpissimis sceleribus & flagitijs se contaminare communissimum est: qualia sunt: concubinatus, adulteria, stupra, fornicationes, masculorum concubitus, Sodomia, & Idololatria, omnino catholicissimi dici merentur. De quibus catholicis ipsorum peccatis olim recte quidam cecinit Poëta.

M.I.VV.

Heus sacrilega &amp; male rasa cohors siccotuos.

Quin adiuves palo, Papas veneficos,

Magos, &amp; indomitis qui turpe, prob pudor,

(Episcopos) vitium mulibus inferunt:

Qui coagreduntur masculis nepotibus,

Sacrum prementes turpiter connubium.

Heu grande nefas, scelus haud auditum à seculis.

1 Cor. 6.

Quales sceleratos catholicos vel potius ~~ignorantes~~, Paulus negat re-2 Thess. 2. gnūm cœlorum consecuturos: sed perditionem illorum finem futurum affirmat. Romana dicitur & est, quia Romanorum superstitiones gentilitias mordicus tuerit. Vnde ipsis Iesuitis testibus, Papa pius V. recte dixit: *Romam abduc magis gentilizare, quam christianizare.* Qua de causa etiam Iesuitæ, verius Romulidae, quam Iesuitæ dici possent: quia maiori constantia, Romanas inceptias, quam Iesu Christi doctrinam facram tueruntur. Romana quoq; dici potest Ecclesia, iuxta veterem Ioannis Monachi Nomenclaturam: qua Roma, quasi rodens manus dicitur. Iuxta versus:

Roma manus rodit: quas rodere non valet qdir.

Dantes exaudet: non dantibus ostia claudit.

Curia curarum genetrix, nutritrixq; malorum,

Ignotos notis, in honestis aequat honestos.

Sic eadem Sancta dicitur, aut per ~~annæ et annos~~, quasi minimè sancta, aut certè non à sanctitate Christi: sed ea, quam ipsi sibi ipsiis adscribunt & assingunt. Excogitant enim Iesuitæ sibi ipsiis multò maiorem sanctitatem, quam quæ à Christo credentibus gratis est imputata. Quæ sanctitas ipsis

Psal. 32.

Rom. 4.

tas ipsis est Papalis, Romana, Ignatiana, Loiolitica & regularis. Vnde & Iesuitæ à reliquis catholicis Papistis dicuntur, sancti Societatis patres, & viri sacratissimi. Cùm ergo Iesuitæ CHRISTI IESV sanctitatem repudient: certè nec Iesu nec Christiani hominis nomen sibi arrogare debant. Christianorum enim sanctitas ex communis sanctitatis fonte, qui Christus est, in credentes omnes deriuatur, vel, (vt Paulus & David testantur) gratis absq; operibus imputatur. At Iesuitæ peculiarem quādam sanctitatem pro se suisq; habent, ex suis meritis, qua etiam cum pri- mis gloriantur.

Vna est etiam illorum Ecclesia, non fidei unitate aut Sacramentorum à Christo institutorum ~~coiavia~~: sed vna sunt congregatio, vt Iesuita Turrianus loquitur, quod sub uno capite, Papa Romano, viuant, & eum solum ut vicarium Christi, colant. Ut igitur diabolus est vnum quiddam cum suis organis: Ita etiam Iesuitæ sunt vnum in Papa seu Antichristo Romano: vnu nimis fasciculus, aeterno igni destinatus. Marent ergo Iesuitæ cum reliquis Papistis Ecclesia & societas apostatica & eacolyca, sub uno capite Pontifice Romano, varias superstitiones Ethnicas constanti malicia defendantes & propagantes. Sunt strenui operarij nequitia & versutia, in pileis quadratis, tunicis longis, casulis leuiticis, rasuris satuis, eucullis & vestibus stultorum, discrimine ciborum & dierum, ferijs profanis, monachatu novo, Missis idolatricis, cultibus sanctorum impiorum, & alijs id generis innumeris externis, corporalibus & caudicis rebus: Corda interim habentes sine fide, sine timore Dei, sine spe, sine dilectione & operibus lege diuina præceptis. Sancti scilicet sunt hypocrites, sancti Pharisei, sancti, ut rem uno verbo dicam, diaboli; qui multiplices & horribiles dilacerationes faciunt in Ecclesia, Repub. & cœnomia Christiana.

Habent quoq; Iesuitæ alias Ecclesiæ notas, quām quas nos ex verbo Dei ponimus. Nos veri cœtus Christiani notas & insignia, ex Dei verbo hæc esse dicimus: synceram verbi prædicationem, legitimum Sacramentorum usum, cum externa obedientia erga ministerium verbi. Quæ si in partes didicantur, hæc membra conficiunt; sacram Dei verbum: sacrosanctum Baptismum: Cœnam Dominicam: administrationem clavium, quibus publicè vitetur Ecclesia: ordinationem ministrorum Euan gelij: precationem seu veri Dei invocationem, gratiarum actionem, & numinis diuini, trini & unius celebrationem: observationem Decalogi: patientiam in cruce: decorum & cœtu[m] ceremoniarum & dierum fe-

storum in Ecclesia. Has notas quia Iesuitæ non penitus tollere possunt; temeraria tamen audacia ita corrumpunt, ut nihil sancti in ipsorum Ecclesijs de hisce notis videre licet. Docent enim, ut supra demonstratum est, verbum Dei esse obscurum, materiam hæresios: & pro verbi diuini veritate traditiones humanas substituunt: has nequaquam dicunt, ut Christus (quem impie mendacij arguunt) esse inutiles; sed bonas, vtilem ad salutem æternam necessarias, omnium rerum sacrarum sacratissimas & mysteria Spiritus, quæ omnibus, ut Iesuita Canisius dicit, pro sacrosanctis habenda, firmissimaq; fide retinenda sint. Et si quis secus statuat eos, idem infernalis canis seu cerberus, ceu pestes quasdam exitiales, fugiendos & execrandos, Colonenses verò Iesuitæ, comburendos, clamant. Ad sacram Baptismi lauacrum regularum atq; rituum suorum obscurationem adjiciunt, eiq; æquiparant. Pro cœlestia Missam idolatricam obtrudunt, & Christianis calicem, in quo sanguis Christi distribuitur, suffirantur. Claves Ecclesiæ genuinas & publicas mutant in priuatas & adulterinas, ad arcas regum aperiendas & coronas ipsorum abripiendas: vnde & claves Ecclesiæ solius Papæ esse mentiuntur. Pro legitima ministrorum Euangelij vocatione & ordinatione, introducunt sacrifici-

*Episcopi* culos Baal, hoc est, Missifices, à Papa vel Vescouitis eius magicè consecratis, confirmatos, chrismatos, vñctos & raflos, adhoc vocatos & ordinatos, vt Dei verbum corrumpant, Sacraenta mutilent & alienum ignem, *Vescoui.* cultus & sacrificia idolatrica Deo offerant: suoq; censu lacteo cx incestu & concubinatu illorum contracto, Antichristi Romani luxum & libidinem iuuent ac promoueant. Pro inuocatione & adoratione veri Dei inuehunt mortuorum inuocationes, imaginum adorationes & alias innumeræ Idolatriæ species. Pro cruce Christi, & afflictione piorum, suos affecias docent sectari luxum Papæ, superbiam Cardinalium, libidinem Episcoporum & auaritiam Monachorum: vel faciunt homines scipios affligere, sibi ipsi ob violatas Papæ traditiones, violentas manus inferre: vel pro salutifera Christi passione, minutæ ligneas cruces, mortuorum reliquias (quæ non raro sunt portiones de cadaveribus brutorum) magna impostura & fraude *χρηματικ*, suis colendas proponunt. Decalogum propter suas traditiones securè transgreduntur; Ecclesiam, Dei hypocriticis, superstitiosis, partim Iudaicis, partim Ethnicis ritibus, & theatraicis lusibus, quibus prædicatio Euangelij impeditur, magna ænægia obruiunt, & ceu diluvio quodam inundant, ut interim nihil de magicis illorum artibus & exorcistis dicam.

Ester.

## DE IESVITARVM DOCTRINA.

52

Est ergo reuera Ecclesia Iesuitatum, cōtus ab Antichristo euocatus, vt veram Christi Ecclesiam supra Dei verbum & Sacraenta Christi fundatam & confirmatam, pontificibus arietibus oppugnet, bellumque contra Dei populum gerat; non aliter, quām vt olim Iudæi prophētas, & Pharisæi Christum persecuti sunt. Dicitur ea Davidi Ecclesia malignantium, & propheta Esaias egregie, quasi Iesuvitas nostros oculis vidisset, eam describit, dicens: Appropinquat mihi hic populus ore suo (Iesuitæ etiam nomine appropinquant) & labijs me honorat: cæterū cor eorum longè abest à me: sed frustrà me colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum: seu, vt Paulus ait, doctrinas dæmoniorum.

Cum igitur vel Sole meridiano clarius sit, Romanam Ecclesiam, qualis modò est, & societatem Iesuitarum, abundare non tantùm scriberibus infinitis, maximè horrendis & innumerabilibus, sed etiam cum primis corruptela veræ de Deo doctrinæ & Sacramentorum. Proinde nemo nobis vicio vertet, quod illam ceu Satanæ Synagogam à Deo abiectam & ipsi fugimus, & omnibus fugiendum censemus: & satius est in domo Dei abiectum, quām in speluncis latronum illorum Episcopum esse. Quid enim proderunt honores huius sc̄culi, si quis in altero iacturam animæ sit facturus.

Sed hæc etiam de Iesuitarum doctrina & erroribus præcipuis dicta sufficiant. Possem equidem & vellem plures recensere, quos ab illis audiui errores: nisi iudicarem, reliquos ex præcedentibus satis colligi posse, & metuerem, me Lectori naufragam his Esauitarum fecibus proferendis moturum. Iam ergo filum scribendi abrumpo, quia neminem futurum existimo, qui non ex ijs, quæ hæc tenus scripta sunt, agnoscat, Iesuitas nihil aliud esse, quām Papæ Romani mancipia, & ultimos mundi pseudoprophetas, omnibus deuitandos, nisi cum illis seduci & damnari velint. Id enim ipsum fatentur, dum se urbis Romæ filios vocant. Sic Hoffæus mihi dixit: alij nos vocant Esauitas, alij Iebusitas, alij Giezitas: sed eiusmodi sermones nihil moramur: verū ridentes ipsis vicissim dicimus, nostrum patrem esse Papam; matrem urbem Romam. Dispiciendum igitur erit paucis, qualis sit ipsorum pater, & qualis mater. Qualis pater & mater, tales etiam erunt filii. Iuxta illud:

Mops Nisa datur, coruo datur pupa tetra:

Qualis pullus erit, quem fert commixtio talis?

CAPVT

## C A P V T X.

*De Iesuitarum Patre, qui est Papa, & Ma-  
tre, quae est Roma.*

**E**S VIT ARVM pater ipsorum confessione est Papa, est autem Papa Deusterrenus & Dominus huius saeculi, strenuus diaboli miles, Christi aduersarius & avenger, filius perditionis & sceleratus: diabolicum, haereticum, idolatricum, meretricium, adulterum, sacrilegum, superbum, astutum, seditiosum, rabiosum, sanguinarium ac stolidum Ecclesiam Romanam caput, quod verbum Dei corruptit: meritum Christi negat: Magistratum politicum contemnit & pedibus calcat: matrimonij ordinem a Deo institutum prohibet: ciborum discrimina constituit: Sacramentorum numerum adauget: traditionum humanarum obedientiam requirit: immensam potestatem leges ferendi, interpretandi Scripturam, cultus nouos instituendi, peccata soluendi & ligandi, sibi arrogat: atque in templo Dei sedens pro Deo ipso se venditat.

Papæ, quale hoc monstrum? quis illud non admiretur? Rectè igitur Papa à voce papæ dicitur, quia est admirabilis.<sup>1</sup> Quis enim non miretur: hominem natum non amplius esse hominem, sed haberi pro Deo: & eum, qui se pro Deo venditat, non esse in celis, sed habitare inter homines? Eleganter igitur ille in Clementinis dixit:

*Papa stupor mundi, qui maxima rerum es,  
Nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter utrumq[ue].*

Huius sacratissimi (si Deo placet) patris sanctissimi filii sunt Iesuitæ, similes nimirum suas habent labra lactucas. Neque enim lupi agnos parunt. Sunt ergo Iesuitæ filii Papæ, nepotes diaboli: sicut Satan eos in India filios suos vocare solet: qui & ipsi (nam à boue maiori discit arare minor) in templo Dei sedentes, verbum Dei corruptunt: Baptismi virtutes negant: Eucharistiam contra Christi institutionem mutilant: fidem in Christum tollunt, dubitationem tradunt: sanctos adorando docent: illorum imagines & reliquias inuocandas prostituunt. Et quis omnia enumeret, quibus Iesuitæ, filii Papæ, nepotes Satanæ, pro iusu Antichristi, scelere IESU CHRISTO opponunt, ut & se aduersarios Christi adeoq[ue] quod

quod reuera sunt, Antichristianos ostendant & declarant. Quicquid ergo Patri insano adlubescit, id obsequentes hi filij summa animi alacritate expediunt. Atrociora maioribus suis ausuri, nisi Christus propediem eos cum Satana pedibus credentium conterat. Matrem vero suam vocant & dicunt esse urbem Romam: non illam, ad quam Paulus insignem epistolam scripsit, & cuius fides tum celebris fuit in vniuerso orbe. Sed eam Romanam, quam hodie videmus, omnium scelerum esse matrem, & publicum omnis idolatrie stabulum, è quo cœu ex abysso infernali extiales bestie, bruchi, ranæ, locustæ ad perdendam omnem terram, prorumpunt. Qualis igitur est mater, tales etiam sunt filii eius. Est autem Roma, non, ut olim, lux gentium & domina orbis: sed tetra vorago libidinis, & turpis serua omnis spiritus immundi: in qua Papa non successorem D. Petri, sed (ut ipse Adrianus IIII. confessus est) successorem Romani agit. Qui latrocinijs urbem Romam extruxit: fraterno sanguine moenia eius imbuit: vxores & virgines praetextu religionis rapuit & violauit. Idem Papam facere, & in hoc theatro & mulos ipsum habere Cardinales & Episcopos Romanos, nemo dubitat, nisi qui nunquam Romæ vixit. Vere restari possum, me Romæ vidisse Papam, Cardinales, Episcopos, Clericos, Monachos & Moniales, praesertim in templo S. Petri talia perpetrare scelera: qualia honestas & pietas, imò ipsa natura vel cogitare horret: nedum, ut quis sine piarum aurium offensione ea recēdere possit. Quorum tamen descriptionem generalem D. Paulus ad Rom. i. de- dit, cùm absque offensa, ut dixi, Dei & piorum, species non possint enumerari.

Breuiter, hæc Iesuitarum mater, vrbis Roma, est illa, quæ crura sua, ut Ezechiel ait, expandit omni prætereunti: est meretrix illa abominanda, quæ fornicationis poculo Reges terræ inebriat: in qua, Romanizare (ut dicit Monachus Franciscanus Iohannes Ingolstadij in Albertino collegio) idem est, quod Gomorrhizare & Sodomitare: Ad hanc urbem (ut dixit plus Rex Alphonsus) omnes harpyæ, tanquam ad proprium suum ni- dum, conuolarunt. In quo sunt serui seruorum, non pietatis sed omnis impietatis, Schiaui multò cattiuui, quales sunt Papa, Cardinales & vniuersitatis eius clerici. His seruis Romani, olim liberi, nunc serui facti, ad numerum eorum seruire coguntur. Ut in versu dicitur:

Seruerant tibi Roma prius Domini Dominorum:

Seruorum serui, nunc tibi sunt Domini.

In hac urbe Archiepiscopi (ut Monsignor della Casa, olim Apo-

Ezech. 16.

Vide Sle-  
Rr stolicæ dan. lib. 21

stolicæ cameræ legatus, & alij) Sodomiam commendarunt seu rem diuinam. In eadem quibusdam nulla, quam Sodomitica libido placet: In eadem disputatione, an Matrimonium sit melius quiddam quam Sodomia. Et Iesuita Fabricius Romæ mihi in faciem dixit: *Ego mallem Sodomiam exercere publicam, quam contra Papæ mandatum inire matrimonium.* Iesuita quoque Andreas, Romæ, apud S. Andream Iesuiticorum nouitiorum informator dixit: *Non minus peccat Sacerdos, si uxorem ducat, ac si cum muliere rem habeat,* Ego Romæ vidi Cardinales & Episcopos, Canonicos & Clericos publica scorta ex tēplis ad vicina lupanaria sua rapere, & publicis in plateis, feminas prostituta libidinis ad currus rhesaq; suas trahere, & in hortos suos abducere. *Quid? Quod temporibus peregrinationū & stationū, honestæ matronæ non audent in publicum prodire, eò quod pudicitia ipsarum insidiæ struantur?* Nam mulieres inuitas abducunt, & deinde pecunia placatas, nummisq; onustas, ad maritos remittunt. Plerique etiam illorum apud improbos ciues sua scorta alunt. *Quin & multos maritos ita*

*Radix.* corrumptunt, at proprietarum coniugum lenones agant. Ab ipsis quoque *Omnium.* Iesuitis audiui, Pontificem Romanum in urbe Roma ad singulos annos *Malorum.* ab Episcopis, clero & scortis ultra triginta millia coronatorum pro lauaritia, etis censu (vulgò vocant den Milchjins) in fiscum suum recipere? Et tandem Iesuitæ Romam, tam bellam & delicatulam ciuitatem, matrem suam dicere non erubescunt.

Audiant ergo quomodo proprij illorum prophetæ eam describant. Sic scribit Mantuanus:

*Viuere qui sancte cupitis discedite Roma:*

*Omnia cum licent, non licet esse pium.*

Si etiam cupis scire, quid in hac urbe disputetur & doceatur. Audies

*Le⁹ X.* ibi Papam dubitantem: An anima sit immortalis? Item: An Christus in Id factum terris unquam vixerit? Audies sacrum coniugium vituperantes: Sodomitiam vero laudantes. In hac licuit audire diabolum Cathedra Papæ in ribus Pauſidentem dicere: Ego sum Papa. In hac Papæ exercent magiam, ut Greci IIII. goriū VII. & alij plures fecerunt. In hac Iohannes XIII. & alij Papæ se Anno 1558. corporaliter Satanæ tradiderunt. In hac publicum scortum ad Papalem dignitatem cuectum est: Iohannes, prius Agnes dictus. Iesuitæ quidem edito libello impudenter id negare audent. Sed etiam hodie, quod ipse vidi & audiui, Romanorū pueri, illas plateas & locum, ubi statua Agnetis illius Papæ fuit, quam Pius V. in Tybrim abiecit, monstrare solent. Et notum est Romanorum proverbiū: quod originem trahit à creatione

Vione Papæ, in cuius declaratione, manibus sellæ subiectis, an creandus Papa vir sit, explorare solent, virumq; sentiētes, dicunt: *Ll Papa è maschio,* hoc est, Papa est vir. Et si quando Itali iocantur, atque inquirunt: quid noui quis sciat? Respondet alter: *Ll Papa è mashio.* Iesuita etiam Pietro Flandrus natione me per illam plateam duxit, in qua Papa illa peperit: per quam hodie Papa in Procescionibus suis nec trasgreditur, nec transvehitur. Cumque in loco illo starem, in quo statua illa feminea, manu dextra tenens parvulum, erecta fuerat, mihi dixit: Pius V. illam statuam Marmoream in Tyberim abiecit, ut memoriam historiæ illius aboleret: Sed tamen Itali talem fuisse Papam dicunt: neque sibi aliud, licet multi grauiter sint puniti, persuaderi patiuntur. Sed Iesuitæ iurati Papæ serui non audent aliud quam mendacia in gratiam sui Patris fundere, & falsa pro veris venditare.

Sed qui petit penitus ipsam Romanam cognoscere, eamq; quasi in spelunco contemplariis legat & meditetur Epistolam Pauli ad Thessal. in 2. Thessal. 2. & Iohannem in Apocal. de meretrice illa magna. Quid item illorum filij de ea scripserint. Mantuanus sic illam describit:

— *Petriq; domus polluta fluente*  
*Marcebit luxu. (Nulla hic arcana reuelo,*  
*Non ignota loquor, liceat vulgata referre;*  
*Sic vrbes, populiq; ferunt, ea fama per omnem*  
*Iam vetus Europam) mores extirpat honestos;*  
*Sanctus ager securis, venerabilis ara Cimedis,*  
*Seruit honoranda Diuum Ganymedibus aedes.*

Ipse Bernhardus Pontificis Romani sacerdotes vocat Antichri- *Anno 1140*  
*ti seruos, & Prælatos pilatos.* Glossa quædam de Roma dicit: *A latronibus*  
*vrbeam edificatam: eandem latronibus repletam; & à latronibus destruendam.* Saris-  
*burensis in obiurgatorio clericorum & in polycratico: Papæ spirituales,*  
*Pharisæos: ipsum Papam, Antichristum: Romam Babylonem dicit: Pe-*  
*trus Bloix, Romam quoq; Babylonem: officiales Papæ, Harpyas diabo-*  
*licas: sacrificulos, vitulos Bethel, sacerdotes Baal & Ægyptiacos idolola-*  
*tras vocat.* Arnoldus Episcopus Brixensis; & Petrus de vinea, a Cæsaris a *An. 1240*  
*Fiderici. 2. Cancellarius, Papam iniustum esse & iniustè gladium impe-* b *An. 1260*  
*ratoriū habere affirmant: b Gulielmus de sancto amore, Monachos Pa-* c *An. 1306.*  
*pæ vasallos & Antichristi seruos dicit: c Petrus Cassiodorus nobilis, Pa-* d *An. 1314*  
*pam Nabuchodonosorem facit & probat. Ut nihil dicam de testimonijis e *An. 1315.**

Dulcimida de Nauarra: e Arnoldi de villa noua: f Vuickkleffi: g Iohannis f *An. 1383.*

Huss, Hieronymi Pragensis, & aliorum, qui vno ore testati sunt, Romanum esse Babyloneum, cui dominus sit Papa Antichristus.

Libet sub finem unicum adhuc addere testimonium Francisci Poëta, qui Musa Italica de urbe Roma in hanc cecinit formam.

Fontana di dolore, Albergo d'ira,  
Schola de' errori, & templo d' heresia:  
Già Roma, hor Babylonie falsa & ria,  
Per cui tanto si piange, & si sospira;  
Officina d' inganni, e pregio d' ira,  
Oue, ben muore, e, mal si nutre & cria:  
De viui inferno: vn gran miracol sia  
Se Christo teco, al fine non si adira:  
Nido di tradimenti, in cui si coua  
Quanto mal per lo mondo hoggi si spande:  
Di vinserua, di letti & di viuande  
In cui lussuria fa l' ultima proua, &c.

Hoc est si Latinè interpreteris:

Irrarum sedes, omniūq; doloris origo,  
Mater es erroris, dogmata falsa docens:  
Roma tibi nomen, sed nunc Babylonie verè es  
Dicla dolo, fastu: te tamen omnis amat.

Regula de tribus, carcer mœroris & iræ,  
Hic pius emoritur, sed malus euebitur;  
Te velut infernum viuorum cur, ego miror,  
Non Christus tandem perdat & cijciat?  
Prodere conaris reges, & regna mouere,  
Totius mundi crimina sola pars,  
Dedita nequit i.c. cordi tibi pulchra voluptas  
Est, & luxuriat perditavita tua.  
Haec ego si paVCIs tibi scrisero singula verbis,  
Est AleCto Malis agnita: IVste fge.

Arithme-  
ticè.

Virg. lib.  
7. AEn. fo-  
lio 7.

Hæc est bella illa mater, quæ enixa est per abortum, hos Esauitas, qui ceu porci vineam Domini deuastant, & terram aëremq; ceu exitiales pestes, inficiunt: Deum blasphemāt: Christianos persequuntur: verbum Dei corrumput: Sacramenta mutilant. Breuiter: se Satanæ filios & Antichristi seruos esse, reip̄a demonstrant. Digni ergo qui cum progenito-

genitoribus suis, diabolo, Papa & vrbe Roma, præcipites ad ignis infernalis barathrum ferantur. Ut recte Poëta oravit:

*Tu magne Olympi Rector, & mundi arbiter,  
Graubus, precor, statuas tandem eternis modum,  
Illustre letis exeras terris caput,  
Longisq; habitata malis solare pectora.  
Rabidas trisulco Tigres iunde fulmine:  
Et qui pios Vulcani torrent ignibus,  
Hos tu Gehenna preme flammis Plutoneis.*

Docet etiam ipsa experientia, Iesuitas plerosq; tragicis modis ad inferna descendere: sicut ijs accidere compertum est omnibus, qui veritate relicta, ob turpem quæstum & mundanum honorem, se Antichristo Romano in mancipia tradunt. Hic enim est exitus illorum, quem Paulus, <sup>2. Thess. 2.</sup> perditionem, Christus ignem inextinguibilem vocat. Sicut ex sequentibus paucis patebit, vbi conclusionis loco exitum Iesuitarum ex hac vita, quòd is etiam alijs notus fiat, & ab ipsis deuitetur, ostendemus.

<sup>Matth. 25.</sup>

## C A P V T XI.

### *De Morte Iesuitarum.*

**V**ergo Ignatius Loiola Hispanus militiam deserere coatus fuit, quia iusto iudicio Dei, temeritatem eius punientis, per vtrumq; pedem æneo bombardæ globo ictus erat. Vnde postea pro belli armis, elegit sibi Papæ armaturam, & ascitis duobus Satanæ capitaneis, mendacio & homicidio, noui bellii, nouos socios conscripsit, eosq; vti ostendimus, suis regulis ita instruxit, vt intra paucos annos à Societatis ortu, multos ad deuandas Christianorum Ecclesias socios, emittere potuerit. Ita etiam Iesuitis ( quia impie facta, graues etiam comitantur & sequuntur pœnæ ) Dei hostibus & piorum inimicis accidere solet. Nam vbi suam *ad singulam* adimpluerunt, plerunq; etiam illorum dux, qui Satan est, iusta & factis digna salario & præmia distribuere solet. Et quare non? Cùm enim pertæsi periculorum & laborum huius mundi, quod est ignavorum & pusillanimum, se se Antichristi parti feliciori & magis potenti adiunxerint, à nobis defecerint, apostatae facti, Antichristo, diaboli vicario, stre-

niuē in idolatriæ castris seruierint: Ecclesiam Christi in his terris oppugnārint, digni etiam sunt, qui Apostatarum mercedem accipiant: & tantò maiorem, quantò ipsi Apostatae facti plures seducunt, & à veritate deficere faciunt.

Ioh. 8.

2. Pet. 2.

2. Tim. 4.

Gen. 3.

Solent autem Iesuitæ plurimos ad Apostasian pellicere, dum dolo & astu Satanæ repleti minùs in fide firmis persuadent, ipso non à fide & pietate deficere, sed maiores in utraque progressus facere, & ampliora, tum huius tum alterius vitæ commoda consequi. Sicuti & Eua à Deo deficit, seducta à diabolo, spem maioris excellentiæ, & suavitatem pomū illæta. Itaq; Iesuitæ Paralogismis serpentis antiqui instructi, & optimè artes Sophistæ illius, qui dicitur mille artifex, callentes, sic simplicioribus

*Richardi* dicere solent. En carissime, etiamsi accesseris ad Romanam Ecclesiam, *Iesuitæ In-* non tamen propterea deserendæ tibi sunt leges diuinæ, nō Euangeliū, *gastadien* sed tantum illorum verum & catholicum sensum consequeris: nihil *verba*, mni accipies, sed multa bona senties: poteris ad summos ascendere ho-  
& *Bona-* norum gradus, & nobis similis esse. Nos etiam in omnibus te iuuabi-  
uentur. *Rectoris* *An-* mus. Quid faceres ergo apud miseros & pauperes Lutheranos? Veniad  
ibidē. *An-* nos, poteris etiam nostra ope ad quancunq; petis functionem promo-  
*no 1582.* ueri. En quot, qualiq; doctrina & eruditione præstantes viri exierunt de

Lutheranis, qui iam opimas conditiones, prælustres abbatias, & ampli-  
simos Episcopatus obtinent, de quibus ipsis inter Lutheranos ne somni-  
are quidem licuit. Tuné ergo tuo damno, nos deserere yelles? Quin quò  
illi perueniūt, & quò tāta Doctoru multitudo deueniet, cō te quoq; fer-  
ri velis. Mane ergo nobiscū, sic tibi omnia erunt tranquilla & tuta. Pote-  
ris tibi ipsi, parentibus & amicis multūm prodeesse. Erunt tibi honores &  
dignitates, qua Lutheranis non contingunt. Senties multa vitæ com-  
moda, quibus priuatos nouisti Lutheranos: quorum conditiones sunt  
tenues & misellæ, in quibus vix habent, quibus se alant, nedum vt hære-  
dibus amplam aliquam partem relinquere possint. Multi veniunt, ai-  
nuitate stipendiij & expilationibus Ecclesiarum Lutheranarum con-  
querentes: & cum non sint primoribus affinitate iuncti, idē se non pos-  
se ad conditiones, sua persona dignas, promoueri. Quos nos propter v-  
xores recipere non potuimus: sed tamen eos in Ecclesiam Romanam re-  
cipi & politicis officijs præfici curauimus. Tu ergo si nobis obedieris,  
magna commoda accipies, teq; ipsum seruabis. Si minus certis suppli-  
cijs te subiicies, & corpore atq; anima peribis. His & alijs minis simul &  
promis-

promissis, profanas & mundanas mentes facile capiunt. Sicque seducti multi & apostata facti, veritatem, quam prius propugnarunt, postea virulentissime impugnant, falsaque Papæ dogmata viribus quantis possunt defendunt. Tales fuere nostro saeculo, Staphylus, Caspar Franck, Rabus, & alij: qui tamen omnes miserè perierunt.

Nam Rabus pий illius & optimè de Ecclesia Vlmensi meriti Doctoris, filius degener, cum mecum esset Anno 1584. Landspergæ, & de religione conferret, ait: Multa feci, Multorum & magnorum virorum auctoritate motus, quibus mihi iam contradicere non licet. Vocor iam Coloniam ad Principem Ferdinandum Ducis Bauariz fratrem. Causa autem vocationis, ut mihi Crusius Rector Iesuiticus Landspergæ dixit, erat hæc: Habebat ille Straubingæ amplissimam conditionem, ex qua in singulos annos 1500. florenos ad minimum capiebat: verum hi non sufficiebant illi. Omnia enim (vtrorū verbis Iesuitæ nobilis Schrenckij) Vencere, Baccho & alea perdebat, ac insuper etiam capitulum Canoniconrum multis debitibus alienoq; ære onerabat. Ut ergo ab hoc carcinomate liberarentur, Coloniam vocatus est. Siantem, ait, sanus reuersus furo aliam vitæ rationem ingrediar. Sed vix quinq; elapsis hebdomadibus, Iesuitæ literas accipiunt: Rabum illum vino sepultum, cum Ferdinandō Duce ad castra exiisse, ibiq; miserè à militibus occisum, & sine, ut ipsi dicebant, Sacramento mortuum esse. Gaudent etiam, dicebat Iesuita Lutzius, Canonici Straubingenses se hoc onere leuatos.

Caspar vero Franck, anno 1584. Ingolstadij moriturus, ut mihi retulit ipsius famulus, neminem ad se admittere voluit, dicens: Ego multa & feci & scripsi contra conscientiam: Discedite à me omnes, iam sum in foro iudicij, breui vel condemnabor, quod metu: vel saluabor, cuius tamen nullam persuasionis rationem in corde meo sentio. Sicque solus miserè expirauit. Qui etiam fuerint horrendi exitus, Staphuli, Chlaxi & aliorum nemo ignorat.

Sic Franciscus Spiera, post suam apostasiam ab agnita Euangelij veritate, quam in gratiam coniugis & amicorum, quò opes & dignitates suas retineret, commisit, in tantam incidit desperationem miser, ut nulla prorsus admittere potuerit consolations, sed cruciatibus cordis tandem consumptus miserè in desperatione perierit.

Sic Valentinus Bacæus ab Euangelica veritate, cuius erat præco, deficiens, & ad Papæ regnum concedens, à quodam sibi obuiante, dum Dullinga Lauingam ambularet, per fauces transfoissus est.

Stepha-

Stephanus Agricola apostata, in mari Adriatico in Germaniam redditurus, nauigans in mare se præcipitem dedit, ibiq; scipsum Plutoni suo, quem quaſtierat, sacrificauit.

Sed quid hæc reſero! Iefuitæ eius rei nobis quotidiana præbent exempla. Ego Romæ, anno 1583. multos Iefuitarum audiui & vidi miferè succubuisse & perijſſe.

Ex Gallia quidam veræ ſententiæ de Euangeliō Christi addicti, Romæ, ob rerum inopiam, in partes Iefuitarum impias descendunt. Illi ergo poſt paucos mēſes ex vrbe Neopolitana Loreto versus proficiſci volentes, exorta tempeſtate in mari, ceu olim Ionas Dei iram, agnoscunt, & quaſi ad viam reddituri Christo acclamant, ſed miferè in mari pereiunt. Quia tamen errores reuocare ſunt conati, pro hæreticis ſunt dannati, vt retulit mihi Romæ Iefuita Hugo. Illi fuerunt decem, & factum hoc eſt anno 1581.

Ignatium Loiolam primum Societatis auctorem, ipsius vitæ ſcriptor, placide defunctum ſcribit. Sed Turrianus Iefuita mihi notissimus ſep̄e dixit: illum in Cœna, Prandio, Miffa, in recreationibus etiam ita à dæmonib⁹ exagitatum, vt in magna copia frigidissimum mortis ſudorem fuderit. Bobadilla dixit: illum ſapius conqueſtum, ſe nunquam & nullibi à dæmonibus tutum eſſe poſſe. Octauianus Iefuita, Romæ minister, ſeu nouitiorum œconomus, retulit mihi dicens: Sanctus erat noster pater Ignatius: ſed circa agonem ita tremebat, quaſi febri eſſet correptus, & ſuſpirans dixit: Multa bona contuli in Eccleſiam Romanam: multas noſtrorum prouincias, multa collegia, domus, residentias & opes noſtræ Societatis vidi: ſed hæc omnia me deſerunt: & quod in vertam ignoro. Turrianus dixit: ipsius comitemeſtum aſſiduum, vſq; ad Miffarām, fuiffe dæmonem. Tandem vero cum tremore iſpum obiijſſe: mortuumq; nigerrimo vultu conſpectum eſſe, idem affirmauit. Cum anno 1554. ipsius corpus ad templum, ab Alexandro Farnelio extructum, transferre vellent, teſtibus omnibus Iefuitarum Profeffis, ipsius cadaueris oſſa non ſunt inuenta: fingenib⁹ iſpis ea eſſe per angelos forſan translata. Quod ego non negarim: ſi angelos malos intelligent.

Xauierius, in India Iefuiti ordinis primus, inſignis impostaor, quem vt Gentes ſuum adulterum Louem in Deorum album, ita Iefuitæ hunc & impium militem Ignatium Loiolam in Diuorum numerum retulerunt, miferè in littore maris perijt.

Ipſe Turrianus, cuius ſapius nunc facta eſt mentio, mihi aliquoties Romæ,

Romæ, cùm apud S. Andream, tum in domo Iesuitarum professa, conquestus est, se assidue spectris terrori nocturnis & diurnis. Vtinam, inquit, Augustanam Confessionem, contra quam scripsi, & liberos Antonij Sadaelis Lutherani, mei antagonistæ, nunquam legissim : illi in ita dubium fecerunt ( quod tamen tibi amico meo sub rosa dictum velim ) vt neq; prorsus Lutheranis assensum præbere, neque omnino à nostris discedere possim. Et quid faciam ? Non est, qui me iuuet. Cumq; eum ex verbo Dei consolarer, ait: Vera sunt, quæ dicas : sed ego senex hinc exire non possum. Sic miser ille in dubitationibus perijt. Gregorius de Valentia eundem finē impius timet. Nam se spectris horrendis agitari fatetur.

Meo tempore Landsperga frater quidam Iesuitarum, Ioannes no- Anno 1583.  
mine, qui veritatem Euangelij agnitam reliquerat, & Iesuiticum ordinem ob ocium ingressus erat, miserabiliter planè vitam cum morte commutauit. Nam quod vidi & audiui, nullam prorsus consolationem admittere voluit. Afferebant Iesuitæ ad ipsum agnos suos orbiculares, rosaria, grana, imagines, ligneas cruces, signa benedicta, hostiam consecratam, monstrantiam, in qua Deus eorum impanatus in carcere ratus sedebat: promittebant illi preces, rosaria, Missas, suffragia: hortabantur illum, vt consideret fratrum & omnium Sanctorum meritis: verū frustrā inania fundebant verba. Ille enim vicissim dicebat: Remouet hæc omnia. Nam propterea, quòd his credidi, iam damnabor. Dicebā ego ipsi : Credē in Iesum Christum. Respondit miser: In hunc credidi, sed turpiter illum negavi. Mihi ex Iesu factus est damnator. Non possum salutem consequi. Et Petro Hispano dixit: Quæso, aut me interficias, aut da mihi cultum, vt me ipsum transfodiam, nam totus flammis infernalibus ardeo. Quæ audientes Iesuitæ ob oculos illi ponebant crucis signum, & herbas benedictas corpori admouebant: Ille verò ait: Remouet ista, quibus oleum igni additis: nihil præterquam dæmones meam animam vnguis apertis expectantes video. Illis iam sum traditus. Nam Deum & verba eius abnegavi. Quæ Iesuitæ percipientes: fratres, ne offenderentur, discedere iubent. Sicq; iste misere in desperatione obiuit. Noctu paramum ipsi est sepulcrum. Cumq; manè Sacristanus aquam benedictam, priusquam corpus humaretur, foueæ infundere vellet, niger canis de ea prosiliij: quo viso, frater Sacristanus aufugit territus, reliquis annuncians se dæmonem vidisse. Cui Iesuitæ aiebant: si illum aqua lustralia aspersisses, te terrere non potuisset. Ille verò respondit: Omnem etiam aquam in sepulcrum effudi, nihilominus me terruit.

Non minùs infeliciter Iesuita Clcc, apostata, Lucernæ in Helveticia interijt.

Breuiter pleriq; Iesuitarum summa in desperatione pereunt. Ob quam etiam causam, non facile extraneos ad suos infirmos admittunt: ne videlicet illorum doctrina, vita, moribus, operibus & terminis vita offensi, falsam illorum doctrinam & hypocrisim deprehendentes, Egyptum & Babylonem deferant, ab ipsis deficiant, & Christianam fidem suscipientes saluentur.

Quamobrem ut historiam hanc, quam bona fide recitaui, sicuti eam & audiui & vidi, dum rebus Iesuitarum interfui, tandem concludam: omnes & singulos per Christi misericordiam & propriam animarum suarum salutem oratos & obtestatos volo, ut hosce socios, lupos & pseudoprophetas, diuino nomine tectos, Iesuitas dico, fugiant, & omnibus quibuscumq; possunt modis deinent. Nam sunt Antichristi deuotaria mancipia: qui animas falsa doctrina insciunt: qui corpora inutilibus macerationibus consumunt: qui in omni vita & Societate sua nihil quam hypocritas agunt: qui facta pictaq; quadam pictate, sanctulos se ostentant: qui in hac ultima mundi senecta, ceu nouissimi diaboli serui, omnes Antichristi Romani errores, nugas & idololatrias sanctificant.

*Vt Iesuitæ* Imò vt rem dicam proprijs verbis ( quibus tamen veniam dari peto ) oœcœursite— mnia turpissima Papæ stercore, nefcio quibus folijs inuoluta orbi Christiani stano pro aromatis vendunt, & per vim etiam falsa pro veris Christianis

*Maffaus* & *Fran-* obtrudunt, qui omnem Pontificis & asseclarum eius, plusquam Sodomitacum turpitudinem, ceu res diuinæ, defendere conatur: qui verbum Dei calumniantur: qui totam Trinitatem blasphemant: qui Christi personam discerpunt: qui Christi officium negant: qui testamentum filij Dei sacrilegè violant & mutilant: qui Baptismi virtutes sui ordinis ingressu annihilant: qui omnes fidei articulos corrumpunt: qui Legem Decalogi abolent & transgrediuntur, locoq; eius traditiones inutiles & impias Ecclesiæ obtrudunt: qui Ecclesiæ claves in tyrannidem vertunt: quorum deniq; proprium est Iudaizare, Gentilizare, Sodomizare & aperte Antichristianismum profiteri.

Taceo hic damna, quæ Rebus pub. & œconomij Christianis hæ Harpyæ inferunt, dum filios in parentes armant, eos ad religionem suam trahunt, & ita abalienant, ut etiam parati sint fasciculos, & ligna ac lapides ad parétum trucidationem comportare, carnisices iuuare, vel etiam sponte sese in parentum cædes offerre. Sicuti in Hispania nunc aliquoties

ties factū ipsi Iesuitæ testantur. Taceo illos viduarum domos deuorare. Taceo illos clandestinos proditores Germaniæ dulcissimæ nostræ patriæ esse. Taceo illos adhoc vnicum destinatos, ut omnibus, quibusunque possunt, artibus, Principes Euangelicos ac eorum subditos seducant, prodant, & perdant.

Deus qui in cœlis est illorum consilia dissipet. Christus Ecclesiæ fux redemptor clementer nos ab hoc nouo dæmoniorum genere tucatur, & hanc pestem per Spiritus altissimi gratiam, quam remotissimè extra vniuersam Germaniam abigat. AMEN.

Vide folio 172 quo  
me de hic mibstus  
dux blandie. p. 172  
scitur dicitur  
missus flagillat  
providetq. tunc  
secessit meq. inde

FRANCOFVRTI AD MOENVM,  
Excudebat Iohannes Spies.

A N N O

---

M. D. XCIII.

1064133

Alouatta  
saguinus  
saguinus  
saguinus

Alouatta  
saguinus  
saguinus  
saguinus

---

Alouatta  
saguinus